

287.

Discarded
D 300.105

The Institute for Christian Studies
LIBRARY
Toronto

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/mediaevalarchive01univ

KEN COLLEGE LIBRARY.

Oxford Historical Society
VOL. LXX

MEDIAEVAL ARCHIVES
OF THE
UNIVERSITY OF OXFORD

PRINTED IN ENGLAND
AT THE OXFORD UNIVERSITY PRESS

MEDIAEVAL ARCHIVES

OF THE

UNIVERSITY OF OXFORD

EDITED BY THE

REV. H. E. SALTER, M.A.

FELLOW OF MAGDALEN COLLEGE, OXFORD

VOL. I

OXFORD

PRINTED FOR THE OXFORD HISTORICAL SOCIETY

AT THE CLARENDON PRESS

1920



MAR 10 1967

28752

PREFACE

FOR the history of the University Archives, with an account of the chief Keepers of the Archives, the reader may be referred to *A Lecture on the History of the University Archives* by Reginald L. Poole, M.A., Keeper (Oxford, Clarendon Press, 1912). The word 'Archives' and the post of Keeper date from 1634; before that time the 'Muniments' of the University were in the charge of the Registrar, as they still are at Cambridge; but Brian Twyne had given so much help in drawing up the Laudian Code of 1633, that it may have been felt that he ought to be rewarded with some University post, and in the next year the post of Keeper of the Archives was decreed and he was unanimously elected to it.

In this volume a commencement is made with the printing of the mediaeval Archives of the University. 'Mediaeval' is a vague term, but for the University the Middle Ages may be taken to end about 1485. Many changes occurred at that time. It was between 1460 and 1500 that the system of halls, on which the Mediaeval University was based, came to an end, and whereas there were more than sixty of them [1] in the year 1462, by the end of the century there were not more than ten; moreover, they were different from the mediaeval halls in that they were miniature colleges, often with chapels, and with a size and a permanence that the mediaeval halls lacked. Another change at this time was the admission of undergraduates to colleges, and in consequence the shifting of the centre of the University from the halls to the colleges. Until 1485 colleges were, to a great extent, outside the

[1] *Munim. Acad.*, p. 687.

DA
690
.097
08
V.3

University; they were private adventures, which might conduct themselves as they chose, and stood to the University much in the position in which Pusey House or Manchester College now stand. They had practically no undergraduates, and were not meant for them. But soon after 1485 a change occurred, and a college became the normal place where the undergraduate resided. And, resulting from this, a new body called Heads of Houses arose, of whom there is no mention in the Mediaeval University. Another change that occurred at this time was the foundation of University Professors. The Lady Margaret Professorship was founded in 1502, and others followed within the next forty years. Also it was about 1485 that the modern kind of Chancellor began, a man of high position but an absentee, and one who held office for life; and in consequence the Vice-Chancellor, who had hitherto been a temporary substitute for a day or a week, became a permanent official. For these and other reasons 1485 may be taken as the end of the Mediaeval University.

It is also a convenient date to take, because it so happens that at this point there is a break in the Archives of the University. The first Chancellor's register runs from 1434 to 1469, and from 1469 to 1498 there is a gap. The first Register of Congregations, or, as it would be called at Cambridge, the first Grace book, is for the years 1448 to 1463, and the next does not begin till 1505. If, therefore, the University records as far as 1485 are to be printed, the amount is only one volume of the Registers of Convocation, one volume of the Chancellor's registers, the ancient Statutes of the University (of which a new edition by Mr. Strickland Gibson is well advanced), and the loose deeds in the Archives, of which this volume contains the Privilegia and kindred deeds, and the next volume will contain the rolls.

It is not to be expected that this volume will contain much that is new. Nearly all the grants and mandates to the University are found on the Close Rolls, Patent Rolls, and

Charter Rolls; and if they are not there, the University Archives have long been open to historians and have been ransacked from the time of Brian Twyne. But students are always glad to have original documents, and are sure to find in them something more than past historians have found. For instance, this collection of over sixty royal letters gives material for considering in what way royal documents were sealed. It has always been known that in some cases the seal was attached by silk cords, in other cases by a tag of parchment inserted through a slit in the deed, and that in other cases the seal was affixed to a strip which was cut along the bottom of the deed, but not detached; and in a vague way one has associated these three modes of the sealing with the three kinds of royal deeds—charters, letters patent, and letters close. But when the contents of this volume are examined it will be found that, while all Letters Close are sealed on a strip of the deed, and all Charters on coloured strings or cords, the Letters Patent are sealed in any of the three ways, and that until the reign of Henry IV no Letters Patent were sealed on a tag of parchment, but either on a strip of the deed or occasionally on silk cords. There seem to be only two colours of wax; if the sealing is by silk cords the wax is green; if not, the wax is white.

In one point the volume has been carried beyond the year 1485. The privileges of the University, which are now of force, are those contained in the Act of 13 Eliz., of which a considerable part is the grant of 1523; and in order that the volume may be a complete record of the legal privileges, the grant of 1523 has been printed. These privileges may be now of little importance, but they are valid, and it is conceivable that they might prove of use. But, in any case, it will be acceptable to students to have the privileges complete.

By a charter of March 3, 1635, there were large additions made by Charles I, but they were never ratified by Parliament, and so never passed into law; they should be studied in con-

nexion with the history of the Stuart times, but they are not required in this volume.

To trace the history of the University privileges, to trace the different steps by which they reached their final form, to show the hardships and injustices which made each privilege necessary and fair, would require much time and space. In the next volume it will be done for one privilege, that of the assize of bread and ale. Here it must be enough to point out that the word 'privilege' is not quite a satisfactory translation of *privilegium*; it is too much associated with unfairness and secret influence, whereas a *privilegium* is rather associated with fairness; it is the setting right by a private law of that which was unfair in a general law. In the Middle Ages laws were not drawn with the same detail as modern laws, and privileges were often necessary in special cases. All privileges were secured by legal grant, so much so that the document itself is often called *privilegium*; and a privilege for which no document could be produced would be only *consuetudo*, not *privilegium*. For this reason the translation of *privilegia* might well be some such word as 'rights', since what is secured to us by law we call our rights. No doubt the word *jura* was often used in the Middle Ages, but it hardly answers to 'rights' with us; it described that which a man could claim, not by Act of Parliament or Charter of the King, but by common sense and reason, the natural rights of man. We use 'rights' of something secured by Act of Parliament; that a man who has children should have a certain exemption from Income Tax, we say is his right; we might also say that it was his privilege, but 'right' is the word more frequently used.

In conclusion, I must express my thanks to the Keeper of the Archives for his trouble in finding the deeds that were required and transferring them to the Bodleian; to Mr. Strickland Gibson, of the Bodleian staff, a 'yoke-fellow' in the study of the Mediaeval University, who kindly read the proofs and

corrected several mistakes; and to Miss Pope, of Somerville College, who looked through the translations of the French deeds, and pointed out some errors. I regret now that translations were not given of all the French deeds. Any one can translate mediaeval Latin; but mediaeval French, especially the French of an Oxford lawyer, with genders mixed and every kind of misspelling, is a difficulty to most of us.

H. SALTER.

CONTENTS

	PAGES
PRIVILEGES AND SIMILAR DEEDS PRESERVED IN THE UNIVERSITY ARCHIVES . .	1–274
TITLE DEEDS OF UNIVERSITY PROPERTY IN THE MIDDLE AGES	275–330
APPENDIX I. ILLUSTRATIVE ORIGINAL DEEDS . .	331–343
„ II. DEEDS FROM THE REGISTERS OF STATUTES	344–352
„ III. TWO SUMMARIES OF THE PRIVILEGES OF OXFORD, DRAWN UP ABOUT 1520 .	352–370
INDEX	371–381

tociens quociens deliquerunt ut predictum est sine dilacione aliquali. Et ad istam obligacionem cum condicionibus supradictis bene & fideliter faciendis obligamus nos & successores nostros & unumquemque nostrum per se solum et insolidum in omnibus bonis nostris mobilibus & immobilibus ubicumque fuerint inuenta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' Oxonie in domo nostre congregationis in festo sancti Iacobi apostoli, anno domini millesimo ducentesimo primo.[1]

2.

Of the next deed there are two versions, one (Pix P. xii. 1) was issued by the legate at Sempringham on June 20, the other (Pix P. xii. 3) at Ramsey on June 25. It is not easy to see why a second version was necessary; it differs from the first in only two points that matter; the earlier deed had mentioned that the payment of 52*s.* a year and the feeding of 100 scholars, which the legate had imposed upon the burgesses, might be performed by another in their place, as was subsequently carried out, but the later version, to our surprise, makes no mention of this scheme. Also the earlier deed said that the 'commune' of Oxford was to take an oath binding themselves and also their heirs 'as far as they can' to observe the conditions laid down by the legate, but the later deed omits the words in inverted commas.

The deed of June 25 is here printed and the earlier deed is collated with it. The former has lost its seal, but the latter has a green seal, pointed oval, $1\frac{1}{2}$ inches by 1 inch, a figure of a seated bishop with a pastoral staff in his left hand [NI]C[HOL]AVS · D[EI · GRA ·] TVSCVLANENSIS · EP'. Both deeds are endorsed 'De suspendio clericorum Oxon'.

[The award of the Legate.]

Pyx P. XII. 3. July 25, 1214

N.[2] dei gracia Tusculan*ensis* episcopus apostolice sedis legatus omnibus Cristi fidelibus salutem in domino. Uniuersitati uestre notum facimus quod cum Burgenses Oxon' pro suspendio clericorum quod commiserant mandatis ecclesie per omnia stare iurassent, nos uolentes agere misericorditer cum eisdem statuimus quod a festo sancti Michaelis anno ab incarnatione domini MCCXIIII[3] usque in decem annos sequentes scolaribus Oxon' studentibus condonetur medietas mercedis hospitiorum omnium locandorum clericis in eadem uilla, mercedis inquam taxate

[1] Sealed with the seal of the University.

[2] Nichol', 1.

[3] millesimo ducentesimo quartodecimo, 1.

communi consilio clericorum & burgensium ante recessum scolarium propter predictum suspendium clericorum. Finitis uero predictis decem annis, aliis decem annis proximo sequentibus locabuntur hospitia sub mercede olim ut predictum est taxata. Hec de hospitiis constructis & taxatis ante prefatum recessum clericorum. Constructa uero postmodum uel construenda aliaque prius constructa sed non taxata arbitratu quatuor magistrorum & quatuor burgensium taxabuntur, & predicto modo per utrumque decennium locabuntur. Communa quoque eiusdem uille annuatim in perpetuum dabit quinquaginta duos solidos dispensandos in usus pauperum scolarium per manus abbatis de Osen' & Prioris sancte Fritheswide de consilio uenerabilis fratris Hugonis tunc Lincolniensis episcopi & successorum suorum uel archidiaconi loci seu eius officialis[1] aut cancellarii quem episcopus Lincolniensis ibidem scolaribus preficiet, ita scilicet quod uiginti sex solidi soluentur annuatim in festo Omnium Sanctorum & uiginti sex solidi in capite ieiunii.[2] Preter hec etiam eadem comuna[3] [*sic*] pascet centum pauperes scolares in pane, & ceruisia, potagio & uno ferculo piscium uel carnium singulis annis in perpetuum die sancti Nicholai, quos episcopus Lincolniensis uel archidiaconus loci seu officialis eius aut ipse cancellarius uel alius ad hoc ab episcopo Lincolniensi deputatus prouiderit. Iurabunt etiam prefati Burgenses quod uictualia & alia necessaria[4] iusto & rationabili precio scolaribus uendent & ab aliis uendi fideliter procurabunt[5] & quod in fraudem huius prouisionis graues non facient constitutiones uel onerosas per quas clericorum conditio deterioretur. Si uero contingat aliquem clericum a laicis capi, statim cum fuerint super eo requisiti ab episcopo Lincolniensi uel archidiacono loci seu eius officiali uel a cancellario seu ab eo quem episcopus Lincolniensis huic offitio deputauerit, captum ei reddent[6] nec aliquo modo machinabuntur in hiis uel in[7] aliis per quod prefati Lincolniensis[8] episcopi iurisdiccio eludatur uel ius suum uel ecclesie sue in aliquo minuatur. Iurabunt autem quinquaginta de maioribus Oxon' pro se & communa & heredibus suis[9] quod hec omnia supradicta fideliter obseruabuntur & hoc iuramentum quolibet anno renoua-

[1] Officialis eius, 1.
[2] '& hoc faciet communa per se uel per alium uice eius illud facientem', inserted after *ieiunii*, 1.
[3] communa uel alius uice ipsius, 1.
[4] & alia necessaria, om. 1.
[5] uendent & ea uel alia necessaria carius quam aliis uendi non procurabunt, 1.
[6] reddent secundum debitam regni & ecclesie consuetudinem, 1.
[7] in, om. 1.
[8] prefati Lincolniensis, om. 1.
[9] communa & quantum in eis est pro heredibus suis, 1.

bunt ad mandatum episcopi Lincolniensis per quot idem episcopus uoluerit citra numerum pretaxatum. Cartam quoque sigillo commune signatam sub[1] predictis articulis facient prefati[2] Burgenses & uenerabili fratri Hugoni tunc[3] episcopo Lincolniensi liberabunt cui uoluerit in custodia committendam. Hec autem facient predicti burgenses & heredes eorum ut clericis honor & reuerentia eo exibeatur habundantius quo magis per eos fuerant dehonestati. Magistri uero qui post recessum scolarium irreuerenter legerunt Oxon' suspendentur per triennium ab officio legendi ibidem. Omnes autem qui de suspendio clericorum confessi fuerunt uel conuicti, uenient humiliter ad mandatum uenerabilis fratris Hugonis tunc[4] episcopi Lincolniensis cum interdictum fuerit relaxatum ad sepulcra clericorum discalciati & discincti sine capis & palliis sequente eos communa & ipsorum corpora deferent cum honore & reuerencia in cimiterio sepelienda, ubi clerus prouiderit. Prestito igitur ut predictum est a memoratis Burgensibus iuramento & carta commune confecta & uenerabili fratri Hugoni tunc[5] episcopo Lincolniensi liberata licenciam habeant scolares & magistri Oxon' redeundi & ibidem legendi, exceptis hiis qui per triennium sunt suspensi de quibus est premissum. Si uero predicti Burgenses contra statuta nostra & proprium uenerint iuramentum, ex ipso facto se sciant excommunicacionis uinculo innodatos & episcopus Lincolniensis uel successores sui eos & uillam eorum reducant in pristinam suspensionis sentenciam. Dat' apud Rames' septimo kalend' Iulii.[6]

3.

[The Bishop of Tusculum sends his award to the Bishop of Lincoln.]

Pix P. XII. 2. June 25, 1214

Uenerabili in Cristo fratri H. dei gracia Lincolniensi episcopo N. eadem gracia Tusculan*ensis* episcopus apostolice sedis legatus salutem in domino. Noueritis quod cum burgenses Oxonie pro suspendio clericorum quod commiserant mandatis ecclesie per omnia stare iurassent, nos uolentes agere misericorditer cum eisdem statuimus quod a festo sancti Michaelis anno ab incarnatione domini MºCºCºXºIIII usque

[1] super, 1.
[2] predicti, 1.
[3] Ven. f. H. t., om. 1.
[4] Ven. f. H. t., om. 1.
[5] Ven. f. H. t., om. 1.
[6] Dat' apud Semphrigeham XII Kal. Iulii.

in decem annos sequentes scolaribus Oxonie studentibus condonetur medietas mercedis hospitiorum omnium locandorum clericis in eadem uilla, mercedis inquam taxate communi consilio clericorum & burgensium ante recessum scolarium propter predictum suspendium clericorum. Finitis uero predictis decem annis, aliis decem annis proximo sequentibus locabuntur hospitia sub mercede olim ut predictum est taxata. Hec de hospitiis constructis & taxatis ante prefatum recessum clericorum. Constructa uero postmodum uel construenda aliaque prius constructa set non taxata arbitratu quatuor magistrorum & quatuor burgensium taxabuntur, & predicto modo per utrumque decennium locabuntur. Communa quoque eiusdem uille annuatim in perpetuum dabit quinquaginta duos solidos dispensandos in usus pauperum scolarium per manus abbatis de Osen' & Prioris sancte Fritheswide de consilio uestro & successorum uestrorum uel archidiaconi loci seu officialis eius aut cancellarii quem uos uel successores uestri ibidem scolaribus preficietis, ita scilicet quod uiginti sex solidi soluentur annuatim in festo Omnium Sanctorum & uiginti sex solidi in capite ieiunii. Preter hec etiam eadem communa pascet centum pauperes scolares in pane, ceruisia, potagio & uno ferculo piscium uel carnium singulis annis in perpetuum die sancti Nicolai, quos uos uel successores uestri uel archidiaconus loci seu eius officialis aut ipse cancellarius uel alius ad hoc a uobis uel successoribus uestris deputatus prouiderit. Iurabunt etiam prefati burgenses quod uictualia & alia necessaria iusto & rationabili precio scolaribus uendent & ab aliis uendi fideliter procurabunt, & quod in fraudem huius prouisionis graues non facient constitutiones uel onerosas, per quas clericorum conditio deterioretur. Si uero contingat aliquem clericum a laicis capi, statim cum fuerint super eo requisiti a uobis & successoribus uestris uel archidiacono loci seu eius officiali uel a cancellario seu ab eo quem uos uel successores uestri huic officio deputaueritis, captum ei reddent, nec aliquo modo machinabuntur in hiis uel in aliis per quod uestra uel successorum uestrorum iurisdiccio eludatur uel ius uestrum uel ecclesie uestre Lincolniensis in aliquo minuatur. Iurabunt eciam quinquaginta de maioribus Oxon' pro se & communa & heredibus suis quod hec omnia supradicta fideliter obseruabuntur & hoc iuramentum quolibet anno renouabunt ad mandatum uestrum uel successorum uestrorum, per quot uos uel successores uestri uolueritis citra numerum pretaxatum. Cartam quoque sigillo commune signatam sub predictis articulis facient predicti burgenses & uobis liberabunt, cui uolueritis in custodia committendam. Hec autem facient prefati

burgenses & heredes eorum, ut clericis honor & reuerentia eo exibeatur abundantius quo magis per eos fuerant dehonestati. Magistri uero qui post recessum scolarium irreuerenter legerunt Oxon' suspendentur per triennium ab officio legendi ibidem. Omnes autem qui de suspendio clericorum confessi fuerunt uel conuicti, uenient ad mandatum uestrum cum interdictum fuerit relaxatum ad sepulcra clericorum discalciati & discincti, sine capis & palliis, sequente eos communa, & ipsorum corpora deferent cum honore & reuerencia in cimiterio sepelienda, ubi clerus prouiderit. Prestito igitur ut predictum est a memoratis burgensibus iuramento & carta commune confecta & uobis liberata, licenciam habeant scolares & magistri Oxon' redeundi & ibidem legendi, exceptis hiis qui per triennium sunt suspensi, de quibus est premissum. Si uero predicti burgenses contra statuta nostra & proprium uenerint iuramentum, ex ipso facto se sciant excommunicacionis uinculo innodatos & uos uel successores uestri eos & uillam eorum in pristinam suspensionis sentenciam reducatis. Dat' apud Rames' septimo Kalend' Iulii.[1]

4.

The next deed has been printed in the *Cartulary of Eynsham Abbey*, vol. ii, p. 163 (O. H. S.), copied from a Register at Lincoln Cathedral. From a deed of Aug. 31, 1350, which is printed in this volume, we gather that the original grant which is now in the University Archives was preserved at Lincoln in 1350; it is described as sealed with the seals of the abbot and convent in green wax, and such seals are on the deed still. Not only was this deed at Lincoln, but the three previous deeds must also have been there, for all four deeds are endorsed in the same hand, a hand of about 1260, and in that year must have been in the same collection. We learn also from a note in the Chancellor's Register, printed in *Munimenta Academica*, i, p. 4, that a fifth deed, now lost, was in the Lincoln Treasury, being addressed by the Bishop of Tusculum to the burgesses of Oxford. As the grant of Philip the mayor, which follows next, has no endorsement, we cannot say whether it also was originally at Lincoln, but it is likely. It is not known at what date the deeds were transferred to Oxford.

The deed of abbot Adam is inserted before the deed of Philip the mayor, because the latter makes no reference to the payment of 52*s*.

[1] The seal is lacking, but the tag remains. The deed is endorsed by a hand of about 1260: 'De suspendio clericorum Oxon'; ponantur cum composicionibus'. This is evidently a Lincoln endorsement, not an Oxford endorsement.

a year and the feeding of 100 scholars, which was part of the penalty imposed by the legate. From this we conclude that Eynsham had already promised to undertake this burden.

[The Abbey of Eynsham promises to carry out yearly the penalties imposed by the Legate upon the Burgesses of Oxford.]

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, A. dei gracia abbas Eynesham et eiusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra quod cum burgenses Oxonie pro suspendio clericorum mandatis ecclesie per omnia stare iurassent secundum statutum uenerabilis patris domini Nicholai Tuscul*anensis* episcopi apostolice sedis legati, & eis ab eodem inter cetera fuisset iniunctum quod quinquaginta solidos & duos solidos annuatim imperpetuum in usus pauperum scolarium dispensandos de consilio uenerabilis patris Hugonis tunc episcopi Lincolniensis & successorum suorum uel archidiaconi loci seu eius officialis aut cancellarii quem episcopus scolaribus ibidem preficiet, ita scilicet quod uiginti sex solidi soluentur annuatim in festo omnium sanctorum et uiginti sex solidi in capite ieiunii; preter hoc eciam quod centum pauperes scolares die sancti Nicholai singulis annis pascent imperpetuum, quos episcopus Lincolniensis uel archidiaconus loci seu eius officialis aut ipse cancellarius uel alius ad hoc ab episcopo Lincolniensi deputatus prouiderit; istud onus in nos integre suscepimus singulis annis perpetuo faciendum secundum formam premissam; ita tamen quod ad centum pauperes clericos die sancti Nicholai pascendos eodem die sexdecim solidos & octo denarios dabimus annuatim inter ipsos, qui inde pascendi fuerint, distribuendos, ut singuli singulos duos denarios accipiant per manum eorum quos episcopus Lincolniensis ad hoc assignauerit. Ad hoc autem nos episcopo & ecclesie Lincolniensi per cartam nostram presentem obligauimus in perpetuum & presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Teste capitulo.[1]

P. XII c. July, 1214

5.

The deed of Philip the mayor is only a draft, as is shown by the notes which are found at the end and by the fact that it was never sealed. It appears to be in the hand of the clerk who kept the Institution roll of the Bishop of Lincoln in the year 1214, which is still preserved at

[1] With two green seals, attached by silk strings, the seal of the abbey on the right, the seal of abbot Adam on the left, both broken. Endorsed in a hand of about 1260: 'Compositio pro suspendio clericorum Oxon''.

Lincoln. We conclude, therefore, that the Bishop drew up this formula and sent it to Oxford. Several phrases are interesting; for instance, the statement that the mayor might, or might not, be an annual officer; we know from other sources that the earliest mayors of Oxford, as also of London, held office almost for life. There is also the use of the word *balliui* for the officials who in later times were called *sub-balliui* or bailiffs' serjeants, the permanent officials who worked under the annual bailiffs or *prepositi*. There seems to have been some uncertainty what would be the title of the chancellor; his predecessor was called *magister scolarum*, and in this deed we have *cancellarius scolarum*, but in the deed of bishop Nicholas he is called the chancellor 'quem episcopus *scolaribus* preficiet' (not *scolis*). We notice also that the 'taxing' or assessing the rent of halls by a board composed of clerks and burgesses was in use before 1214. It was a custom common to all Universities. Philip the mayor is always assumed to be 'Philip the Miller', who died about 1242; from the position of his name, at the head of lists of witnesses in Oxford deeds, we gather that he was the leading man of Oxford from 1230, yet he never held office, unless he is identical with the 'Philippus' of this deed.

[A draft of the Charter to be issued by the commune of Oxford.]

P. XII. 4. c. Aug. 1214

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Philippus maior & communa Oxon' salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod cum propter suspendium clericorum mandatis ecclesie per omnia stare iurassemus secundum statutum uenerabilis patris domini Nicholai Tuscul*anensis* episcopi apostolice sedis legati, a[1] festo sancti Michaelis anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quartodecimo usque in decem annos sequentes scolaribus Oxonie studentibus condonauimus medietatem mercedis hospitiorum omnium locandorum clericis in eadem uilla, mercedis inquam taxate communi consilio clericorum & nostro ante recessum scolarium propter predictum suspendium clericorum, nisi predicti clerici de communi consilio sponte uoluerint quod tercia pars tantum condonetur per quantum tempus uoluerint de predicto decennio. Finitis uero predictis decem annis, aliis decem annis proximo sequentibus locabimus hospitia sub mercede olim ut predictum est taxata. Hec de hospitiis constructis & taxatis ante prefatum recessum clericorum. Constructa uero postmodum uel construenda aliaque prius constructa sed non taxata arbitratu quatuor magistrorum & quatuor nostrum taxabuntur, & predicto modo per utrumque decennium a nobis locabuntur. Iurauimus

[1] The scribe puts an accent over this word wherever it occurs.

eciam quod uictualia & alia necessaria iusto & rationabili pretio scolaribus uendemus & ab aliis uendi fideliter procurabimus & quod in fraudem huius prouisionis graues non faciemus constitutiones uel onerosas, per quas clericorum conditio deterioretur. Si uero contingat aliquem clericum a nobis capi, statim cum fuerimus super eo requisiti ab episcopo Lincolniensi uel archidiacono loci seu eius officiali uel a cancellario ab episcopo constituto[1] seu ab eo quem episcopus Lincolniensis huic officio deputauerit, captum ei secundum debitam regni & ecclesie consuetudinem reddemus, nec aliquo modo machinabimur in hiis uel in aliis per quod prefati Lincolniensis episcopi iurisdictio eludatur uel ius suum uel ecclesie sue in aliquo minuatur. Iurauerunt etiam quinquaginta de maioribus ex nobis pro nobis omnibus & heredibus nostris quod hec omnia supradicta fideliter obseruabimus. Quocumque etiam ex illis quinquaginta mortuo, heres ipsius uel alius qui hereditatem suam habuerit semel idem prestabit iuramentum & sic deinceps de herede in heredem. Is uero qui pro tempore fuerit maior Oxon' pro se & pro communa iurabit singulis annis in festo sancti Michaelis, si est annalis, coram archidiacono loci & cancellario scolarum Oxon', quem episcopus constituerit uel ecclesia Lincolniensis cum pastore uacauerit, uel coram altero eorum, si ambo non interfuerint, quod ordinatio a domino Tuscul*anensi* episcopo apostolice sedis legato pro suspendio clericorum facta & autentico suo confirmata fideliter ab ipsa communa obseruabitur. Si autem plusquam annalis fuerit, sufficiet eum semel iurasse pro toto tempore per quod in maioritate illa durauerit in qua iurauit, & sic de maioribus decetero substituendis. Hoc idem facient prepositi Oxon' singulis annis in festo sancti Michaelis coram iamdictis, scilicet archidiacono loci uel Cancellario Oxon' uel coram altero eorum. Item Bailliui qui pro tempore fuerint sub prepositis constituti de quindena in quindenam ad asisam uille custodiendam iurabunt quod asisam super uictualibus in autentico domini legati contentam fideliter obseruabunt. Et in huius rei robur & testimonium omnes subscripti de mandato & uoluntate totius commune pro ipsa communa huic scripto sigilla sua apposuerunt, scilicet Petrus filius Galfridi, Radulfus Halegod', Walterus Ynge, Adam Uinetarius. ¶. Statim post istos quattuor apponantur nomina omnium aliorum qui sigilla sua huic scripto apponent.

Excipiatur Thoraldus allutarius eo quod misit pro se ad curiam Romanam, si excipi potest cum pace & indempnitate negotii. Si non, apponat ipse sigillum suum cum aliis.

[1] 'ab episcopo constituto' are added above the line.

Sigilletur carta ut dictum est, & littere patentes directe domino legato & domino archiepiscopo & suffraganeis eius sigillentur sigillo commune & nobis una cum carta mittantur.

6.

The next three deeds have no connexion with the University. The first is a letter from Pope Honorius to judges delegate, the second is the fulfilment of the letter, the third is an early transcript of twelve letters from Popes and legates concerning the abbey of Oseney. To judge from the handwriting, this last cannot be much later than 1221. All three must have been among the Oseney deeds at Christ Church ; they seem to have become the private property of Twyne, and on his death were transferred to the University Archives ; and it is possible that all the ancient deeds in Pix Y were at one time the property of Twyne. He refers to these deeds in Twyne MSS. iii. 69. After mentioning the second of them, he says : ' The very original of the Pope's bull itself I also have here in my boxe of special records and transcripts for the antiquitie of the University of Oxford. And uppon the old parchment transcript in folio of other auntient recordes about Oseney Abbey, in the said boxe also, there are two or three other coppies of other the saide Honorius the III his bulls, also to the like purpose and of the same date ; in all which there is express mention made of the Cancellarius Oxonie at that time. Therefore there is good cause to have a special care of these records.'

[A letter of Pope Honorius to the Chancellor of Oxford and other judges delegate.]

Y. 2. Mar. 30, 1221

Honorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis . . . archidiacono Wigorniensi et . . . cancellario et decano Oxonie Lincolniensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte . . . abbatis et conuentus de Oseneia fuit nobis humiliter supplicatum ut cum ius percipiendi decimas in diuersis parrochiis ex canonica concessione obtineant ab antiquo, illos qui facti huiusmodi habent noticiam cum ualetudinarii sint et senes, ne ueritas occultetur et probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, recipi ad testimonium faceremus. Nos autem discretioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus huiusmodi testes idoneos quos iidem abbas et conuentus uobis duxerint presentandos diligenter examinare curetis & eorum dicta in publica faciatis redigi munimenta, denuntiando illis quos huiusmodi causa contingit ut receptioni testium si uelint intersint, et super denuntiatione sic facta faciatis confici publicum instrumentum. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo uestrum ea nichilominus exequantur. Dat' Lateran' III Kal' Aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

7.

[Notice of the Judges that they had fulfilled the Pope's command.]

Omnibus cristi fidelibus presentes literas inspecturis uel audituris archidiaconus Wigornie[1] & cancellarius Oxonie salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos mandatum domini pape in hec uerba suscepisse: 'Honorius [&c., as before]: dat' Lateran' III. N. [*sic*] Aprilis pontificatus nostri anno quinto'. Huius igitur mandati auctoritate, denunciatione facta hiis quos causa contingebat ut interessent si uellent examinationi testium apud Oxoniam in ecclesia beate Marie uirginis in crastino Octabarum apostolorum Petri & Pauli anno gracie MCCXXI, admisimus testes super duabus partibus dominicorum domine Egeline de Curteney & domini Prioris de Bernecestria & de dominico Wrechewic & de dominico de Herdewic[2], scilicet de duabus partibus decimarum predictorum dominicorum, uidelicet Walterum filium Gocelini de Bernecestria, Willelmum Hug', Hugonem Cardinarium, Ricardum Carettarium, Ailnad filium Nicholai, Willelmum Mot, Robertum Ioye, Willelmum Aue*n*, Turstinum de Wendelburi, Aluredum, Willelmum Hereberti, & eorum dicta sub sigillis nostris inclusimus. Que dicta si contingat quod fuerint publicata, ad cautelam ut publica sint, predictis attestationibus signa nostra appendentia apponi fecimus. Et in huius rei testimonium signa nostra presenti scripto appendi fecimus.[3]

Y. 3. July 7, 1221

8.

[A transcript of twelve deeds which were sent to Oseney by Popes and Legates.]

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati & canonicis ecclesie de Oseneia salutem & apostolicam benedictionem. Iustis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et nota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu compositionem que inter ecclesiam

Y. 7 (1). Mar. 5, 1179

[1] Magister Willelmus Scot (*Annales Monastici*, iv. 410; Rolls Series).

[2] Hardwick, near Stoke Lyne; Wrechewic is in Bicester. Oseney had two-thirds of the tithe of the demesne land of Hardwick and Bicester.

[3] The deed originally had two seals; both are missing now, but in Twyne's time there was a portion of the Chancellor's seal. He says (Twyne, iii. 69): 'when I first had this record there was left but one seal. You may see what and whose seal it was, expressed by the syllable CAN .. in ancient letters, being the former part of the word *Cancellarius*'. For the seal of the Chancellor at this time see *Balliol Deeds* (O.H.S.), p. 365.

Wigornie & ecclesiam uestram super ecclesia de Bebiria in presentia uenerabilis fratris nostri B. Exoniensis episcopi a nobis super hoc iudicis delegati super hoc facta est, compositionem etiam inter eandem ecclesiam uestram & ecclesiam Lichefeldensem super ecclesia de Senestane[1], mediantibus uenerabile fratre nostro R. episcopo & L. priore Couentrensibus factam, sicut ab utraque parte suscepte sunt & nunc obseruantur, auctoritate apostolica confirmamus. Sanctimus etiam ut nullus ecclesias uestras aut earum clericos absque ordine iudiciario interdicere uel excommunicare aut suspendere nisi pro crimine notorio audeat. Statuimus insuper ut cum pro aliquo grauamine ad sedem apostolicam uos appellare contigerit, res uestre pro quibus appellacio fuerit interposita in eo statu quousque de appellacione quod decernendum fuerit decernatur, permaneant quo tempore appellacionis fuisse noscuntur. Nullus quoque infra parochiam ecclesie uestre ecclesiam uel oratorium sine diocesani episcopi & uestro assensu edificare presumat, saluis priuilegiis Romane ecclesie. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis & constitutionis infringere uel ei ausu [temerario] contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei & bonorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat' Lateran' III nonas Marcii[2].

Y. 7 (2). Feb. 18, 1199

Innocencius episcopus, seruus seruorum dei uenerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, & dilectis filiis abbatibus, prioribus, & ceteris ecclesiarum prelatis ad quos littere iste peruenerint salutem & apostolicam benedictionem. Non absque dolore & plurima perturbatione didicimus quod in plerisque partibus ecclesiastica censura dissoluitur & canonice sentencie eneruantur, quod uiri religiosi & hii maxime qui per sedis apostolice priuilegia maiori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis iniurias sustinent & rapinas, dum uix inuenitur[3] qui congrua illis protectione subueniat & pro facienda pauperum innocencia murum se defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii abbas & conuentus de Oseneia tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano defectu iusticie requirentes [*sic*], uniuersitatem uestram per litteras pecierunt apostolicas excitari ut ita uidelicet contra malefactores suos prompta debeatis magnanimitate consurgere ; quod ab angustiis quas sustinent & pressuris uestro

[1] The churches of Bibury, Gloucestershire, and Shenstone, Staffordshire, belonged to Oseney.

[2] The dating clause limits us to the years 1166, 1167, and 1179. As we know from the Oseney Cartulary that the composition about the church of Bibury was made in 1173, the last of the three dates is alone possible.

[3] inuenit, MS.

presidio respirare possint; ideoque uniuersitati uestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus illos qui in aliquos de predictis canonicis, instigante diabolo, manus uiolentas iniecerint seu possessiones uel res uel domos eorum uel orrea eorum irreuerenter inuaserint, aut ea que predictis canonicis a testamento decedencium reliquerint [*sic*] contra iusticiam detinuerint, seu in ipsos canonicos contra apostolice sedis indulta sentenciam excommunicacionis uel interdicti proferre presumpserint uel decimas laborum seu nutrimentorum suorum eis indultas spretis priuilegiis apostolice sedis extorserint, si laici fuerint publice candelis accensis excommunicacionis sentencia percellatis, clericos, canonicos, seu monachos, appellacione remota, officio & beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sentenciam, donec predictis canonicis plenarie satisfaciant; & laici precipue qui pro uiolenta manuum iniectione uinculo fuerint anathematis innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam uenientes, ab eodem uinculo mereantur absolui, nisi forte canonici uel monachi regulares per abbates suos uel priores post satisfactionem congruam secundum ordinis eorum disciplinam fuerint absoluti. Uille autem in quibus bona predictorum canonicorum uel hominum suorum per uiolentiam detenta fuerint, quamdiu ibi fuerint, interdicti sentencie supponantur. Si quos autem inueneritis prefatos canonicos super priuilegiis & indulgenciis ab apostolica sede legittime ab eisdem impetratis maliciose molestantes, ipsos ut a sua presumpcione desistant appellacione remota ecclesiastica districtione cogatis, ipsorum iura & consuetudines legittimas in integrum conseruantes. Dat' Lateran' XII Kal. Marcii pontificatus nostri anno secundo.

Innocencius episcopus, seruus seruorum dei dilectis filiis abbati & conuentui de Oseneia salutem & apostolicam benedictionem. Quociens illud a nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dinoscitur animo decet nos libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulacionibus debita benignitate gratum impertientes assensum iuxta decreta predecessorum nostrorum felicis memorie Urbani & Eugenii Romanorum pontificum statuimus ut in parochialibus ecclesiis quas tenetis de fratribus uestris presbiteros collocetis, quibus si idonei fuerint episcopi curam animarum committant, ut huiusmodi sacerdotes de plebis quidem cura episcopis racionem reddant, de professione uero sua & ordine & rebus temporalibus uobis respondeant. Sane laborum uestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus

Y. 7 (3). Sept. 29, 1200

a uobis decimas exigere presumat. Sepulturam etiam ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberauerint deuotioni & extreme uoluntati, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen matricis ecclesie iusticia. Si quis autem huius nostre confirmacionis &c. Dat' Lateran' III Kal. Octobris pontificatus nostri anno tercio.

Y. 7 (4). Aug. 13, 1216

Honorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis abbati & conuentui de Oseneia salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, personas uestras & locum in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidetis uel in futurum iustis, prestante domino, modis poteritis adipisci sub beati Petri & nostra protectione suscipimus; specialiter autem sancti Georgii, sancte Marie Magdalene Oxon, de Watlington, de Piri, de Stowa, de Stanes & de Senestan[1] ecclesias cum pertinenciis suis; possessiones de Mixebir', de Fulewelle, de Parua Tiwa, de Tumeleia, de Ledhall[2] et de Rollendrith cum pertinenciis suis; libertates, immunitates & alia omnia per priuilegia Romanorum pontificum, principum & aliorum Cristi fidelium uobis indulta, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis et in uestris instrumentis autenticis continetur, uobis et per uos ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Dat' Perusii Idus Augusti pontificatus nostri anno primo.[3]

Y. 7 (5). Apr. 22, 1220

Honorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati & conuentui de Oseneia ordinis sancti Augustini salutem & apostolicam benedictionem. Hiis libenter fauorem impendimus apostolicum que ad[4] diuini nominis cultum et salutem pertinent animarum. Hinc est quod precibus uestris benignum impertientes assensum, auctoritate uobis presentium indulgemus ut cum generale terre fuerit interdictum, liceat uobis clausis ianuis, non pulsatis campanis, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, submissa uoce diuina officia celebrare ac[5] fratres uestros interim decedentes ecclesiastice tradere sepulture.

[1] Watlington and Waterperry, in Oxfordshire; Stowe and Stone, in Bucks; Shenstone, in Staffordshire.

[2] Thumley and Ledhall were both in the parish of Waterperry.

[3] Some illegible letters are restored from a copy in a volume at the Record Office; Misc. Books, K.R., no. 26.

[4] a, MS.

[5] hac, MS.

Nulli ergo hominum &c. Dat' Uiterbii, X Kal. Maii pontificatus nostri anno quarto.

Honorius episcopus seruus seruorum dei uenerabilibus fratribus archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane ecclesie Cardinali & episcopo Saresbiriensi & dilecto filio archidiacono Cantuariensi salutem & apostolicam benedictionem. Dilecti filii abbas & conuentus de Oseneia, ordinis sancti Augustini, sua nobis peticione monstrarunt, quod [cum][1] ecclesias [ ] unum aut plures de fratribus suis consueruerint ab antiquis temporibus deseruire & usque ad proxima tempora fuerit consuetudo huiusmodi obseruata; [episcopus tamen Wi]gorniensis & quidam alii episcopi in quorum diocesibus ecclesie ipse consistunt, eos [ ] ut in ecclesiis uicarios ponant uel [capellanos] seculares. Quare nobis humiliter supplicarunt ut cum ex hoc graue dispendium incurrere possint [*four lines illegible*]. Dat' Viterbii VI Kal. Iunii pontificatus nostri anno quarto. **Y. 7 (6). May 27, 1220**

Honorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis archidiacono Wigorniensi & cancellario & decano Oxonie Lincolniensis diocesis salutem & apostolicam benedictionem. Ex parte abbatis & conuentus de Oseneia nobis est oblata querela quod R. clericus & quidam alii clerici & laici Lincolniensis, Salesbiriensis, & Wigorniensis diocesum super quibusdam decimis quas in diuersis partibus predictarum diocesum per annos quadraginta & amplius nomine ipsorum ecclesie sancti Georgii de Oxonia pacifice perceperunt, ipsos contra iusticiam grauentur & molestant; ideoque discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus clericum & alios supradictos, ut ab indebita ipsorum abbatis & conuentus super eisdem decimis molestacione desistant, monicione premissa per censuram ecclesiasticam appellacione remota cogatis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo uestrum ea nichilominus exequantur. Dat' Lateran' X Kal. Aprilis pontificatus nostri anno quinto. **Y. 7 (7). Mar. 24, 1221**

Is a copy of deed no. 6. **Y. 7 (8)**

Honorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis archidiacono Wigorniensi & decano & cancellario Oxonie Lincolniensis diocesis salutem & apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum abbatis & conuentus monasterii sancte Marie de Oseneia precibus inclinati presencium uobis auctoritate mandamus quatinus terras, redditus, **Y. 7 (9). Apr. 30, 1221**

[1] The deed is in bad condition. The words in brackets are guessed.

possessiones, pensiones & alia que de bonis eiusdem monasterii alienata inueneritis illicite uel distracta ad ius & proprietatem eiusdem sublato cuiuslibet contradictionis & appellacionis obstaculo legitime reuocetis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescentes ; testes autem qui fuerint nominati si se gracia, odio uel timore subtraxerint per censuram eandem appellacione cessante cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo uestrum ea nichilominus exequantur. Dat' Lateran' II Kal. Maii pontificatus nostri anno quinto.

Y. 7 (10) Nicholaus dei gracia Tuscul[anensis] episcopus dilectis sibi in Cristo clero & ciuibus Oxoniensibus salutem in domino. Licet dum legacionis officio in Anglia fungeremur pro illo enormi excessu qui fuit temere apud Oxoniam commissus duxerimus statuendum ut de hospiciis clericis locandis ad certum tempus relaxaretur de precio ; quia tamen domus religionis, que non fuerunt in culpa, nec puniri debent nec cum peccantibus reputari, uos uolumus esse certos quod eo tempore quando statutum fecimus de hospiciis sic locandis non intelleximus quod statuto illi domus deberent religionis includi. Uerum quia sicut accepimus Domus de Oseneia super hiis a uobis indebite molestatur, rogamus uos, monemus & hortamur in domino quatinus debitum respectum habentes ad deum, domum ipsam super predictis nullatenus molestetis, permittentes abbatem & fratres eiusdem domus hospicia que ad ipsos pertinent locare & concedere sicut consueuerunt rationabiliter ab antiquo. Alioquin eis in sua iusticia deesse nec possumus nec debemus.[1]

Y. 7 (11). Mar. 11, 1217 or 1218 Gual' miseracione diuina tituli sancti Martini presbiter cardinalis apostolice sedis legatus dilectis filiis omnibus magistris & scolaribus Oxonie commorantibus salutem in domino. Cum uenerabilis pater N. Tusculan[ensis] episcopus tunc apostolice sedis legatus ciues Oxonie pro quodam delicto punierit tali pena ut ipsi usque ad certum tempus hospicia sua pro medietate consuete pensionis scolaribus Oxoniensibus teneantur locare, uos sicut intelleximus penam istam non solum ad dictos ciues uultis extendere, sed ad domos religiosas propria hospicia ibidem habentes ; unde cum iuxta legittimas & canonicas sanctiones pena suos debeat tenere actores, nec sit pena ulterius protrahenda quam delictum fuerit in excedente repertum, uniuersitati uestre qua fungimur legacionis auctoritate mandamus, quatinus dictas domos

[1] This seems to be of a date when the Bishop of Tusculum was no longer in England.

propter hoc ulterius non grauetis quin hospicia sua racionabili possunt pensione locare, presertim cum dictus episcopus, licet post expletum sue legacionis officium, interpretatus fuerit se non intellexisse tunc temporis quod huiusmodi domus religiose illa deberent pena puniri. Dat' Oxon' v Idus Marcii.[1]

Honorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati de Gloecestre & priori de Lantunia & archidiacono Gloecestrie diocesis Wigorniensis salutem & apostolicam benedictionem. Dilecti filii abbas & conuentus de Osneia nobis grauiter sunt conquesti quod uenerabilis frater noster Couentrensis episcopus & quidam alii ecclesiarum prelati ac nonnulli alii clerici & laici Lincolniensis & Wigorniensis diocesum super hiis que ipsorum sunt monasterio pietatis obtentu collata eos & idem monasterium contra sedis apostolice priuilegia et indulgencias ac indultas eis ex pia deuotione fidelium libertates aggrauant multipliciter & perturbant. Unde nobis humiliter supplicarunt ut eis in huiusmodi misericorditer prouidentes, dignaremur eidem monasterio super hiis que de bonis suis alienata sunt illicite uel distracta per reuocacionis beneficium subuenire. Quocirca discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus molestari non permittentes abbatem & conuentum predictos contra sedis apostolice priuilegiorum ac indulgenciarum tenorem ac alias libertates eorum ea que de bonis monasterii alienata in eius dispendium inueneritis uel distracta, studeatis ad ius ac proprietatem ipsius legitime reuocare, molestatores & contradictores indebitos districtione qua conuenit appellacione postposita compescentes. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo uestrum ea nichilominus exequantur. Dat' Perusii IIII Non' Augusti pontificatus nostri anno primo.

Y. 7 (12). Aug. 2, 1216

9.

[Letters Patent inviting the University of Paris to migrate to England.]

H. dei gracia, rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie & Aquitannie, comes Andegauie magistris & Uniuersitati scolarium Paris[ius] salutem. Tribulationibus & angustiis non modicis quas sub iniqua lege Parisius estis perpessi humiliter compatientes, ob reuerentiam dei & sancte ecclesie uobis pie subueniendo, statum

E. 4. July 14, 1229

[1] There is no means to know whether the date is Mar. 11, 1217, or Mar. 11, 1218. On both of these dates Gualo was in England.

uestrum cupimus ad debitam reduci libertatem. Unde uestre duximus Uniuersitati significandum quod si uobis placeat ad regnum nostrum Angl[ie] uos transferre & in eo causa studii moram facere, ciuitates, uillas uel burgos quoscumque eligere uolueritis, uobis ad hoc assignabimus, & omnimoda, sicut decet, libertate & tranquillitate, que deo placere & uobis plene sufficere debeant, uos gaudere faciemus. In cuius rei testimonium has litteras nostras patentes uobis mittimus. Teste me ipso apud Rading' XIIII die Iulii, anno regni nostri tercio decimo.[1]

IO.

[A grant of privileges to the University.]

E. 2. May 29, 1248

Anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xxx secundo, & uicesimo nono die Maii, presentibus apud Wodestoke tam procuratoribus scolarium Uniuersitatis quam burgensibus Oxon', idem dominus Rex concessit eisdem scolaribus libertates subscriptas, uidelicet quod si inferatur iniuria predictis scolaribus fiat inde inquisicio tam per uillatas uicinas quam per burgenses predictos. Et quod si ipsi burgenses interficiant aliquem de scolaribus Oxon' uel in aliquem ipsorum insultum faciant uel alicui ipsorum grauem iniuriam inferant, communitas eiusdem uille per se puniatur & amercietur, & balliui per se & non cum communitate eadem puniantur & amercientur, si negligentes fuerint uel dolum fecerint in exequendo officium suum contra illos qui huiusmodi iniurias predictis scolaribus inferunt. Et quod Iudei Oxon' non recipiant a scolaribus pro libra in septimana nisi duos denarios & similiter fiat in minori summa secundum suam quantitatem ; alioquin predicti Iudei puniantur secundum constitutionem regni. Et quod quocienscumque & quandocumque maior & balliui Oxon' sacramentum fidelitatis sue prestabunt in loco suo communi, communitas eiusdem uille denunciet Cancellario ut per se uel per aliquas electas personas prestationi iuramenti predicti, si uoluerit, intersit; quod quidem iuramentum tale erit, quoad scolares predictos, uidelicet quod ipsi maior & balliui conseruabunt libertates & consuetudines Uniuersitatis predicte; alioquin non ualeat iuramentum ipsorum set iterum prestetur secundum

[1] With a fragment of the royal seal on a strip of the deed. The endorsement, 'Littera directa scolaribus Parysius', is in a hand of about 1270. This is printed on p. 257 of the *Patent Rolls*, 1225–1232, but the order of the words 'uillas et burgos' is there reversed, and the date is given as XVI die Julii. Not unfrequently the date of a grant is altered in this way, probably because the date of entering in the roll is substituted for the date of the grant.

formam prescriptam. Si uero Cancellarius nec per se nec per procuratorem interesse uoluerit, ad iuramentum nichilominus procedatur. Et quod duo Aldermanni sint electi & deputati de illis qui pro tempore fuerint secundum quod ordinati erant a domino W. de Eboraco ad exhibendam iusticiam cum prepositi abfuerint, sub eadem pena qua prepositi tenentur si negligentes uel maliciosi inueniantur. Et quod quilibet burgensis Oxon' pro familia sua respondeat, ita quod si aliquis de familia sua mortem uel grauem iniuriam alicui clerico uel suis inferat, malefactorem exhibeat idem burgensis, ut fiat de eo iusticia. Alioquin, infligatur pena secundum consuetudinem regni. Et quod quocienscumque debeat fieri temptacio panis & ceruisie ab eisdem burgensibus precedenti die denuncietur Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis predicte, ut per se uel per aliquos ad hoc deputatos per ipsos, si uoluerint, intersint temptacioni predicte; alioquin non ualeat ipsa temptatio. Si uero dicti Cancellarius & procuratores Uniuersitatis per se uel per suos interesse noluerint, ad predictam temptacionem nichilominus procedatur. In quorum omnium testimonium dominus Radulfus filius Nicholai, senescallus domini Regis, ad preceptum eiusdem domini Regis, huic scripto sigillum suum apposuit, eodem domino Rege per litteras suas mandante uicecomiti, maiori & balliuis Oxonie, ut predictas libertates inuiolabiliter obseruent & faciant obseruari. Quas eciam idem dominus Rex fecit inrotulari anno regni sui tricesimo tercio.[1]

II.

[Letters Patent granting privileges to the University.]

Henricus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitanie, & comes Andegauie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod ad pacem & tranquillitatem necnon & utilitatem Uniuersitatis scolarium Oxonie prouidimus & concessimus

E. 8. June 18, 1255

[1] On a parchment tag the seal of Ralf fitz-Nicholas, white wax, broken, circular, about $2\frac{1}{8}$ in. in diameter, a knight mounted, on the back a small circular seal, a shield with five roundels, as if marking the corners of a pentagon, and united at the centre. The endorsement is: 'Littera domini regis H. de obseruacione pacis, de asisis panis & ceruisie & aliis pluribus, signata signo domini Radulfi filii Nicholai, senescalli domini regis'. This letter of the king is entered on the Close Roll of 33 Hen. III. m. 15, probably in December 1248. A clerk named Gilbert de Dunfermline was murdered by men of the Town on May 1, 1248; the Town was taken into the king's hands, and on May 20 paid a fine of 80 marks (Grosteste's *Letters*, p. 438, Rolls Series; *Rot. de Finibus*, ii. 35). Apparently as a consequence the University was granted these privileges.

quod quatuor Aldermanni fiant in Oxonia & octo de discrecioribus & legalioribus burgensibus eiusdem uille associentur ipsis Aldermannis qui omnes iurent nobis fidelitatem & sint assistentes & consulentes maiori & balliuis nostris Oxonie ad pacem nostram conseruandam, ad assisas dicte uille custodiendas, & ad inuestigandum malefactores & perturbatores pacis nostre & uagabundos de nocte & receptatores latronum & malefactorum, & corporale prestent sacramentum quod omnia predicta fideliter obseruabunt. In qualibet autem parochia uille Oxonie sint duo homines electi de legalioribus parochianis & iurati quod in qualibet quindena inquirent diligenter ne quis suspectus hospitetur in parochia, & si aliquis receptauerit aliquem per tres noctes in domo sua respondeat pro eo. Nullus etiam regratarius emat uictualia in uilla Oxonie uel extra uersus illam ueniencia, nec aliquid emat, nec iterum uendat ante horam nonam, & si fecerit amercietur & rem emptam amittat. Si laicus inferat clerico grauem uel enormem lesionem statim capiatur, & si magna sit lesio incarceretur in castro Oxonie & ibi detineatur quousque clerico satisfiat, & hoc arbitrio Cancellarii & Uniuersitatis Oxonie, si clericus proteruus[1] fuerit; si minor uel leuis sit iniuria, incarceretur in uilla. Si clericus inferat grauem uel enormem lesionem laico, incarceretur in predicto castro, quousque Cancellarius predictus Uniuersitatis ipsum postulauerit; si minor uel leuis sit iniuria, incarceretur in carcere uille quousque liberetur per Cancellarium. Pistores & braciatores Oxonie in primo transgressu suo non puniantur, set in secundo amittant panem, & in tercio transgressu habeant iudicium de pillorio. Quilibet pistor habeat sigillum suum & signet panem suum per quod possit cognosci, cuius panis sit. Quicumque de uilla Oxonie braciauerit ad uendendum, exponat signum suum; alioquin amittat ceruisiam. Uina Oxon' communiter uendantur & indifferenter tam clericis quam laicis ex quo inbrochiata fuerint. Temptacio panis fiat bis in anno uidelicet in quindena post festum sancti Michaelis & circa festum sancte Marie in Marcio, & assisa ceruisie fiat eisdem terminis secundum ualorem bladi & brasii, & quocienscumque debeat fieri temptacio panis & ceruisie intersit Cancellarius predicte Uniuersitatis uel aliqui ex parte sua ad hoc deputati, si super hoc requisiti interesse uoluerint. Quod si non intersint, nec super hoc requisiti fuerint, nichil ualeat temptacio pre-

[1] Grasping, unreasonable. In normal cases the offender and the clerk would be able to come to terms, but if the clerk was unreasonable, the Chancellor and the University would assess his damages. In *Foedera*, i. 323, and Stubbs, *Select Charters*, p. 369, this clause is made the beginning of a sentence, but incorrectly.

dicta. In cuius rei testimonium has litteras eidem Uniuersitati fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Wudestoke decimo octauo die Iunii, anno regni nostri tricesimo nono.[1]

12.

[Letters Patent, granting that for the future the rent of houses occupied by Scholars is to be re-assessed every five years.]

Henricus dei gracia rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie, Aquitannie & comes Andegauie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Sciatis quod ad tranquillitatem & utilitatem tam magistrorum & scolarium Uniuersitatis Oxonie quam burgensium & aliorum in eadem uilla domos habentium, concessimus eidem Uniuersitati quod decetero omnes domus eiusdem municipii Oxonie a scolaribus inhabitate & inhabitande de quinquennio in quinquennium retaxentur, secundum arbitrium taxatorum clericorum & laicorum ex utraque parte iuratorum. Et uolumus quod ista retaxatio incipiat a tempore confectionis presencium litterarum. In cuius rei testimonium has litteras nostras eidem Uniuersitati fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Wodestoke decimo die Februarii anno regni nostri quadragesimo.[2] E. 6. Feb. 10, 1256

13.

[The King sends to the University a copy of the letter which he is sending to the Mayor and Bailiffs of Oxford, bidding them observe the privileges of the University which were granted by deed No. 11, June, 1255.]

H. dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitannie & comes Andegauie dilectis sibi in Cristo Cancellario & Uniuersitati scolarium Oxonie salutem. Sciatis quod ad instanciam dilectorum nobis magistrorum Radulfi de Briseley, Osmundi de Idemistona & Radulfi de Wapham & Reginaldi seruientis uestri scri- E. 12. July 23, 1259

[1] With the royal seal, dark green, attached by red silk strings. This is on the Patent Roll of 39 Hen. III, pt. 2, memb. 8. The endorsement, in a hand of about 1270, is: 'Carta domini regis H. de aldermannis & asisis, de ueteri sigillo signata'.

[2] With the royal seal, light green, attached by red silk strings. E., 6 B., is a duplicate in the same hand, with the royal seal, dark green, attached by red silk strings. The endorsement is: 'Carta domini regis H. de taxacione domorum omnium municipii de quinquennio in quinquennium'. This is on the Patent Roll of 40 Hen. III, mem. 16.

psimus pro uobis maiori & balliuis nostris Oxonie sub hac forma: H. dei gracia &c. maiori & balliuis suis Oxonie salutem. Cum dudum ad pacem & tranquillitatem Uniuersitatis scolarium Oxonie prouiderimus & per cartam nostram concesserimus quod quatuor Aldermanni fierent in Oxonia & octo de discrecioribus & legalioribus burgensibus eiusdem uille associarentur ipsis Aldermannis, qui omnes iurarent nobis fidelitatem & essent assistentes & consulentes uobis ad pacem nostram conseruandam, ad assisas dicte uille custodiendas, & inuestigandum malefactores & perturbatores pacis nostre & uagabundos de nocte & receptatores latronum & malefactorum, & corporale prestarent sacramentum quod omnia predicta obseruarent & quod in qualibet parochia uille Oxonie essent duo homines electi de legalioribus parochianis & iurati quod in qualibet quindena inquirerent diligenter ne quis suspectus hospitaretur in parochia, & si aliquis receptauerit aliquem per tres noctes in domo sua responderet pro eo & quod regratarius non emeret victualia in uilla Oxonie uel extra uersus uillam ueniencia nec aliquid emeret nec iterum uenderet ante horam nonam, & si faceret amerciaretur & rem emptam amitteret & si laicus intulerit clerico grauem uel enormem lesionem statim caperetur, & si magna fuerit lesio incarceraretur castro Oxonie & ibi detineretur quousque clerico satisfieret & hoc arbitrio Cancellarii & Uniuersitatis Oxonie, si clericus proteruus fuerit; si minor uel leuis fuerit iniuria incarceraretur in uilla; si clericus intulerit grauem uel enormem lesionem laico incarceraretur in predicto castro, quousque Cancellarius predicte Uniuersitatis ipsum postulauerit; si minor uel leuis fuerit iniuria incarceraretur in carcere uille quousque liberaretur per Cancellarium. Et quod pistores & braciatores in primo transgressu suo non punirentur, set de secundo amitterent panem & in tercio transgressu haberent iudicium de pillorio, & quod quilibet pistor haberet sigillum suum & signaret panem suum per quod poterit cognosci cuius panis fuerit & quod quicumque de uilla Oxonie braciauerit ad uendendum exponeret signum suum, alioquin amitteret ceruisiam, & quod uina Oxonie communiter uenderentur & indifferenter tam clericis quam laicis ex quo inbrochiata fuerint, & quod temptacio panis fieret bis in anno, uidelicet in quindena post festum sancti Michaelis & circa festum sancte Marie in Marcio & quod assisa ceruisie fieret eisdem terminis secundum ualorem bladi & brasii, & quocienscumque deberet fieri temptacio panis & ceruisie intersit Cancellarius predicte Uniuersitatis uel aliqui ex parte sua ad hoc deputati, si super hoc requisiti interesse uoluerint; quod si non interfuerint nec super hoc requisiti

fuerint nichil ualeat temptacio predicta; uos ut pro certo didicimus articulos libertatum predictarum in nostri contemptum & perturbacionem pacis nostre & tranquillitatis scolarium Uniuersitatis predicte minime obseruare curantes, cartam nostram Uniuersitati predicte inde factam irritam reputatis & inanem, quod mirantes & moti sustinere nolumus, sicut nec debemus. Et ideo uobis de consilio magnatum qui sunt de consilio nostro mandamus firmiter iniungentes quod sicut uos ipsos & omnia que in regno nostro habetis diligitis, predictas libertates & alias quas ad utilitatem & tranquillitatem Uniuersitatis scolarium predictorum prouidimus & per cartas nostras concessimus eisdem sine dilacione inuiolabiliter obseruetis & in uilla Oxonie ab aliis faciatis obseruari, ne pro defectu uestri ad uos & uestra tam grauiter capere debeamus quod inde uos senciatis non mediocriter esse grauatos & quod pena quam in hac parte merueritis reportare aliis [sit][1] castigatio alias delinquendi. Teste me ipso apud Westm' xxiii die Iulii anno regni nostri xliii.[2]

14.

[A writ to the Constable of the Castle that he shall receive the oath of the Aldermen and their assistants.]

H. dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie constabulario Castri sui Oxonie salutem. Cum ad pacem & tranquillitatem necnon & utilitatem scolarium Uniuersitatis Oxonie prouiderimus & concesserimus quod quatuor Aldermanni fiant in Oxonia & octo de discrecioribus & legalioribus burgensibus eiusdem uille ipsis Aldermannis associentur & quod in qualibet parochia eiusdem uille de legalioribus parochianis duo homines sint electi, qui omnes in presencia nostra uel coram eo quem ad hoc loco nostri duxerimus assignandum corporale prestent iuramentum super statutis omnibus contentis in quodam instrumento quod Uniuersitati predicte nuper fieri fecimus fideliter obseruandis; Nos tenore presencium plenam uobis damus potestatem recipiendi uice nostra iuramentum supradictum. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes per biennium duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium quinto die Februarii anno regni nostri xl sexto.[3]

E. 10. Feb. 5, 1262

[1] Torn off.

[2] Seal missing. It was on a strip of the deed.

[3] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. The endorsement is: 'Quod Aldermanni prestabunt sacramentum constabulario per byennium'. It will be noticed that this writ, though dated Feb. 5, refers to the next deed, the Letters Patent issued Feb. 6.

15.

[An Inspeximus of the grant of June, 1255.]

E. 9. Feb. 6, 1262

H. dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Inspeximus literas quas Uniuersitati scolarium Oxonie fieri fecimus anno regni nostri tricesimo nono sub sigillo nostro quo tunc utebamur in hec uerba: Henricus [&c. as in E. 8 = no. 11] tricesimo nono. Illud igitur quod superius expressum est quod scilicet quatuor Aldermanni & octo de discrecioribus & legalioribus burgensibus uille predicte ipsis Aldermannis associati uel associandi iurent nobis fidelitatem in presencia nostra & sint assistentes & consulentes maiori & balliuis predictis ad ea que superius sunt expressa, sic uolumus obseruari, ut si presentes non extiterimus, prestetur iuramentum predictum coram alio quem loco nostri ad hoc duxerimus assignandum. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium sexto die Februarii anno regni nostri XLVI.[1]

16.

[Letters Patent stating that the University has permission to resume at Oxford.]

E. 7. June 17, 1264

H. dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Cum propter turbacionem dudum habitam in regno nostro conuocari fecissemus magnates regni nostri ut essent ad nos apud Oxoniam nobiscum super arduis negociis nos & regnum nostrum contingentibus tractaturi, et intellexissemus quod Cancellarius & Uniuersitas Oxonie sine grauissimo periculo ibidem morari non potuissent, propter quod de mandato nostro exinde ad tempus ad propria diuerterunt, ita quod predicta turbatione deo uolente sedata, libere & sine impedimento nostri uel nostrorum redire possent ibidem moram facturi, sicut prius consueuerunt, & omnibus immunitatibus, consuetudinibus, libertatibus & priuilegiis, que ad Uniuersitatem suam pertinent, quibus hactenus usi

[1] With the royal seal, dark green, attached by red and green silk cords. This is on the Patent Roll of 46 Hen. III, m. 16. The endorsement is: 'Carta domini regis H. suo sigillo nouo signata de obseruacione pacis, de regratariis, de incarceracione & liberacione, de pistoribus & braciatoribus, de uendicione uini, de asisa panis & seruisie & coram quo prestandum est iuramentum aldermannorum de fidelitate'.

sunt gauisuri, & quod omnia tenementa, possessiones & redditus ad Uniuersitatem suam pertinencia eis salua essent & ea per attornatos suos custodiri & redditus suos colligi facerent & etiam quod hospicia & bona sua que ibidem dimiserunt eis saluo reseruarentur, ita tamen quod cum tempora forent tranquilla & Uniuersitas predicta reuersa, de contentionibus & discordiis habitis in uilla predicta inter scolares & burgenses eiusdem uille ad honorem nostrum emende fierent, iuxta tenorem litterarum nostrarum patentium quas predictis Cancellario & Uniuersitati & maiori & probis hominibus uille predicte apud Roff' concessimus, ac sedata turbacione predicta per dei graciam & pace inter nos & Barones nostros prouisa & per totam terram nostram publice proclamata eisdem Cancellario & Uniuersitati mandauerimus quatinus ad predictam uillam Oxonie redeant, moram ibidem facturi sicut prius facere consueuerunt & immunitatibus, consuetudinibus, libertatibus & priuilegiis, que ad Uniuersitatem predictam pertinent, quibus hucusque usi sunt gauisuri sicut predictum est; uolumus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quod debite & competentes emende fiant de transgressionibus, contentionibus, & discordiis predictis secundum legem & consuetudinem Uniuersitatis predicte; ita quod innocentes pro nocentibus non puniantur, & saluis nobis & heredibus nostris omnibus que ad coronam & dignitatem nostram pertinent in premissis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Sanctum Paulum London', xvii die Iunii anno regni nostri xlviii.[1]

17.

[Letters Patent stating that as regards the transgressions between the Town and University soon to be settled by arbitrators, any offences of the University against the Crown are remitted.]

Henricus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Cum de pace inter scolares Uniuersitatis Oxonie & burgenses eiusdem uille reformanda super omnibus transgressionibus, contencionibus, & discordiis inter eos dudum habitis in certas personas, ut dicitur, sit compromis- E. II. July 8, 1264

[1] With the royal seal, white, on a strip of the deed. This is not on the Patent Roll. The endorsement is: 'Carta domini regis H. concessa Uniuersitati in reuersione eius post dissidium, de confirmacione priuilegiorum, libertatum, consuetudinum omnium, quibus usi erunt'.

sum, saluis nobis hiis que ad coronam & dignitatem nostram inde pertinent, sicut in compromisso illo plenius continetur, uolentes prefatis scolaribus graciam in hac parte facere specialem, ea que ad coronam & dignitatem nostram pertinent occasione transgressionum, contencionum & discordiarum predictarum pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est, eisdem scolaribus penitus remittimus & relaxamus. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud sanctum Paulum, octauo die Iulii, anno regni nostri quadragesimo octauo.[1]

18.

[Letters Patent that clerks studying at Oxford shall not be placed upon assizes and juries.]

E. 1. Feb. 2, 1265

H. dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie, omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Cum graue sit & tediosum clericis laycum feodum habentibus poni in assisis, iuratis uel recognicionibus, ipsis scolis insistentibus; nos huiusmodi clericis Oxonie studentibus, ad instanciam Uniuersitatis eiusdem uille, graciam facere uolentes specialem, ipsis concedimus quod quamdiu studiis ibidem inhereant, & sub habitu clericali in suo studio laudabiliter proficiant, non ponantur in assisis, iuratis uel recognicionibus aliquibus. Et ideo uobis mandamus quod dictos clericos contra hanc concessionem nostram non molestetis uel molestari permittatis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium secundo die Februarii, anno regni nostri XLIX°.[2]

19.

[Terms of peace between the Irish and the Northern Scholars.]

I. 13 a, 13 b. Nov. 29, 1267

Cum[3] frequens & assidua inter Boreales[4] & Hybernienses esset

[1] With the royal seal, green, attached by red and green silk strings. This is on the Patent Roll of 48 Hen. III, without date, but assigned apparently to June 27. The endorsement is: 'Carta domini regis de remissione transgressionum'.

[2] With a portion of the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is not on the Patent Roll. The deed is endorsed: 'Littera domini regis quod scolares non ponantur in assisis, iuratis'.

[3] The deed is indented on the left-hand side, where the word FINALIS CONCORDIA is written. No. 13 b is the same deed, but in another hand and not indented. Nothing is known of any disturbance in Oxford in this year.

[4] Boriales, 13 b.

contencio, cuius occasione multociens studii tranquillitas Oxonie fuerit perturbata, anno domini M°CC° sexagesimo septimo in uigilia beati Andree apostoli, interuentu magistri Nicholai de Ewelme tunc in Cancellarium electi & diuersarum facultatum professoribus ad concordiam diligenter laborantibus, omnes controuersie prius inter eos habite sub hac forma amicabiliter conquieuerunt, uidelicet quod quadam summa pecunie certis personis restituta & omnibus hinc inde remissis contencionibus electe fuerunt ex utraque parte uiginti quatuor persone, que uice omnium pacis osculum adinuicem contulerunt. Uolentes itaque partes prefate non solum presentibus sed etiam futuris obuiare periculis, ex parte Borealium[1] quinque de quolibet comitatu sibi adiuncto fuerunt electi qui nomina omnium haberent & singulorum. Qui quidem electi tres sibi capitaneos elegerunt & eis cum electorum consilio de omnibus suam communitatem tangentibus disponendi, ordinandi & obligandi potestatem tradiderunt. Hybernienses autem de quatuor suis prouinciis octo personas elegerunt & unum capitaneum, eisdem suam conferentes similiter potestatem. Iurauerunt eciam uice omnium certi de maioribus ad hoc assignati quod formam subscriptam pro posse obseruabunt, aliis eisdem electis idem sacramentum prestantibus, quod si contingat (quod absit) quod alicui Boreali[2] uel Hyberniensi fuerit iniuria per aliquem ab alterutra parte illata, primo amicabiliter per dictas personas ex utraque parte electas, si fieri possit, contencio sopiatur; quod si dicta contencio amicabiliter sedari non possit, per arbitros uel arbitratores uel amicabiles compositores, auditis hinc inde propositis, finiatur; quibus deficientibus, per Cancellarium uel ebdomodarios[3] uel certos iudices ad hoc assignatos in forma iuris & Uniuersitatis dicta controuersia terminetur. Quod si uel inferens uel cui iniuria fuerit illata huic ordinacioni noluerit adquiescere, ex utrorumque eiciatur societate, nec iterato admittatur inter eosdem, donec paruerit in prefatis. Quod si contumaciter recesserit, modum recessus episcopo loci sub testimonio suorum compatriotarum Cancellarius rescribat, bonis eius nichilominus in Uniuersitate inuentis, quousque paruerit, sequestratis. Quod si aliqui rebelles inueniantur & pacis perturbatores, Cancellario per illos de suo comitatu uel prouincia denuncietur, uel per suos compatriotas capiatur & Cancellario per consilium electorum tradatur. Mutuo eciam dicte communitates ad penam triginta librarum se obligauerunt quod communitas hinc inde manu armata non insurget in aliam et quod communitas alterutra uim

[1] Borialium, 13 b. [2] Boriali, 13 b. [3] ebdomedarios, 13 b.

inferens armatam, si super hoc fuerit conuicta, ad dicte pecunie solucionem alteri communitati nomine dampnorum & interesse quacumque cohercione per Cancellarium compellatur, cauillacionibus omnibus & excepcionibus prorsus amotis. Quod si aliquos uel aliquem electorum capitaneorum abesse contingit, alii de consilio electorum loco sui subrogentur. In cuius rei testimonium huic scripto in modum finalis concordie confecto, quidam de maioribus iuratis hinc inde sigilla sua & sigillum Cancellarii apponi procurarunt, & ad perpetuam rei memoriam in registro[1] poni fecerunt.[2]

20.

[An Inspeximus of No. 10.]

E. 3. June 21, 1268

H. dei gracia, rex Anglie, dominus Hibernie, & dux Aquitanie omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus litteras patentes dudum confectas apud Wodestoke in presencia procuratorum scolarium Uniuersitatis Oxonie & burgensium eiusdem uille super quibusdam libertatibus prefatis scolaribus concessis in hec uerba:—Anno regni [&c. as in E. 2 = No. 10] tricesimo tercio. Nos autem predictam concessionem predictis scolaribus super prefatis libertatibus de precepto nostro factam, ut predictum est, ratam habentes & gratam, eam presentibus litteris nostris patentibus scolaribus antedictis concedimus & sigilli nostri munimine roboramus. Teste me ipso apud Wodestoke, vicesimo primo die Iunii anno regni nostri quinquagesimo secundo.[3]

21.

[Letters Patent to the Mayor and Bailiffs of Oxford that at the request of the Masters and Scholars they should assess every five years the rents of their houses and chambers.]

E. 13. Apr. 27, 1269

H. dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie

[1] Probably this means the book of Statutes which was then in use. This deed is not found in any of the extant registers, the earliest of which is of about 1330.

[2] No. 13 b bears only the Chancellor's seal (see *Ball. Oxford Deeds*, O.H.S., p. 365). No. 13 a originally had nineteen seals. The central seal, as we learn from the name on the tag, was the Chancellor's seal; on the right are the seals of 'mag. Ad. de Nortfok', 'Thom' Bech', 'mag. Hug' de Euesham', 'Hen. de Mersinton'', 'mag. I. de Neuil', 'mag. I. Hok'', 'Will' de Bincastre', and two names that are illegible; all the names on the nine tags on the left-hand side are illegible.

[3] With the royal seal, green, attached by silk strings red and green. This is entered on the Charter Roll of 52 Hen. III, mem. 6.

maiori & balliuis suis Oxonie salutem. Quia cartam nostram per quam ad tranquillitatem & utilitatem tam magistrorum quam scolarium Uniuersitatis Oxonie quam burgensium & aliorum in eadem uilla domos habentium dudum concessimus eidem Uniuersitati, quod omnes domos eiusdem municipii Oxonie a scolaribus inhabitate & inhabitande de quinquennio in quinquennium taxarentur secundum arbitrium clericorum & laicorum ad hoc ex utraque parte iuratorum, uniuersaliter tam ad utilitatem pauperum & minorum quam diuitum & maiorum uolumus inuiolabiliter obseruari, uobis mandamus quod omnes dom*us* municipii predicti tam minores quam maiores cameras & alias quas burgenses uel alii scolaribus locare uoluerint & quas dicti scolares debent conducere & inhabitare, sine dilacione taxari faciatis in forma predicta cum ex parte dictorum magistrorum & scolarium inde fueritis requisiti. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Wyndes*ores* uicesimo septimo die Aprilis anno regni nostri L° tercio.[1]

22.

[Letters Patent to the Sheriff and all Bailiffs that they should protect the University.]

H. dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie uicecomiti Oxonie & omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Uolentes quod pax nostra in municipio nostro Oxonie ad securitatem & tranquillitatem eiusdem et etiam quod libertates & priuilegia Cancellario & Uniuersitati scolarium Oxonie a nobis concessa, firmiter & inuiolabiliter obseruentur, uobis precipimus firmiter iniungentes quod Cancellarium, magistros & scolares Uniuersitatis predicte manuteneatis, protegatis & defendatis; non inferentes eis uel inferri permittentes contra libertates & priuilegia predicta iniuriam, molestiam, dampnum, impedimentum, seu grauamen. Et si quid eis forisfactum fuerit, id eis quantum in uobis est sine dilacione faciatis emendari. Et prefato Cancellario & magistris Uniuersitatis predicte ad pacem nostram ibidem obseruandam cum ab eis super hoc fueritis requisiti, consilium uestrum prebeatis & iuuamen. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. E. 5. Nov. 22, 1269

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. Entered on the Patent Roll without date, but between Apr. 24 and Apr. 28. The endorsement is: 'Carta domini regis H. de taxacione domorum & camerarum de quinquennio in quinquennium'.

Teste me ipso apud Westmonasterium xxii die Novembris anno regni nostri liiii°.[1]

23.

The following deed informs us that an outbreak between the students of the North and the South occurred on Jan. 26, 1274. It seems that there had been a turbulent spirit at Oxford for some months, and in August, 1273, the king, or rather the Chancellor in the name of the absent king, had issued a notice to the bishops throughout the country that they were to warn scholars that when they returned to Oxford after the vacation they were not to return armed.[2] On Oct. 11, 1273, the king's Chancellor wrote to the Chancellor and Scholars of the University, saying that he has heard that dissensions have arisen, and that if they are not suppressed he will send some of the king's leading subjects to inflict punishment.[3] On Jan. 28, 1274, two days after the outbreak 'on the morrow of the Conversion of St. Paul', a royal commission was issued to John de Cobeham, Anketil de Martivall, and Walter de Helyun to hold an inquiry touching discords that had arisen at Oxford,[4] and on March 3 a similar commission was issued to Cobeham and Helyun to hold an inquiry about trespasses committed at Oxford.[5] From the terms of peace which were drawn up we might imagine that nothing worse than plundering took place, but on the Close Rolls there is a writ of Feb. 8 that mag. Will. de Middleton, official of Canterbury, or mag. Thomas de Cantîlupo are to convey from Oxford to London about fifty men, whose names are given, who were charged with homicides[6]; the writ mentions that the king intended to hold an inquiry about the disturbance between scholars at Oxford. To this occasion may belong an undated letter[7] from the mayor and bailiffs of Oxford to the Treasurer and Chancellor of the king, stating that on 'the previous Saturday' there had been a fight between the north and the Welsh, some had been slain, many had been wounded, and the Welsh had been driven out of the town. Jan. 26 was not a Saturday, but a Friday, in 1274; but the outbreak may have been begun on the Friday and completed next day. The fact that the letter was addressed to the Treasurer and Chancellor would suit with the date of January, 1274, when the king was absent from England. The chronicler Knighton records[8] that in the year 1273 'discordia extitit magna inter clericos Aquilonares et Hybernicos et aliqui occidebantur Hybernici'.

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 54 Hen. III, memb. 26. The endorsement is: 'Litera domini regis H. directa uicecomiti & balliuis ut protegant & defendant Canc' & Uniuersit' & suis libertatibus & consuetudinibus (*sic*)'.

[2] Giffard's Register (ed. Worc. Soc., p. 58; Wilk., *Concilia*, ii. 26).

[3] See the letter, printed in the Appendix.

[4] *Cal. of Pat. Rolls*, p. 65.

[5] ib., p. 44.

[6] *Cal. of Close Rolls*, p. 67.

[7] Printed in the Appendix.

[8] Knighton, i. 267 (Rolls Series).

[Terms of peace between the North and the South.]

In nomine patris & filii & spiritus sancti, amen. Ad eternam rei memoriam. Cum uarie contentiones & discordie orte essent inter Australes, Marchiones, Hybernienses & Walenses ex una parte, & Boriales & Scotos ex altera in municipio Oxonie super uariis peticionibus, conuencionibus, reconuencionibus & transgressionibus, in hac forma conquieuerunt; Uidelicet ex parte Australium, Marchionum, Hyberniensium & Walensium electi fuerunt domini & magistri Ricardus filius Iohannis, Ricardus de Hallinges, Henricus la Feyte, Egidius Fillol, Thomas de sancto Leodegario, Willelmus de Cruce Roys & Iohannes Folk, qui plenam habuerunt potestatem generalem & specialem componendi, transigendi, ordinandi, remittendi, ordinacionem, dictum seu laudum recipiendi & ad alia omnia facienda que ad bonum pacis plene poterunt pertinere. Ex parte uero Borialium & Scotorum electi fuerunt domini & magistri, Hugo de Thurgartone, Clemens de Aston, Willelmus de Lafforde, Robertus de Fletham, Nicholaus de Bernewelle, Gilbertus de Stratherne & Willelmus de sancto Botulfo, qui consimilem in premissis omnibus habuerunt potestatem. Electi etiam fuerunt quinque mediatores domini & magistri, frater Oliuerus Dayncurth prior fratrum predicatorum Oxonie, Iohannes de Wengham precentor sancti Pauli London', Hugo de Heynesham,[1] Nicholaus de Marnham gerens uices domini Cancellarii Oxonie & Philippus de Stantone canonicus Wellensis de communi consensu omnium tam Australium, Marchionum, Hyberniensium, Walensium, quam Borialium & Scotorum, in quos quidem quinque communiter ab omnibus predictis collata fuit plena potestas mediandi, ordinandi & discordes ad concordiam reducendi, peticiones, conuenciones, reconuenciones, transgressiones & penarum commissiones moderandi, remittendi & omnia alia faciendi que ad bonum pacis poterunt quomodolibet pertinere. Iuramento ab omnibus & singulis predictis corporaliter prestito quod pacem & formam pacis quam predicti quinque ordinauerint & prouiderint inter eos inuiolabiliter perpetuis temporibus obseruabunt, quinque uero predicti mediatores predictos quatuordecim nomine omnium ad concordiam sub hac forma amicabiliter reduxerunt, uidelicet ut remissis hinc inde ab inicio mundi omnibus rancoribus, iniuriis, transgressionibus, contumeliis, actionibus tam realibus quam personalibus, penarum commissionibus & omnibus aliis quorum pretextu posset in

I. 12. Mar. 27, 1274

[1] On the strip to which his seal is attached the name is written Evesham, with a clear -v-; there is often confusion between Eynsham and Evesham.

posterum super premissis questio uel contencio suscitari, bona ablata a quocumque in crastino conuersionis sancti Pauli anno domini M°CC° septuagesimo tercio, quocumque inuenta fuerint, plene restituantur. Quod si inuenta non fuerint, precia restituantur eorundem. Et si contigerit bona aliqua in posterum inueniri penes aliquem, quorum precia prius fuerint persoluta, licitum sit dominis res suas, precio restituto, auctore Cancellario rehabere. Quam restitutionem plene faciendam predicti quinque mediatores cum predictis ordinatoribus & aliis dominis & magistris Willelmo de Bridillingtone, Iohanne le Bigoth, Petro de Ros, Iacobo de Segraue, Edmundo La Suche, Thoma filio Alani, Willelmo de Umfranuile, Iohanne de London', Roberto de Thorp, Laurencio de Spalding, Willelmo de Belewe, Rogero de Mortiuaus, Alexandro de Martinestorp, Rogero de Tiltune, Ada de Leuintone, Archibaldo de Duglas, Symone de Farindone, Radulfo de Kneuton', Thoma de Hunsinghorn, Willelmo de Menil, Roberto de Lintone, Ricardo de Wyteby, Andrea de Derby, Roberto de Bartone, Iohanne de Axeby, sponte se ad idem obligantibus, citra festum Pentecost*en* fideliter promiserunt & manuceperunt. Ad pacem uero & tranquillitatem Uniuersitatis in perpetuum inuiolabiliter obseruandam de consensu expresso omnium & singulorum ordinatum est & prouisum quod si quis de pacis turbacione suspectus inueniatur, idonee caueat per pignora aut per clericos beneficiatos in prouincia Cantuariensi uel Eboracensi aut per burgenses immobilia possidentes, quod stabit pacifice & quiete, nullo modo arma portando, seu aliis ad portandum comodando uel conuenticulas illicite faciendo aut pacem Uniuersitatis ope, facto uel consilio qualitercumque perturbando. Quod si sic cauere noluerit uel non potuerit, uel in uilla uel extra latitauerit uel latitantem receperit, retentis eius bonis omnibus ab Uniuersitate bannitus expellatur. Ad que omnia & singula fideliter & inconcusse obseruanda, omnes & singuli de Uniuersitate tam maiores quam minores corporale sacramentum prestiterunt, adicientes sub eodem sacramento quod si quis huic ordinacioni rebellis aut contradictor extiterit aut correctioni[1] Cancellarii subire recusauerit in premissis omnes de Uniuersitate in ipsum tamquam in perdicionis filium, pacis dei, ecclesie & Uniuersitatis perturbatorem communiter in manu forti ad mandatum Cancellarii insurgent, ipsum tamquam membrum pudridum[2] ab Uniuersitate in perpetuum expellendo. Absentes uero scolares seu uenturi omnes idem subeant iuramentum,

[1] Perhaps *correctionem*. [2] *Sic*.

prouiso insuper quod de cetero partes non fiant seu nominentur in Uniuersitate, set unum sit collegium & unum corpus, aliis nichilominus obligacionibus penalibus per Uniuersitatem prius ordinatis in suo robore duraturis. In cuius rei testimonium nouemdecim predicti una cum aliis superius nominatis presentibus signa apposuerunt. Ista omnia predicta de pleno consensu omnium magistrorum regencium & non regencium, dominorum & bachelariorum, maiorum & minorum Uniuersitatis sine contradictione alicuius facta, ordinata, statuta & iurata fuerunt ad perpetuam pacis Uniuersitatis Oxonie gubernacionem & tranquillitatem, die Martis proxima post festum diei dominice in ramis palmarum, anno domini M°CC° septuagesimo quarto loco supradicto.[1]

24.

[Letters Patent to the bishops of England and Ireland asking them to grant indulgences to those who shall attend masses at the chantry newly founded by the University.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hybernie & dux Aquitanie uenerabilibus in Cristo patribus archiepiscopis & episcopis per regnum Anglie & terram Hybernie constitutis salutem. Rem hone- M. 11. Dec. 30, 1274

[1] Endorsed: *forma reformacionis pacis inter Australes & Boriales.* The deed is not an indenture. The deed has three parchment tags which are of an unusual form, being narrow in the middle and spreading like a fan at each end. These ends have been cut into strips, on which seals have been affixed and the names written of the owners of the seals; but some of the strips have never been used. The tag on the left hand has been cut into eighteen strips, of which nine are and always have been blank; the others bear the seals of 'H. la Feyte' (fragmentary), 'A. de Duglas' (fragmentary), 'W. de Belew' (S. [WILL]ELMI DE [BELLA AQV]A, a flower of five petals, circular $\frac{7}{8}$ in.), 'dominus Iohannes Bygod' (S. IOHANNI[S BYG]OD, a shield charged with a lion rampant facing the left, circular $\frac{3}{4}$ in.), 'mag. Rob. de Barton' (pointed oval, 1 in. by $\frac{5}{8}$, illegible), 'mag. W. de Briddel'' (fragmentary), 'mag. R. de Hallinge' (fragmentary), 'mag. Clemens de Aston' (fragmentary), 'mag. Adam de Leuintone' (fragmentary). The middle tag has the following seals: 'mag. Ioh. de Lond'' (apparently a gem, oval but not pointed, illegible), 'Giles Fillol' (fragmentary), 'Ph. de Stantona' (fragmentary), 'Ricardus filius Iohannis' (a gem, oval but not pointed, illegible), 'Hugonis (*sic*) de Evesham' (pointed oval, broken), 'Precentor sancti Pauli' (fragmentary), 'P. de Malros' (a fragment), 'mag. W. de Lafford' (a fragment), 'mag. Rob. de Fletham' (a fragment'), 'Th. de sancto Leodegar'' (illegible), 'dominus Rog. de Martivall'' (a fragment), 'mag. Rog. de Tilton' (circular), 'Andree de Derby' (pointed oval, broken), 'Radulfus de Kningtun' (wanting). The right-hand tag has the following seals: 'Simonis de Farned'' (pointed oval, $\frac{5}{8}$ by $\frac{3}{8}$ in., SIGILLVM SECRETI), 'N. de Mernaham' (a fragment), 'Laur' de Spalding' (a fragment), 'W. de sancto Botolfo' (a fragment), 'N. de Bernwell' (a fragment), 'I. de Haxby' (a fragment), 'mag. Rob. de Lintona' (a fragment), 'mag. Gilb. de Straherne' (a fragment), 'Ioh. Folk' (a fragment), 'mag. Hugo de Storkarton' (*sic*).

stam agere credimus cum ad id ex officio regie dignitatis intendimus per quod diuini cultus augetur nominis & animarum salus, uiuorum scilicet & fidelium defunctorum, salubriter procuratur, iocundum nichilominus reputantes si ad premissorum desideratos & felices effectus amore uirtutis effundimus cum efficacia preces nostras. Cum igitur dilecti & fideles nostri . . . Cancellarius & Uniuersitas uille nostre Oxonie ubi suum posuerunt triuium & quadriuium fundamenta, ubi fons scaturit theologice facultatis, ac ubi nude anime filiorum hominum uenientium de longinquis philosophie uestibus induuntur, in ecclesia beate Uirginis dicti loci capellaniam quandam deliberatione sancta nuper & prouida duxerint statuendam, ut in ea tam pro nostra, consortis & liberorum nostrorum incolumitate corporea, quam pro recolende memorie domini Genitoris ac aliorum progenitorum nostrorum & omnium benefactorum Uniuersitatis eiusdem remedio animarum, maiestati diuine sacrificia offerantur, & ad hec incommutabiliter exequenda perpetuum capellanum in ea, cui necessaria pro sustentacione uite de proprio deputarunt, duxerint ordinandum; nosque desideremus ex corde quod pia ipsorum ordinatio & honesta fidelium Cristi subsidiis sustentetur, ut deuotionis per hoc cumulus augeatur; uniuersitatem uestram attente requirimus & rogamus quatinus, diuine retributionis intuitu & nostrorum interuentu rogaminum, omnibus qui ad missarum sollempnia capellanie predicte causa deuotionis & oracionis accesserint indulgentias aliquas secundum quod potestatis uobis a deo date requirit officium concedatis; ut ex hoc uobis a deo premium & a nobis comendationis titulus & multiformium graciarum acciones possint & debeant merito prouenire. Teste me ipso apud Wodestoke in crastino beati Thome martinis, anno regni nostri tercio.[1]

25.

[Letters Patent to the Mayor and Bailiffs that they should preserve inviolate the privileges of the University.]

M. 20. Nov. 4, 1275

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie uicecomiti, maiori & balliuis suis Oxonie salutem. Uolentes priuilegia dilectis nobis Cancellario & scolaribus Uniuersitatis Oxonie a progenitoribus nostris regibus Anglie per literas suas patentes concessa,

[1] Endorsed: *potest ualere Uniuersitati.* With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 3 Ed. I, memb. 34, and is printed in *Foedera*, but altering *desideremus* to *desiderantes*, and omitting *interuentu*.

quibus hucusque rationabiliter usi sunt, in omnibus & singulis suis articulis inuiolabiliter obseruari, uobis mandamus quod Cancellario & scolaribus predictis priuilegia predicta conseruetis illesa, & ab aliis omnibus quantum in uobis est illesa conseruari faciatis in forma predicta. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes quamdiu nobis placuerit duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium quarto die Novembris anno regni nostri tercio.[1]

26.

[A grant of the Archbishop of Canterbury that sentences of excommunication issued by the Chancellor of the University shall be executed throughout the southern province; that clerks beneficed in the province who are convicted of offences at Oxford shall suffer sequestration of their benefices, and if unbeneficed shall not be promoted until they have made restitution.]

Frater I. miseracione diuina Cantuariensis archiepiscopus tocius Anglie primas dilectis sibi in Cristo Cancellario ac Uniuersitati magistrorum & scolarium Oxonie Lyncolniensis dyocesis salutem, graciam & benediccionem. Querentes in agro scolastice discipline sciencie margaritam non immerito quo possumus fauore prosequimur eaque libenter eis concedimus per que, materia submota grauaminis, ipsorum status tranquillitas prosperetur. Hinc est quod uestris deuotis precibus inclinati, personas uestras cum omnibus bonis ad uos communiter pertinentibus que in presenciarum racionabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub nostra proteccione suscipimus, specialiter autem libertates & immunitates ab episcopis, regibus, magnatibus & aliis Cristi fidelibus uobis rite concessas, sicut ea omnia iuste & racionabiliter optinetis, uobis & per uos uestris successoribus de fratrum nostrorum unanimi & expresso consensu auctoritate presencium confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Ad hec, quia intelleximus quod nonnulli proprie salutis immemores, cum propter delicta in Uniuersitate Oxonie perpetrata suspensionis uel excommunicacionis sentenciis per Cancellarium Uniuersitatis ipsius, uel iudices inferiores deputatos ab

I. 2. July 31, 1279

[1] The seal, which was on a strip of the deed, is missing. The deed is endorsed: 'Littera domini regis Edwardi de confirmacione libertatum, consuetudinum'. It is on the Patent Roll of 3 Ed. I, memb. 6.

eo, uel per ipsum Cancellarium una cum tota Uniuersitate quandoque solorum regencium, quandoque regencium & non regencium[1] fuerint innodati, a uobis & a uestra iurisdiccione recedunt, claues ecclesie temere contempnendo, ut dicte sentencie robur optineant firmitatis, quociens nos uel fratres nostri super hoc a uobis legitime fuerimus requisiti, quod per nos uel fratres nostros uel eorum officiales in nostra prouincia execucioni[2] demandentur, de expresso & unanimi consensu fratrum nostrorum uobis tenore presencium indulgemus. Uolentes insuper tranquillitati uestre uberius prouidere, ut uestra communitas in futurum in statu prospero & tranquillo ualeat gubernari, uobis concedimus & de expresso & unanimi consensu fratrum nostrorum ordinamus & statuimus, ut si qui clerici in nostra prouincia beneficiati die aut nocte inuenti fuerint in pacis perturbacionem arma deferentes uel tranquillitatem ipsius Uniuersitatis per modum alium perturbantes & super hoc conuicti fuerint legitime aut rite seu per eorum fugam presumptiue confessi, quod eorum beneficia in manibus prelatorum suorum ad denunciacionem Cancellarii faciendam ipsis episcopis sub ipsius Uniuersitatis sigillo communi per triennium sequestrentur, & de fructibus beneficiorum huiusmodi percipiendis interim uel perceptis, leso uel lesis per conuictos uel confessos aut fugitiuos huiusmodi legitime satisfiat. Quod si beneficium ecclesiasticum non habuerint, per quinquennium ad recepcionem beneficiorum ecclesiasticorum inhabiles habeantur, nisi lesis ab eisdem interim satisfecerint competenter & graciam Uniuersitatis meruerint optinere, fama eorum nichilominus post satisfaccionem integra conseruata. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum una cum sigillis fratrum nostrorum presencium huic scripto est appensum. Dat' in concilio nostro apud Radinges pridie Kalendas Augusti, anno gracie milesimo ducentesimo septuagesimo nono.[3]

[1] In *Registrum epistolarum Peckham* (i, p. 30, Rolls Series) this clause is incorrectly given.

[2] *execucionem*, incorrectly; *Munimenta Acad.* i. 40.

[3] The deed had originally thirteen tags with the seals of thirteen bishops, the names of the bishops being written above the tags, viz. Cantuar', Lyncoln', Sar', Wynton', Exon', Cicestren', Wygorn', Bathon', Landauen', Herfordens', Norwycen', Bangoren', Roffens'; of these the only seals that are fairly complete are the seals of Canterbury and Exeter. If we may believe the note in the Chancellor's Register (*Munim. Acad.* i. 41), the University at one time had another copy of this grant, sealed by sixteen bishops.

27.

[An agreement between the Bishop and the University, that if the Bishop, when he holds a visitation of the clergy and laity in Oxford, discovers spiritual offences in members of the University, their correction shall be left in the hands of the Chancellor.]

N A H d V R O R I C

genarum quam forensium, campana communi pulsata, cum sonitu cornuum prefati burgenses in manu armata insultum scolaribus Uniuersitatis predicte ex precogitata malicia hostiliter dederunt, quosdam vulnerando et quendam dominum Fulconem Nayrnuit sacerdotem occidendo, domos scolarium uiolenter ingrediendo, res suas auferendo & ipsos ad carcerem quanquam immunes uiliter ductos cum stimulis pungendo & incarceratos inhumaniter & extra modum debitum & consuetum pertractando & alia enormia eisdem dampnabiliter inferendo, seu ubi prohibere poterant & debebant inferri permittendo minus iuste, in dicte Uniuersitatis & suorum priuilegiorum & consuetudinum contemptum & lesionem ac eciam preiudicium non modicum & grauamen. Quare petit idem procurator ut prius.

Item coram uobis dominis arbitris [&c.] . . . comparentem quod cum Willelmus de Godestowe, Radulfus le Mercer iunior, Nicholaus Tabernarius, Walterus Draper garcio Roberti de Wrmenhale, Iohannes de Abyndone allutarius, Petrus Pikbon[1] tabernarius, Willelmus Percy, Philippus seruiens,[2] Walterus garcio Andree de Durham et Willelmus Arcista per legitimam inquisicionem a dicto Cancellario factam fuissent de pacis perturbacione Uniuersitatis predicte irretiti, ut suspecti, fuissetque per dominum Cancellarium ad maiorem et communitatem burgensium, ad quod per sacramentum suum corporaliter prestitum sunt adstricti, demandatum quod huiusmodi perturbatores pacis caperent & sub fideli custodia eosdem facerent obseruari, ut melius dicte Uniuersitatis perturbacio quiescere poterit et sedari, prefati tamen Maior et burgenses quendam Willelmum de Godestowe occasione huius mandati ceperunt, et inconsulto Cancellario absque satisfactione qualibet liberarunt eundem ; quo ad alios uero mandatum predictum Cancellarii prenotati in sue salutis interitum adimplere dampnabiliter recusarunt, in dicte Uniuersitatis & suorum priuilegiorum & consuetudinum contemptum & lesionem, ac eciam preiudicium non modicum et grauamen. Quare petit idem procurator nomine dominorum suorum, probatis probandis, seu per uiam notorii uel per confessionem partis seu alio modo legitimo declaratis, Uniuersitati predicte super huiusmodi lesionem priuilegiorum & consuetudinum contemptum arbitrio uestro satisfieri & ad statum suorum priuilegiorum & consuetudinum per uos in hac parte sentencialiter & diffinitiue reduci, et ab huiusmodi lesione et molestia eosdem Maiorem, balliuos, communitatem et burgenses in futurum compesci. Hoc dicit et petit, iuris

[1] Twyne wrongly reads *Pikkon*.
[2] This name is omitted in the corresponding article in the *posiciones*.

beneficio in omnibus semper saluo, diuisim non coniunctim, non artans se ad omnia et singula probanda sed eatenus optineat in petitis quatenus probauerit in premissis.[1]

41.

[Positiones.]

Y. 12. Iste[2] sunt positiones per Cancellarium magistros et scolares Uniuersitatis Oxonie proposite contra maiorem, balliuos et communitatem burgensium eiusdem municipii infra portas et extra, coram arbitris, super quibusdam litibus & controuersiis inter predictas partes motis, ad ipsorum ipsarumque controuersiam unanimiter electis.

In primis super primo articulo ponunt quod cum eisdem Cancellario et Uniuersitati predicte magistrorum et scolarium a domino rege et suis predecessoribus per priuilegium specialiter sit indultum ac eciam de consuetudine, cuius memoria[3] non existit, ab iisdem usitatum quod incarcerati per cancellarium in dicto municipio pro pacis perturbacione uel alio delicto consimili, per eundem Cancellarium uel alium de eius mandato speciali a carcere huiusmodi debeant liberari.

Item ponunt quod Thomas de Wippelay super perturbacione pacis per dominum Cancellarium erat conuictus.

Item ponunt quod predictus Thomas per eundem Cancellarium exstiterat incarceratus.

Item ponunt quod predictus Thomas per maiorem & balliuos de communi consensu burgensium municipii predicti exstiterat liberatus.

Item ponunt quod Cancellario inuito a carcere predicto erat liberatus.

Item ponunt quod irrequisito consensu Cancellarii exstitit liberatus.

Item ponunt quod in preiudicium Uniuersitatis predicte, suorum priuilegiorum, consuetudinum contemptum & lesionem facta fuerat liberacio supradicta.

Item ponunt quod premissa sunt publica, manifesta et notoria.

In secundo articulo ponunt quod eisdem Cancellario et Uniuersitati magistrorum et scolarium a domino rege & suis predecessoribus per priuilegium specialiter sit indultum quod in delictis uel contractibus,

[1] In both versions the last eight or ten lines are injured on the left-hand side, but the words which are wanting in one version can always be supplied from the other.

[2] Copies of this record are to be found in Twyne, iv. 78 and v. 101.

[3] Twyne inserts *contrarii* before *memoria*, but it is not in the original.

ubi altera pars est scolaris, in commissis punicio, cognicio et correctio ad Cancellarium Uniuersitatis predicte et non ad alium, excepta morte et membrorum mutilacione, debeat totaliter pertinere.

Item ponunt quod de consuetudine a tempore cuius memoria non existit[1] ab eisdem Cancellario &c. exstitit usitatum.

Item ponunt quod prefati balliui, communi consensu sue communitatis requisito et optento, die Sabbati[2] proxima ante festum sancti Matthie apostoli hoc anno instanti ad uesperam domos scolarium uiolenter sunt ingressi.

Item ponunt quod eosdem scolares in domo sua repertos contra priuilegia & consuetudines Uniuersitatis predicte capiebant.

Item ponunt quod eosdem vulnerarunt et male pertractarunt.

Item ponunt quod eosdem bonis suis spoliarunt.

Item ponunt quod ipsos incarcerarunt in dicte Uniuersitatis et suorum priuilegiorum, consuetudinum contemptum, preiudicium non modicum et grauamen.

Item ponunt quod predicta sunt publica, notoria et manifesta.

Item super tercio articulo ponunt quod clerici per quemcumque capiantur in dicto municipio, nisi in casu mortis uel mutilacione membrorum, ut premittitur, ad peticionem Cancellarii absque contradictione qualibet confestim debeant liberari.

Item ponunt quod scolares extra portam borialem capti per triduum post peticionem Cancellarii legitime factam in carcere detinebantur ab eisdem balliuis.

Item ponunt quod contra priuilegium Uniuersitatis predicte maliciose detinebantur.

Item ponunt quod premissa sunt publica et notoria.

Item in quarto articulo ponunt quod cum predicte Uniuersitati sit a domino rege priuilegialiter indultum quod Maior, balliui & viii aldremanni eiusdem uille super obseruacione priuilegiorum et consuetudinum Uniuersitatis predicte in curia sua propria in presentia domini Cancellarii uel procuratorum ad hoc specialiter uocatorum corporale prestabunt iuramentum.

Item ponunt quod idem Maior, balliui & aldremanni, super hiis specialiter hoc instanti anno per dictum Cancellarium requisiti, dictum iuramentum expresse recusarunt.

Item ponunt quod idem Maior, balliui & aldremanni super hoc dominum Cancellarium requirere debuerunt.

[1] *existat*, MS. [2] i. e. Feb. 22, 1298.

Item ponunt quod obtentu huius sacramenti non prestiti sed recusati uerisimiliter presumitur dissensionem inter clericos et burgenses hoc instanti anno habitam originem habuisse.

Item ponunt quod recusacio istius sacramenti cedit in lesionem dicte Uniuersitatis et suorum priuilegiorum.

Item ponunt quod predicta sunt publica, notoria et manifesta.

Item super quinto articulo ponunt quod prefati Maior, balliui et burgenses sacramentum annuatim prestabunt quod iusto et racionabili precio uictualia et alia necessaria scolaribus uendent.

Item ponunt quod ab aliis uendi fideliter procurabunt.

Item ponunt quod in fraudem huiusmodi priuilegii Uniuersitati predicte concessi nichil contrarium procurabunt per quod condicio scolarium in aliquo deterioretur.

Item ponunt quod prefati Maior, balliui & burgenses numerum regratariorum certum, et limitatum inter ipsos, augent.

Item ponunt quod condicio scolarium propter augmentacionem numeri deterior est facta.

Item ponunt quod piscatores forinsecos piscem suum in propriis personis uendere non permittunt donec iidem piscatores situm stallorum suorum pro magna summa pecunie conduxerint.

Item ponunt quod extraneos carcosea carnium et pannos causa uendicionis in uillam deferentes scindere et minutatim uendere non permittunt.

Item ponunt quod in interitum proprii sacramenti et manifestam lesionem scolarium & annone deterioracionem tales inhibiciones procedunt.

Item ponunt quod premissa sunt publica, notoria et manifesta.

In sexto articulo ponunt quod dicta Uniuersitas de priuilegio speciali optineat [*sic*] quod nulla prohibicio regia contra cognicionem Cancellarii super contractibus in dicta Uniuersitate habitis, ubi altera pars est scolaris, locum debeat obtinere.

[Item p][1]onunt quod de consuetudine approbata a tempore cuius memoria non existit per eosdem Cancellarium & magistros Uniuersitatis predicte exstitit usitatum.

[Item pon]unt quod idem Maior, balliui et burgenses ad obseruacionem priuilegiorum dicte Uniuersitati concessorum specialiter sunt iurati.

[1] The edge of the MS. has been torn off, injuring the commencement of this and the next twelve lines of the MS. The letters in square brackets are conjectural.

[Item ponunt] quod idem Maior, balliui et burgenses ad obseruacionem consuetudinum Uniuersitatis antedicte specialiter sunt iurati.

[Item ponunt quod] prefati Maior, balliui et burgenses regias prohibiciones indies contra priuilegium predictum & consuetudines impetrare non cessant.

[Item ponunt quod tem]ptatio ceruisie predicte Uniuersitati specialiter annuatim conceditur.

[Item ponunt quod] Maior, balliui et burgenses predictam temptacionem per dictam Uniuersitatem faciendam minus iuste contradicunt.

[Item ponunt quod min]istros Uniuersitatis et alios iuratos indebite contra proprium iuramentum inter alios laycos non priuilegiatos talliant.

[Item ponunt quod Uniuersitatis] ministros ad loca forinseca protrahunt indebite.

[Item ponunt quod in con]temptum Uniuersitatis predicte contra suum iuramentum talia faciunt.

[Item ponunt quod pre]missa sunt publica, notoria et manifesta.

[Item in septimo articulo] ponunt quod cum nuper orta dissensione inter clericos et burgenses circa festum sancti Mathie apostoli, scilicet instanti anno, Cancellarius [& Uniuersitas][1] predicta utrique parti remedium prouidere cupientes, prefatis Maiori, balliuis & burgensibus super tractatu pacis inter partes predictas [sub] aliqua forma utili et honesta super mora scolarium et securitate utriusque partis prouidenda specialiter demandarunt et super hiis debite requirebant.

Item ponunt quod prefati Maior, balliui et burgenses super huiusmodi mandato aliquid prouidere seu tractare necglexerunt seu distulerunt, licet congrue fuerant requisiti.

Item ponunt quod propter hoc maior pars scolarium a dicta Uniuersitate recessit.

Item ponunt quod predicta sunt publica, manifesta et notoria.

Item in viii° articulo ponunt quod Maior & balliui tam regi quam Uniuersitati predicte pro eiusdem Uniuersitatis preseruatione specialiter sunt iurati.[2]

[1] Twyne reads *scolares predicti*; but the word is clearly *predicta*, and that *Uniuersitas* is the missing word is clear from pleadings in the next membrane. The suggestion therefore is that the MS. was already injured in Twyne's time.

[2] The last words of this sentence are taken from Twyne's copy. In the original they are illegible through the use of gall.

Item ponunt quod idem Maior, balliui & burgenses uillam Oxonie magna multitudine forensium armatorum congregata obsidebant.[1]

Item ponunt quod ad pacis perturbacionem illam congregationem procurarunt.

Item ponunt quod per predictum factum scolaribus predictis grauem timorem incutiebant.

Item ponunt quod propter illam obsessionem scolares predicti timore huiusmodi excitati a uilla predicta recesserunt.

Item ponunt quod predicta sunt publica, notoria et manifesta.

Item ponunt in ix° articulo quod die[2] sancti Mathie apostoli proximo preterito, citacione communitatis uille prehabita, collecta sibi multitudine innumerabili tam indigenarum quam forensium, campana communi pulsata, cum sonitu cornuum in manu armata insultum scolaribus Uniuersitatis predicte hostiliter dederunt.

Item ponunt quod ex precogitata malicia illud fecerunt.

Item ponunt quod in illo insultu multos scolares vulnerarunt.

Item ponunt quod dominum Fulconem Neyrnuit sacerdotem et scolarem occiderunt.

Item ponunt quod domos multorum scolarium uiolenter sunt ingressi.

Item ponunt quod multas res scolaribus nequiter abstulerunt.

Item ponunt quod ipsos scolares ad carcerem duxerunt.

Item ponunt quod predictos scolares, postquam capti fuerant, cum stimulis pungerunt.

Item ponunt quod in ducendo ipsos ad carcerem nequiter uerberarunt.

Item ponunt quod eosdem scolares sic incarceratos inhumaniter & extra modum debitum & consuetum pertractarunt.

Item ponunt quod alia enormia eisdem scolaribus damnabiliter intulerunt.

Item ponunt quod ubi predicti Maior, balliui et burgenses prohibere talia poterant et debebant, quod inferri permiserunt.

Item ponunt quod predicta sunt publica, manifesta et notoria.

Item ponunt in x° articulo quod Willelmus de Godestowe, Radulfus le Mercer iunior, Nicholaus Tabernarius, Walterus [Draper garcio][3]

[1] The last five words of this sentence are taken from Twyne, v. 106; in Twyne, iv. 80 they are a blank; the original is illegible through the use of gall.

[2] Monday, Feb. 24.

[3] These two words are illegible in the MS. through the use of gall. They are taken from Twyne's transcript.

Roberti de Wormenhale, Iohannes de Abingdone allutarius, Petrus Pikbon tabernarius, Walterus Percy, Walterus garcio [Andree de Durham][1] et Willelmus Arcista per legitimam inquisicionem a dicto Cancellario factam fuerant de pacis perturbacione conuicti.

Item ponunt quod per dictum Cancellarium Maiori et balliuis et burgensibus fuerat demandatum quod huiusmodi pacis perturbatores caperent.

Item ponunt quod predictus Cancellarius eisdem mandauit quod ipsos incarcerarent.

Item ponunt quod Maior et balliui ad mandatum Cancellarii ad hoc per suum sacramentum sunt adstricti.

Item ponunt quod dicti Maior, balliui et burgenses dictum Willelmum de Godestowe occasione huiusmodi mandati ceperunt.

Item ponunt quod inconsulto Cancellario absque satisfactione qualibet ipsum liberarunt.

Item ponunt quod illa liberacio contra consuetudines et priuilegia Uniuersitatis predicte facta exstiterat.

Item ponunt quod alios supradictos ad mandatum dicti Cancellarii capere recusarunt.

Item ponunt quod predicta sunt publica, notoria et manifesta.[2]

42.

[A Writ to the Mayor and Bailiffs, repeating the request which the King had made to them, that they would lease to Scholars all houses and inns that could be spared.]

Edwardus dei gracia, rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie maiori & burgensibus Oxonie salutem. Nuper ad instanciam magistrorum & scolarium Uniuersitatis Oxonie ob nostrum & regni nostri honorem ac diuini cultus augmentum vestrumque commodum manifestum certis de causis meminimus vos[3] rogasse quod hospicia ville vestre predicte ea maxime in quibus scolares solebant preteritis temporibus hospitari, nunc a vobis & aliis vestris comburgensibus

Y. 5. Sept. 19, 1303

[1] Illegible in the original, but taken from Twyne's transcript.

[2] The membrane is endorsed in an early hand 'Conflictum inter Uniuersitatem & communitatem uille Oxon' anno regni regis E. filii regis H. XXVI^to'.

[3] Clearly not *nos*, which would make good sense. There is a transcript of this in Twyne, iv. 43. Both this and the next writ must originally have been in the Town archives.

occupata, et alia quibus sine graui dispendio carere possetis ad inhabitandum dimitteretis scolaribus ista vice, vosque postmodum per litteras vestras Cancellario nostro & aliis de consilio nostro apud Eboracum commorantibus curialiter respondistis quod omnes domos & hospicia quibus sine graui dispendio carere poteritis animo libentissimo nostri contemplatione rogaminis scolaribus dimittetis; verum quia a predictis magistris & scolaribus accepimus quod de precibus nostris predictis licet iam instet resumpcio leccionum, nichil utilitatis adhuc sentiunt in effectu, de quo non modicum admiramur; vos iterato rogamus quod nostrum & regni nostri honorem & Cristiane religionis propagationem salubrem, vestrumque commodum debita consideracione pensantes, promissionem vestram predictam ad cuius execucionem in completionem iam estis indubitanter astricti cum omni qua poteritis celeritate effectualiter adimplere curetis; ne ob vestri defectum uniuersitas nostra quam regni & dignitatis nostre regie membrum nobile reputamus per inuitam retraccionem scolarium graue, quin pocius inestimabile, quod absit, sustineat detrimentum. Teste me ipso apud Kynlos, xix° die Septembris anno regni nostri tricesimo primo.

43.

[A Writ to the Mayor and Bailiffs to respect the liberties of the University.]

Y. 6. Mar. 16, $130\frac{4}{5}$

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquittanie maiori & balliuis Margarete regine Anglie consortis sue de Oxonia salutem. Quia uolumus quod Cancellarius, magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie utantur & gaudeant omnibus libertatibus, priuilegiis & immunitatibus eis per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Anglie concessis, quibus ipsi hucusque usi sunt & gauisi, vobis prohibemus ne cancellarium, magistros seu scolares predictos contra libertates, priuilegia aut immunitates predicta seu eciam contra consuetudines hactenus usitatas in villa predicta vexetis vel in aliquo vexari presumatis, ipsis cancellario, magistris & scolaribus predicta libertates, priuilegia & immunitates illesa conseruantes & ab aliis quantum in vobis est illesa conseruari facientes. T' me ipso apud Westmonasterium xvi° die Marcii anno regni nostri tricesimo tercio.

44.

[Letters Patent granting to the University that for the next three years they may be represented in the King's court by William de la Bache and William de Bragenham.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod Cancellarius & Uniuersitas scolarium Oxon', qui causa studendi in eadem uilla continue morantur, attornauerunt coram nobis loco suo Willelmum de la Bache & Willelmum de Bragenham sub alternacione ad lucrandum uel perdendum in omnibus placitis & querelis motis uel mouendis pro ipsis Cancellario & Uniuersitate uel contra ipsos in quibuscumque curiis Anglie. Et ad instanciam eorundem Cancellarii & Uniuersitatis concessimus quod predicti Willelmus & Willelmus uel alter ipsorum quem presentem esse contigerit loco ipsorum Cancellarii & Uniuersitatis facere possint uel possit attornatos uel attornatum quos uel quem uoluerint uel uoluerit in curia nostra coram nobis ad omnia predicta placita & querelas prosequenda & defendenda & ad lucrandum uel perdendum in eisdem sicut predictum est. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes per triennium duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium, xx die Marcii anno regni nostri tricesimo tercio. Per ipsum regem & per peticionem de consilio.[1]

M. 4. Mar. 20, 130$\frac{1}{5}$

45.

[Letters Patent of the King that for the time being royal prohibitions shall not run in the Chancellor's court.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali concessimus scolaribus Uniuersitatis Oxonie quod de omnibus accionibus personalibus possint conuenire burgenses & alios laicos municipii nostri Oxonie coram Cancellario eiusdem Uniuersitatis & quod per prohibicionem nostram super hoc nequaquam impediantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras

M. 15. Mar. 4, 130$\frac{8}{9}$

[1] Endorsed: *N. de Burton recepit attorn'*. With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 33 Ed. I, part. 1, memb. 14. In document no. 33 we learn that William de la Bache was one of the beadles in 1298. This grant was in answer to a Petition printed in *Collectanea* III, p. 105 (O.H.S.).

fieri fecimus patentes, pro nostre libito voluntatis duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium quarto die Marcii anno regni nostri secundo.

Per ipsum regem quia consimiles litteras habuerunt tempore domini E. patris sui.[1]

46.

[A repetition of No. 25.]

M. 19. Mar. 4, 130$\frac{3}{4}$

Edwardus [&c. as in M. 20 . . .] duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium quarto dei Marcii, anno regni nostri secundo.

Per ipsum regem quia consimiles literas habuerunt tempore domini E. patris sui.[2]

47.

[Statutes for the Scholars of William de Durham.]

M A H D A R G O R I C

I. 10. July 3, 1311

Ad honorem dei et virginis gloriose omniumque sanctorum et sacrosancte matris ecclesie exaltacionem, necnon specialiter ad salutem anime bone memorie magistri Willelmi de Donelm' defuncti scolariumque profectum eiusdem in Uniuersitate Oxonie studencium, per dominum Cancellarium Oxonie venerabilesque doctores in sacra pagina tunc regentes, una cum procuratoribus, ac per quosdam doctores & alios magistros in singulis facultatibus ab Uniuersitate deputatos ad hoc specialiter vice & auctoritate dicte Uniuersitatis unanimiter ab eisdem exstitit modo quo sequitur ordinatum. In primis ordinatum est quod in electione cuiuscumque socii ad elemosinam per antedictum magistrum Willelmum assignatam scolaribus de cetero facienda, omnes & singuli socii, quibus ex elemosina ministratur eiusdem et qui pro tempore electionis presentes fuerint eligent sine accepcione patrie uel personarum talem quem credunt ornatum

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed, endorsed: 'Littera regis Edwardi filii regis Edwardi quod prohibiciones regie non currant'. This is on the Patent Roll of 2 Ed. II, part 1, memb. 14. In the *Calendar of Patent Rolls* there is no mention of the clause that the King's prohibition should not run in the Chancellor's court, but the endorsement of the deed shows that this was the important part. For the similar grant of Edward I on Oct. 30, 1275, see *Calendar of Patent Rolls*, p. 108.

[2] With the royal seal, grey wax varnished brown, on a strip of the deed. The deed is endorsed: 'Littera regis Edwardi filii regis Edwardi de confirmatione priuilegiorum'. It is on the Patent Roll of 2 Ed. II, part 1, memb. 14.

moribus, in facultatibus pauperem et ad proficiendum in facultate Theologica magis aptum; ceteris uero paribus, ordinarunt quod ille preferatur ceteris qui de partibus Donelm*ie* proximo oriundus exstitit. Electores uero electum suum quam cicius poterunt dictis domino Cancellario & doctoribus sacre Theologie una cum procuratoribus presentent qui ad deliberandum de electo et eius condicionibus biduum habeant aut triduum et extunc iuxta consciencias eorum ipsum reprobent uel admittant. Quod si contingat ipsum ex causa legittima reprobari absque omni strepitu iudiciali predicti socii iuxta formam qua prius alium eligant sine mora. Ordinatum est eciam quod omnes socii de domo audiant Theologiam continue ita quod aliam facultatem audiendo non admisceant, nisi in magna uacacione, & tunc liceat eiis [1] audire decretales si voluerint vel decreta. Ordinatum est insuper quod socii simul maneant in una domo, ita quod absens quocumque colore in uilla uel extra pro tempore absencie nichil percipiat, nisi fuerit absens causa recreacionis, & tunc ultra mensem non percipiat; sed cum presens fuerit pro eo liberetur consueta communa. Item procurator eorum, qui & bursarius dicitur, ultra quemcumque alium decem solidos annuos percipiat pro labore. Item habeat quilibet socius pro pensione domus et salario famulorum et aliis necessariis ultra communas suas dimidiam marcam annuatim. Item si contingat aliquem ultra plenum terminum absentare licencia a sociis non optenta, eligatur alius loco sui, nisi aduersa ualitudine uel alia legittima causa in aliis partibus ne veniat fuerit inpeditus. Item si aliquis fuerit promotus ad beneficium quinque marcarum non percipiat ulterius de [2] elemosina predicta, sed loco sui alius eligatur. Item quod quilibet socius infra septennium sue audicionis in scolis opponat et ulterius proficiat prout decet. Item ordinatum est quod dicti scolares qui pro tempore fuerint duas missas singulis annis in parochia ubi degunt pro anima fundatoris faciant celebrare. Item quod senior si non est capellanus se faciat capellanum [3] quam cito poterit ordinari. Item quod nomine uulgari quantum in eiis est scolares magistri Willelmi de Donelmia se faciant nominari. Item quod procurator domorum, qui pro tempore fuerit, de omnibus receptis et expensis, coram Cancellario et quibusdam aliis per ipsum vocandis et coram comitiua, singulis annis citra resumpcionem magistrorum post Pentecos*ten* fidele compotum reddat, prius ad hoc corporali prestito sacramento; socii eciam compoti auditores ad compotum fideliter examinandum in virtute sacramenti prestiti

[1] *sic.* [2] This word is repeated in the original.
[3] In the Middle Ages the word means *priest.*

astringantur. Item ordinarunt prefati quod si aliquem a prefata domo uel officio in illa propter aliquod sinistrum amoueri contingat, cognoscendi de causa summarie & amouendi culpabilem dicti Cancellarius & doctores una cum procuratoribus Uniuersitatis omnem habeant potestatem. Item ordinatum est quod ad augmentacionem reddituum sufficienter pro uno socio nouus socius eligatur. Item si in aliquo predictorum fuerit hesitacio seu dispensacio facienda super omnibus talibus habeant predicti dispensandi plenarie potestatem. Item recitent inter se has ordinaciones diebus singulis quibus pro suo celebrant fundatore. Item ordinatum est quod dicti scolares singuli & eorum successores in primo sui ingressu sacramentum prestent corporale quod omnes supradictos articulos inuiolabiliter obseruabunt nisi beneficium dispensacionis fuerint adepti. Hec ordinarunt predicti dominus Cancellarius & doctores, ut premittitur, aliis ordinacionibus seu statutis quibuscumque istis non contrariis nichilominus in suo robore duraturis. Dat' Oxonie in ecclesia beate virginis quinto Non*as* Iulii, anno domini milesimo trecentesimo undecimo. In cuius rei testimonium parti huius scripti indentati penes predictos scolares remanenti sigillum commune Uniuersitatis est appensum, alteri uero penes Uniuersitatem residenti ad procuracionem predictorum scolarium sigillum Decani Cristianitatis Oxonie est appositum.[1]

48.

[The Friars Preachers bind themselves to observe the terms of an award between them and the University, shortly to be promulgated.]

CIROGRAFUM

Y. 8. Nov. 24, 1313

Tenore presencium pateat uniuersis quod nos Cancellarius & cetus magistrorum Uniuersitatis Oxonie unanimis ex parte una & religiosi uiri Prior & fratres ordinis predicatorum Oxonie ex altera ob sub-

[1] This last clause proves that there was not as yet a common seal for the scholars of William de Dunelmia. The deed was at one time sealed on a strip of the deed with the seal of the University, of which a fragment remains; on the strip is written 'sigillum Uniuersitatis Oxonie'. Also 'Istud erat confectum in tempore magistri Henrici de Mammesfelde tunc Cancellarii ac magistrorum Thome de Abendone & Roberti de Bridlingtona tunc procuratorum'. It appears, therefore, that this copy of the agreement ought to be at University College. The original endorsement is: 'Indentura contra scolares Aule Uniuersitatis'.

missionem London' nuper factam nonis Nouembris anno domini M° CCC^mo terciodecimo sub forma & pena inibi contentis hinc & inde plenius obseruandam, cauciones ducentarum librarum sterlingorum in manus religiosorum uirorum Prioris & conuentus sancte Fredeswide Oxonie nomine pene per quamlibet parcium nostrarum exponi expresse consensimus & eciam die beati Clementis pape & martiris anno superius annotato exposuimus cum effectu. Uolumus igitur & per presentes mutuo nos obligamus quod si contingat, quod absit, alteram parcium nostrarum secundum formam submissionis predicte ordinacioni, dicto, laudo, arbitracioni seu diffinicioni discretorum uirorum in eadem submissione nominatorum seu maioris partis eorundem, ut promisimus, non parere, alteri parcium nostrarum parenti cum effectu utriusque parcium cauciones antedictas dicti Prior & conuentus sancte Fredeswide uel eiusdem Prioris uices gerens & eiusdem loci conuentus, sine difficultate commissas, quas eciam eo ipso commissas esse uolumus, libere restituant, intrepide tradant & liberent indilate, absque cuiuscumque contradiccione, inpedimento aut reluctacione quacumque, forma & modo submissionis prefate dumtaxat in omnibus obseruatis. In cuius rei testimonium presenti scripto tripartito indentato sigilla nostra communia apposuimus una cum sigillo domini Prioris sancte Fredeswide prenotati, quod ad euidenciam huius rei pleniorem procurauimus apponi. Dat' Oxonie VIII° Kalendus Decembris anno domini superius memorato.[1]

49.

[Letters Patent that the Sheriff and all Bailiffs are to protect the University.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie vicecomiti Oxon' & omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Uolentes quod pax nostra in municipio nostro Oxonie ad securitatem & tranquillitatem eiusdem et etiam quod libertates & priuilegia Cancellario & Uniuersitati scolarium Oxonie a nobis concessa firmiter & inuiolabiliter obseruentur, vobis precipimus firmiter iniungentes quod Cancellarium, magistros & scolares Uniuersitatis predicte manuteneatis, protegatis & defendatis, non inferentes

M. 17 Oct. 3, 1314

[1] The seal is wanting. The deed has GRAFVM on the left-hand side, which shows that it is the right-hand head of the triple indenture. It is endorsed in the original hand 'Indentura fratrum predicatorum de submissione Uniuersitati'. This deed is printed in *Collectanea*, iii, p. 263 (O.H.S.).

eis vel inferri permittentes contra libertates & priuilegia predicta iniuriam, molestiam, dampnum, impedimentum seu grauamen. Et si quid eis forisfactum fuerit, id eis quantum in vobis est sine dilacione faciatis emendari. Et prefato Cancellario & magistris Uniuersitatis predicte ad pacem nostram predictam ibidem obseruandam cum ab eis super hoc fueritis requisiti, consilium vestrum prebeatis & iuuamen. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Eboracum tercio die Octobris anno regni nostri octauo.

Per ipsum regem.[1]

50.

[Inspeximus by Edward II of the terms of peace between the Town and the University drawn up in 1290 by Edward I.]

M. 6 & 7. Mar. 11, 1315

Edwardus[2] dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus quandam ordinacionem super diuersis contencionibus & exaccionibus inter Cancellarium & scolares Uniuersitatis Oxonie ex una parte et maiorem & burgenses eiusdem ville ex altera dudum motis, super quibusdam grauaminibus & contumeliis hinc inde illatis coram celebris memorie domino E. quondam rege Anglie, patre nostro, & consilio suo ad parliamentum suum post Pascha anno regni sui decimo octauo per ipsum regem patrem nostrum & consilium suum factam, & responsiones eiusdem patris nostri super diuersis articulis in eadem ordinatione contentis continentem, in hec uerba. Cum inter Cancellarium & scolares Uniuersitatis Oxonie ex una parte et maiorem & burgenses eiusdem uille ex altera diuerse contenciones & exacciones super quibusdam grauaminibus & contumeliis hinc inde illatis mote fuissent, tandem coram ipso domino rege & eius consilio ad parliamentum suum post Pascha anno regni sui videlicet regni regis Edwardi filii regis Henrici decimo octauo in presencia Cancellarii &

[1] The seal, which was on a strip, is missing. This is on the Patent Roll of 8 Ed. II, part 1, memb. 17. The deed is endorsed: 'Carta (*altered by an early hand to* Littera) Edwardi filii regis Edwardi quod vicecomes & balliui protegant & defendant Uniuersitatem'.

[2] There are two copies of this deed; one is endorsed: *Carta regia de concordia que vocatur starr' duplic'*, the other: *Litera regia de concordia que vocatur starr' dupplic'*. The word *starrum* (or *starre*) is used of Jewish chirographs; perhaps it is here applied to a deed which contains an award or settlement, derived from the phrase *stare iudicio*. This award is printed *Munimenta Academica*, i. 46.

quorundam magistrorum predicte Uniuersitatis plenariam potestatem habencium, & etiam maioris & burgensium eiusdem uille mutuo consenciencium contentiones & contumelie quecumque hinc inde illate usque festum sancti Iohannis ante Portam Latinam concedente & consenciente ipso domino rege in hunc modum conquieuerunt, uidelicet quod omnes exacciones & demande quas predicti Cancellarius & scolares habuerunt uel habere poterunt uersus predictos maiorem & burgenses, et etiam quas iidem maior & burgenses habuerunt uel habere poterunt uersus predictos Cancellarium & scolares quoquo modo quacumque occasione quarumcumque transgressionum usque diem predictum hinc inde factarum quiete & integre remittantur, irritentur & adnullentur. Sed quia domino regi & eius consilio visum est quod per composicionem seu concordiam predictam nulla persona singularis ab accione personali occasione transgressionis sibi personaliter illate possit vel debeat excludi concessum est & prouisum bona fide hinc inde quod nec predictus Cancellarius aut scolares nec predicti maior aut burgenses alicui conqueri se volenti occasione alicuius transgressionis ante concordiam predictam sibi illate auxilium nec consilium exhibebunt aut iuuamen uel aliquo modo sustentabunt in placito illo prosequendo, defendendo aut in aliquibus placitum illud tangentibus. Et si forte contingat querelam aliquam temporibus retroactis factam coram Cancellario Uniuersitatis predicte innouari, iidem Cancellarius & scolares pro se & cancellariis imposterum succedentibus bona fide promiserunt quod fauorem maiorem aut graciam seu sustentacionem clerico quam laico cuiuscumque fuerint condicionis non impendent, immo iuris ordine obseruato, nullo habito respectu ad personam quamcumque in querela illa rite procedant & debitum & festinum utrique parti faciant iusticie complementum. Et ad istam concordiam & etiam perpetuam pacem & firmam inter predictas partes decetero obseruandam predicti maior & burgenses firmiter & bona fide promiserunt quod omnes libertates & liberas consuetudines quas predicti Cancellarius & scolares habent per cartas & concessiones domini regis & progenitorum suorum et etiam omnes alias consuetudines quibus iidem Cancellarius & scolares racionabiliter usi sunt bene & firmiter tenebunt & fideliter teneri facient decetero sine aliqua contradiccione. Et quia uisum fuit eisdem maiori & burgensibus quod predicti Cancellarius & scolares quibusdam consuetudinibus in cartis domini regis & progenitorum suorum sibi factis abutuntur & quibusdam uti nituntur que in cartis suis non continentur et que in exheredacionem ipsius domini regis corone & dignitatis sue lesionem

manifeste redundunt, iidem maior & burgenses quosdam articulos subscriptos ipsi domino regi porrexerunt supplicantes ut auditis articulis illis & intellectis in presencia tam ipsorum maioris & burgensium quam predictorum Cancellarii & scolarium debitum & perpetuum apponat remedium, & quibus articulis prout patet inferius, cuique singulariter, per ipsum dominum regem & consilium suum est responsum, perpetuo duraturum. In primis ubi predicti maior & burgenses queruntur quod cum per cartas domini regis Cancellario & Uniuersitati predicte factas & concessas quatuor Aldermanni & octo burgenses iurati sint & associati maiori & balliuis ad pacem domini regis obseruandam & ad malefactores arrestandos & de nocte vagabundos, et iidem tales contra pacem domini regis attachient & arrestent, predictus Cancellarius pro voluntate sua eos facit deliberare & preterea ipsos aldermannos & balliuos & alios quoscumque manus inicientes in huiusmodi malefactores citari facit coram eo; ita quod per sentenciam uel imprisonamentum ipsos redimat pro sua voluntate; Ad quem articulum per dominum regem est responsam quod idem dominus rex vult & concedit quod Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit habeat cogniciones quarumcumque transgressionum infra predictam villam factarum ubi clericus fuerit una parcium, exceptis placitis de morte hominis & de mahemio, et vult quod de balliuis ipsius domini regis cognoscat qui aliter se gerunt in officio suo quam facere debent; et si iidem balliui per Cancellarium se senciant grauatos, veniant ad curiam regis & ibidem iusticiam habebunt; & hoc concedit dominus Rex uniuersitati predicte pro voluntate sua. Ad hoc eciam quod predicti burgenses queruntur quod cum in carta domini regis contineatur quod non liceat aliquibus regratoribus aliqua victualia infra villam Oxonie vel extra ad eandem villam veniencia emere ante horam nonam, et si fecerint quod victualia illa sic empta sint forisfacta & amissa, predictus Cancellarius forisfacturam illam & amerciamenta inde proueniencia sibi appropriat & usurpat, super dominum regem & balliuos suos, ad graue dampnum & deterioracionem firme sue ville de Oxonia; Ad quod respondit[1] dominus rex & vult quod Cancellarius & maior, in villa Oxonie, & Cancellarius & vicecomes domini regis Oxon', extra villam Oxonie, qui pro tempore fuerint, de forstallatoribus illis habeant cognicionem, ita quod res forisfacte de assensu Cancellarii & maioris infra villam Oxonie, & etiam de assensu Cancellarii & vicecomitis extra villam Oxonie dentur hospitali sancti Iohannis extra portam orientalem & per uisum eorundem in

[1] respondet, *Mun. Ac.*

elemosinam ipsius domini regis, & hoc concedit dominus rex pro sua voluntate. Ad hoc eciam quod predicti maior & burgenses queruntur quod cum in carta domini regis contineatur quod si laicus clerico transgrediatur & pro transgressione illa prisone committatur quousque per consideracionem Cancellarii clerico suo leso satisfaciat, quod Cancellarius laicum illum sic imprisonatum redimit ita grauiter quod fere destruitur quicumque fuerit et preterea laicum sic imprisonatum per obligacionem sic ligat et etiam per obligacionem pecunie soluende si extunc transgrediatur, quod multi de villa illa destruuntur et exheredantur; Ad quod dominus rex vult & respondit quod Cancellarius qui pro tempore fuerit faciat facere emendaciones racionabiles tam de laicis quam de clericis conuictis coram eo de transgressione et quod capiat hinc inde per obligacionem seu alio modo sicut racionabiliter hucusque fieri consueuit securitatem sufficientem &c. Ad hoc eciam quod predicti maior & burgenses queruntur quod cum in carta domini regis contineatur quod balliui ville predicte iuramentum suum facere debent in loco communi, predicti Cancellarius & scolares venire faciant balliuos illos coram eis ad ecclesiam beate Marie & ibi aliud iuramentum de eis capiunt & iurare faciunt quod iuramentum illud tenebunt pro se & heredibus suis & familia sua nec permittunt illos in iuramento illo faciendo excipere fidem in qua domino regi tenentur, et per idem iuramentum eis iniungunt quod remedium eis non perquirent in curia domini regis vel per eius consilium in hiis que ipsos Cancellarium & Uniuersitatem contingunt; Ad quod dominus rex prohibet quod burgenses predicti coram predicto Cancellario aliquod iuramentum aliter non faciant nisi salua fide domini regis et quod decetero non iurent quod conqueri se non debeant in curia domini regis de transgressionibus sibi factis, si necesse fuerit, set dominus rex vult bene quod iuramentum Aldermannorum & eciam octo & quinquaginta hominum ville predicte decetero fiat sicut fieri consueuit, ita quod predicti burgenses non iurent nisi pro se ipsis, et preceptum est maiori quod decetero scire faciat Cancellario, quod sit ad iuramentum faciendum de burgensibus supradictis secundum tenorem carte domini regis. Ad hoc eciam quod predicti maior & burgenses queruntur quod cum forisfacture, emende & amerciamenta de carnibus & piscibus putridis & incompetentibus pertineant domino regi & balliuis suis predicte ville in quorumcumque mercatorum eiusdem ville seu aliorum manibus inueniantur, predicti Cancellarius & scolares per procuratores suos Uniuersitatis predicte sibi forisfactas[1] emendas & amerciamenta

[1] Perhaps *forisfc̄as* stands for *forisfacturas*. Such is the reading in *Munim. Acad.* i. 51.

illa appropriant sine waranto, ut creditur, ad graue dampnum regis & firmariorum suorum eiusdem ville; Ad quod dominus rex vult & precipit quod neque Cancellarius neque maior forisfacturas, emendas vel amerciamenta talia percipiat; set precipit & vult quod si tales carnes & pisces emantur & inde fiat querimonia quod Cancellarius & maior coniunctim inde habeant cognicionem, et si res empta putrida vel incompetens inueniatur, reddatur emptori pecunia sua quam pro ea dedit & forisfactura & amerciamenta per ipsos Cancellarium & maiorem adiudicentur, & per eos liberentur Priori hospitalis sancti Iohannis predicti de dono domini regis ad suam voluntatem &c. Ad hoc eciam quod predicti maior & burgenses queruntur quod cum per cartam domini regis non conceduntur alique libertates aliis in predicta villa quam scolaribus Uniuersitatis predicte ville, et illi scolares sint exempti a communitate predicta ad respondendum coram eis vel simul cum ipsis de aliquibus rebus ipsum dominum regem vel communitatem predictam tangentibus, predicti Cancellarius & scolares per procuratores suos alios sibi appropriant, et qui non sunt scolares, ut cissores, barbatores, scriptores, parcaminarios, & huiusmodi qui non sunt de iurisdiccione sua, et qui habent in eadem villa uxores, familiam & mercandisas suas & hoc ad graue dampnum domini regis et firmariorum suorum; Ad quod per predictum Cancellarium & magistros & etiam per predictos maiorem & burgenses unanimiter est concordatum quod decetero nullus gaudeat libertatibus seu priuilegiis Uniuersitatis predicte nisi clerici & eorum familia & seruientes, percamenarii, luminarii, scriptores, barbatores & alii homines de officio qui sunt de robis ipsorum clericorum; et si mercandisis aliquibus se intromittant sint talliabiles simul cum burgensibus. Ad hoc etiam quod predicti maior & burgenses queruntur quod ubi ipsi solebant tenementa sua in predicta uilla tradere & dimittere ad firmam pro voluntate sua ad sustentacionem suam & puerorum suorum, predicti Cancellarius & scolares non permittunt eos tenementa sua ad terminum breuiorem tradere quam ad terminum trium annorum ad graue dampnum communitatis predicte; Ad quod dominus rex vult & precipit quod predicti burgenses non impediantur per predictos Cancellarium & scolares & procuratores suos quin tenementa sua dare, vendere possint & ad firmam dimittere prout sibi viderint expedire; ita tamen quod fraus, collusio seu conuentio non fiat, per quod clerici dehospitentur vel eorum hospicia fiant cariora, et eciam quod clerici hospicia sua primo locata non dimittant contra consuetudinem usitatam. Ad hoc eciam quod predicti maior & burgenses queruntur quod cum

quilibet liber homo racionabilem debet habere summonicionem, predictus Cancellarius ad horam prime eos facit summoniri quod sint coram eo ad horam terciam, et si non venerint facit eos excommunicare & punire pro voluntate sua; Ad quod per dominum regem est concordatum & preceptum quod homines commorantes in uilla Oxonie decetero summoniantur [*sic*] uno die quod compareant ad alium diem & non aliter, set alii homines vagabundi summoniantur ad voluntatem ipsius Cancellarii et secundum quod racionabiliter viderit esse faciendum; et si necesse fuerit quod inquisiciones fiant pro pace domini regis obseruanda, quod homines infra villam commorantes veniant quacumque hora fuerint summoniti &c. Ad hoc eciam quod maior & burgenses queruntur quod cum milites liberi homines & alii transeuntes per patriam hospitentur ad domos burgensium de Oxonia & aliquis clericus Uniuersitatis predicte accionem versus tales extraneos mouere voluerit iuste vel iniuste pro contractibus seu conuencionibus forinsecis & extra com*itatum* factis, predictus Cancellarius ad querelam clerici sequestrare facit equitaturam & hernasium talium extraniorum [*sic*], licet fuerint in seruicio domini regis aut alterius cuiuscumque magnatis; et si hospes ille aliquem talem extranium cum domino rege aut alio magnate existentem arrestare & bona sua retinere non audeat, vel non possit, set ipsum libere abire permittit, Cancellarius ipsum hospitem punit, ut culpabilem transgressionis predicte; Ad quod dominus rex vult & precipit quod transeuntes per villam Oxonie respondeant coram Cancellario de contractibus & transgressionibus factis scolaribus infra villam Oxonie et non de contractibus & transgressionibus forinsecis. Ad hoc eciam quod predicti maior & burgenses queruntur quod cum aliquis laicus per clericum fuerit vulneratus ita [quod][1] de vita desperetur, predictus Cancellarius ipsum clericum petit sibi deliberari priusquam veritas de vita vel de morte vulnerati poterit sciri & contradictores excommunicari facit; Ad quod dominus rex vult & precipit Cancellario predicte Uniuersitatis, firmiter iniungendo, quod nullum clericum in prisona detentum pro vulnere aut pro mahemio de prisona deliberat quousque veritatem certam et indubitatam intelligat quod de morte aut de mahemio non desperetur, et bene caveat Cancellarius in hoc articulo quod omnibus faciat iustitiam. Ad hoc eciam quod predicti maior et burgenses queruntur quod cum predicti Cancellarius et scolares clamant habere taxationem domorum burgensium in quibus clerici inhabitant in ville predicta, et taxatio illa fieri debeat de septennio in septennium et per

[1] In M. 7, but not in M. 6.

sacramentum magistrorum et burgensium, predicti Cancellarius, scolares et procuratores sue Uniuersitatis predicte burgenses ipsos iurare faciunt de taxatione illa facienda de quinquennio in quinquennium, nec permittunt magistros iurare, propter quod taxationes ille non sunt racionabiliter facte, sicut de iure esse deberent, ad graue dampnum burgensium et etiam ville domini regis et sine warranto, ut credunt; Ad quod dominus rex vult et firmiter precipit quod taxationes domorum in villa Oxonie fiant de quinquennio in quinquennium prout carta domini regis vult per duos clericos et duos laicos iuratos, et si clerici iurent per sacramentum quod fecerunt Uniuersitati, laici iurent per sacramentum quod domino regi fecerunt, et si clerici nouum faciant iuramentum quod laici hoc faciant & in loco ubi temporibus retroactis facere consueuerunt &c. Nos autem ordinacionem predictam quam coram nobis venire fecimus ad requisicionem discreti viri magistri Henrici de Harcla cancellarii Uniuersitatis predicte acceptantes eam pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est concedimus & confirmamus, volentes & concedentes pro nobis & heredibus nostris quod predicta ordinacio in omnibus & singulis eius articulis firmiter & inuiolabiliter obseruetur secundum formam superius annotatam. In cuius rei ueritatem has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium undecimo die Marcii anno regni nostri octauo.

Duppl'. Ayrem'.

Examinatur per Hugonem de Burgo.[1]

51.

[Letter of the King to the Mayor and Bailiffs that they should arrest malefactors in the town and suburb of Oxford at the warning of the Chancellor.]

M. 14. May 3, 1315

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie maiori & balliuis ville Oxonie salutem. Ex graui querela cancellarii & scolarium Uniuersitatis ville predicte per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam intelleximus quod quamplures malefactores & pacis nostre perturbatores ad villam predictam & suburbium eiusdem ville frequenter accedentes & in eisdem villa & suburbio com-

[1] With the royal seal, green wax, attached by silk strings, red and green. The other copy ends: '. . . octauo. Per ipsum regem. Ayrem'. Examinatur per magistrum I. de Blebury'. The sealing is the same. It will be noticed that in spite of the examination by Hugh de Burgo, a word is omitted in M. 6. The deed is found on the Patent Roll of 8 Ed. II, part 2, memb. 24.

morantes, diuersas transgressiones ibidem perpetrant & post transgressiones per ipsos in eisdem villa & suburbio factas quandoque infra villam predictam & quandoque infra diuersas libertates in eodem suburbio receptantur & hospitantur, per quod transgressiones huiusmodi multociens impunite remanent in ipsorum Cancellarii & scolarium dampnum non modicum & effectus studii retardacionem ac populi parcium illarum terrorem manifestum. Nos huiusmodi maliciis obuiari & transgressores predictos iuxta eorum demerita in hac parte puniri volentes, vobis precipimus firmiter iniungentes quod propter aliquam libertatem in suburbio predicto, cuiuscumque fuerit, non omittatis quin ad huiusmodi transgressores, qui transgressiones aliquas alicubi infra villam vel suburbium predicta perpetrauerint & infra libertates dicti suburbii vel eciam in villa predicta receptantur & hospitantur, tam infra huiusmodi libertates quam infra balliuam vestram predictam recenter insequendos & deprehendendos, pro pace nostra in hac parte ac quiete & tranquillitate studencium in Uniuersitate predicta conseruanda, quociens transgressores illos ibidem inueniri contigerit & per Cancellarium dicte Uniuersitatis super hoc premuniti fueritis, taliter intendatis quod propter tepiditatem vestram in hac parte querela ad nos non perueniat iterata, per quod ad vos capiendi ex causa predicta materiam habeamus. Teste me ipso apud Westmonasterium tercio die Maii anno regni nostri octauo. Per peticionem de consilio.[1]

52.

[By Letters Patent the King confirms five grants of Henry III.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus litteras patentes quas dominus H. quondam rex Anglie, auus noster, fecit Cancellario & Uniuersitati Oxonie in hec uerba:—H. dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitannie & comes Andegauie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Noueritis nos pro quiete Uniuersitatis studencium Oxonie de speciali gracia nostra concessisse Cancellario & Uniuersitati predicte quod

M. 5. May 20, 1315

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. Endorsed: 'Littera domini regis quod maior & balliui teneantur capere malefactores in villa Oxonie & eius suburbiis ad preceptum Cancellarii'. It is on the Patent Roll of 8 Ed. II, part 2, memb. 15 *d*.

quamdiu nobis placuerit in causis clericorum ex mutuis datis aut receptis aut taxacionibus seu locacionibus domorum aut equis conductis, venditis, seu comodatis, seu pannis & victualibus ortum habentibus seu aliis quibuslibet rerum mobilium contractibus in municipio aut suburbio Oxonie factis nostra prohibicio non currat set huiusmodi cause coram Cancellario Uniuersitatis Oxonie non obstante prohibicione nostra decidantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri
May 10, 1244 fecimus patentes; teste me ipso apud Rading' x die Maii anno regni nostri xxviii. Inspeximus eciam quasdam alias litteras patentes quas idem auus noster fecit predicte Uniuersitati in hec uerba:—Henricus dei gracia [&c. as in No. 12 . . .] quadragesimo. Inspeximus eciam quasdam alias litteras quas idem auus noster fecit dicte Uniuersitati in hec uerba:—Henricus [&c. as in No. 15 . . .] xlvi°. Inspeximus quasdam alias litteras patentes quas idem auus noster fecit clericis in dicta Uniuersitate studentibus in hec uerba:—Henricus [&c. as in No. 18 . . .] xlix°. Inspeximus eciam quasdam alias litteras patentes quas idem auus noster fecit eisdem scolaribus in hec uerba:—Henricus [&c. as in No. 20 . . .] quinquagesimo secundo. Nos autem concessiones predictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est eisdem Cancellario, magistris, scolaribus & Uniuersitati concedimus & confirmamus, sicut littere predicte racionabiliter testantur. Preterea volentes eisdem Cancellario, magistris, scolaribus & Uniuersitati graciam in hac parte facere uberiorem concessimus eis pro nobis & heredibus nostris quod licet ipsi vel eorum predecessores libertatibus predictis vel aliqua earundem aliquo casu emergente hactenus plene usi non fuerint, ipsi tamen & eorum successores libertatibus illis & earum qualibet sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, iusticiariorum, escaetorum, vicecomitum, aut aliorum balliuorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque de cetero plene gaudeant & utantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Thunderle vicesimo die Maii anno regni nostri octauo. Per ipsum regem & consilium & pro mille & quingentis psalteriis et sint quieti de feodo sigilli. Examinatur per magistrum H. de Clyf'.[1]

[1] With the royal seal, dark green, attached by silk strings, red and green. This is on the Patent Roll of 8 Ed. II, part 2, memb. 11.

53.

[A Writ of the King to the Sheriff to provide a jury for an inquisition to be held about the University and the Cordwainers and Corvesers.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie vicecomiti Oxonie salutem. Cum per cartam domini H. quondam regis Anglie progenitoris nostri concessum sit Coruesariis & Corduanariis Oxonie [quod habeant][1] omnes libertates & consuetudines quas habuerunt tempore regis Henrici aui predicti progenitoris nostri & quod habeant gildam suam sicut tunc habuerunt, ita quod nullus faciat officium eorum in villa de Oxonia nisi sit de gilda illa prout in dicta carta quam confirmauimus plenius continetur, et nos nuper[2] per finem quam Corduanarii & Coruesarii ville predicte fecerunt nobiscum & pro redditu duorum solidorum nobis ad scaccarium nostrum annuatim reddendo concesserimus eis per cartam nostram pro nobis & heredibus nostris quod nullus faciat eorum officium in suburbiis eiusdem ville nisi sit de gilda supradicta, et quod nullus cindat in eadem villa Oxonie aut in suburbiis eiusdem corduanum aut corium tannatum conreatum nec nouum opus ad officium predictum pertinens in eisdem villa & suburbiis vendat nisi sit de gilda illa sub forisfactura manuoperis illius ad opus nostrum prout in carta nostra predicta plenius continetur; ac iam ex parte Cancellarii & Uniuersitatis Oxonie nobis sit grauiter conquerendo ostensum quod concessio nostra predicta tam in ipsorum Cancellarii & Uniuersitatis ac omnium aliorum ad villam illam veniencium preiudicium quam contra priuilegia eisdem Cancellario & Uniuersitati per nos & progenitores nostros concessa ac contra diuersos processus & concordias inde inter Cancellarium & Uniuersitatem ville predicte & homines eiusdem ville de mestero predicto hactenus habitos cedit manifeste sicut racionabiliter se asserunt posse edocere, per quod nobis supplicarunt ut ea que taliter in eorum preiudicium, ipsis non vocatis, per nos facta fuerunt, faciamus modo debito corrigi & emendari; et nos cerciorari volentes si concessio nostra predicta in predictorum Cancellarii & Uniuersitatis aut aliorum preiudicium seu contra priuilegia sua aut processus & concordias inde hactenus habitas cedat, necne, et si sic, tunc in quod preiudicium & quorum & contra que priuilegia, processus & concordias & qualiter & quomodo assigna-

P. XII. 10. Aug. 8, 1319

[1] These words are wanting both in this deed and in the next.
[2] On June 3, 1318 ; see *Cal. of Charter Rolls*, vol. iii, p. 409.

uerimus dilectos & fideles nostros Willelmum de Bereford, Willelmum de Herle & Iohannem de Stonore & duos eorum ad superuidendum & examinandum in presencia predictorum Cancellarii & Uniuersitatis ac predictorum Corduanariorum & Coruesariorum per vos super hoc premuniendorum si interesse voluerint negocium supradictum, et ad inquirendum si necesse fuerit per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie neutri parti suspectorum, per quos rei veritas melius sciri poterit super preiudicio predicto, necnon super aliis articulis premissa contingentibus de quibus fore viderint inquirendum plenius veritatem; tibi precipimus quod ad certos diem & locum quod iidem W., W. & I. vel duo eorum tibi scire faciant, venire facias coram eis vel duobus eorum tot & tales probos & legales homines de balliua tua neutri parti suspectos per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. Et habeas ibi hoc breue. Teste me ipso apud Goseford in Northumbria VIII die Augusti anno regni nostri terciodecimo.[1] Per consilium.

54.

[Letters Patent appointing William de Bereford, William de Herle, and John de Stonor to inquire into the complaint of the University against the Cordwainers.]

P. XII. 9. Aug. 8, 1319

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie dilectis & fidelibus suis Willelmo de Bereford, Willelmo de Herle & Iohanni de Stonore salutem. Sciatis quod cum [&c. as in the previous deed . . .] emendari; nos cerciorari volentes [&c. . . .] quomodo, assignauimus vos & duos vestrum ad superuidendum [&c. . . .] contingentibus, de quibus fore videritis inquirendum plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos diem & locum quos vos vel duo vestrum ad hoc prouideritis premissa faciatis in forma predicta. Et inquisicionem inde distincte & aperte factam una cum examinacione & informacione vestra in hac parte vos sub sigillis vestris aut duorum vestrum & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breue. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos diem & locum quos vos vel duo vestrum ei scire faciatis venire faciat coram vobis vel duobus vestrum tot & tales probos & legales homines de balliua sua, neutri parti suspectos, per quos rei

[1] With a fragment of the royal seal on a strip of the deed, white wax.

veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri, ac eciam predictis Cancellario & Uniuersitati per se & predictis corduanariis & coruesariis per se quod ad certos diem & locum quos eis scire faciatis intersint ad informandum vos super negocio antedicto et ad proponendum in hac parte que pro eis viderint facienda, si sibi viderint expedire. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Goseforde in Northumbria VIII die Augusti anno regni nostri terciodecimo.[1] Per consilium.

55.

[The Friars Preachers appoint Proctors to accept a decision in the dispute between them and the University.]

Pateat uniuersis per presentes quod nos frater Thomas de Westwell, prior ordinis fratrum predicatorum Oxonie, & eiusdem loci conuentus dilectos nobis in Cristo confratres nostros, fratres Petrum de Kenygtone, Lucam de Wodeforde, Willelmum de Ebrytone, sacre theologie doctores & Iohannem de Wrotham, in tractatu amicabili, causa seu negocio, qui, que uel quod uertitur super quibusdam controuersiis & dissencionibus inter nos ex parte una & discretos uiros dominum Cancellarium & magistros Uniuersitatis & ipsam Uniuersitatem ex altera, coniunctim & diuisim & quemlibet eorum in solidum quociens nos abesse uel adesse contigerit, ita quod non sit melior condicio occupantis seu occupantium, sed quod unus per se aud [*sic*] simul plures ipsorum inchoauerint ceteri aud aliquis eorundem prosequi ualeant aut ualeat & finire, de consensu & autoritate[2] fratris Iohannis de Bristoll, prioris nostri prouincialis, & in ipsius presencia, procuratores nostros facimus, ordinamus & constituimus per presentes; dantes eisdem & eorum cuilibet generalem potestatem & mandatum speciale, nomine nostro, tractandi summarie de plano, bona fide & absque strepitu iudiciali super omnibus & singulis controuersiis, dissencionibus & querelis quibuscumque hactenus inter nos seu quemlibet nostrum & dominum Cancellarium, magistros & Uniuersitatem supradictos habitis nunc uel quibuscumque temporibus retrolapsis, componendi & eciam transigendi, iuramenta tam de calumpnia quam de ueritate dicenda & quodlibet aliud genus liciti sacramenti in animas nostras prestandi, et specialiter arbitrio nuper per uenerabilem patrem dominum

Y. 9. Dec. 11, 1320

[1] With the royal seal on a strip of the deed.

[2] autorite, MS.

Iohannem dei gracia Landauensem episcopum & reuerendos uiros magistrum Gilbertum de Mideltone, magistrum Petrum de Kenygtone sacre theologie professorem & Thomam Euerard, fratres ordinis predicatorum interposito & omnibus ordinacionibus & confirmacionibus apostolicis & quibuscumque aliis inter nos hucusque factis ac eciam inpetratis & inpetrandis, occasione dissencionum huiusmodi uel aliorum quorumcumque articulorum ante nunc qualitercumque[1] subortorum, & omnibus aliis arbitriis inter nos & eosdem dominum Cancellarium, magistros & Uniuersitatem in hac parte qualitercumque habitis una cum supradictis Cancellario & Uniuersitate renunciandi, alium procuratorem seu procuratores substituendi & substitutum uel substitutos reuocandi & omnia ac singula faciendi, sine quibus pax & concordia quas desideramus in domino nequiuerit fieri aud [*sic*] plenius confirmari, eciam si mandatum specialius exigant in premissis quam superius est expressum. Ratum uero ex nunc habemus & habituri sumus in posterum quicquid idem procuratores nostri coniunctim seu quis eorum diuisim aud [*sic*] substitutus uel substituti ab illis seu aliquo eorundem duxerint seu duxerit faciendum in premissis & quolibet premissorum. In quorum omnium premissorum testimonium sigillum communitatis nostre presentibus est appensum. Dat' Oxonie III Idus Decembris, anno domini millesimo tricentesimo uicesimo.[2]

56.

[Appointment of a commission to consider whether the Chancellor might have the counter-roll of the assize of bread and ale.]

M. 9. Jan. 20, $132\frac{0}{1}$

Edwardus dei gracia, rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie dilectis & fidelibus suis Ade de Brom, magistro Roberto de Aylestone & Iohanni de Trillawe salutem. Supplicarunt nobis dilecti clerici nostri Cancellarius, magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam, ut cum execuciones iudiciorum de transgressionibus assise panis & ceruisie per homines ville nostre Oxonie fracte per custodem assise predicte ibidem in fauorem delinquencium non fiant, immo totaliter retardantur,

[1] qualitercum, MS.

[2] Endorsed: 'Submissio fratrum predicatorum Uniuersitati'. The seal and the tag have been torn off. This is printed *Collectanea*, iii, p. 272 (O.H.S.). The endorsement of the deed that is printed there is not ancient.

The Institute of Mediaeval Studies LIBRARY

per quod delinquentes huiusmodi de die in diem audaciores fiunt in hac parte taliter delinquendi, ad graue dampnum ipsorum Cancellarii, magistrorum & scolarium ac aliorum in dicta villa commorancium, velimus concedere quod Cancellarius dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit habeat contrarotulum cum custode assise predicte de omnibus huiusmodi transgressionibus & iudiciis, sigillo dicti custodis consignatum, ita quod transgressores predicti, licet custos predictus negligens fuerit vel remissus nichilominus puniri valeant, iuxta eorum demerita, prout decet; Nos super premissis cerciorari & ulterius super hoc deliberare volentes, assignauimus vos & duos vestrum ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie non suspectorum per quos rei veritas melius sciri poterit, in presencia maioris & balliuorum nostrorum ville predicte per vos vel duos vestrum super hoc premuniendorum, si interesse voluerint, super premissis & omnibus aliis ea tangentibus plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca, quos vos vel duo vestrum ad hoc prouideritis, inquisicionem predictam faciatis, & eam distincte & aperte factam nobis sub sigillis vestris & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breue. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ei scire facietis, venire faciatis coram vobis vel duobus vestrum tot & tales probos & legales homines de balliua sua per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xii die Ianuarii anno regni nostri quartodecimo. Per peticionem de consilio.[1]

57.

[Appointment of a commission to consider whether the Chancellor should have the right to be present at the assay of weights and measures.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie dilectis & fidelibus suis Ade de Brom, magistro Roberto de Aylestone & Iohanni de Trillowe salutem. Monstrauerunt nobis M. 8. Jan. 20, $132\frac{0}{1}$

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is not on the Patent Roll of 14 Ed. II. The endorsement is: '¸De contra-indentura habenda de assisa'.

dilecti clerici nostri Cancellarius, magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie quod venditores vini & ceruisie ac auerii ponderis in predicta villa Oxonie falsa habent mensuras & pondera, per que vinum, ceruisiam & mercias communiter uendunt ad graue dampnum predictorum Cancellarii, magistrorum ac scolarium ac aliorum ad predictam villam confluencium & ibidem commorancium; qui quidem venditores per maiorem & balliuos ac alios de communitate ville predicte, qui tabernas vini & ceruisie tenent & mercatores auerii ponderis sunt & consimilia mensuras & pondera habent taliter manutenentur quod huiusmodi falsitas, diu est, ibidem absque punicione aliqua continuata fuit & adhuc continuatur, per quod dicti Cancellarius, magistri & scolares per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam nobis supplicarunt, ut Cancellarius dicte Uniuersitatis, qui pro tempore fuerit, quociens huiusmodi mensure ac eciam pondera examinari & consignari debeant, examinacioni huiusmodi interesse & mensuras illas maiores & minores ac pondera simul cum aliis ad hoc deputatis & deputandis pro communi utilitate valeat consignare. Nos utrum premissa absque preiudicio nostri uel alterius cuiuscumque concedere valeamus volentes plenius cerciorari, assignauimus vos & duos vestrum ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie non suspectorum per quos rei veritas melius sciri poterit, in presencia maioris & balliuorum nostrorum ville predicte, per vos vel duos vestrum super hoc premuniendorum, si interesse voluerint, super premissis & eorum circumstanciis plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ad hoc prouideritis inquisicionem predictam faciatis in forma predicta & eam distincte & aperte factam nobis sub sigillis vestris & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breue. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ei scire faciatis, venire faciat coram vobis vel duobus vestrum tot & tales probos & legales homines de balliua sua per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xx die Ianuarii anno regni nostri quartodecimo. Per peticionem de consilio.[1]

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is not on the Patent Roll of 14 Ed. II.

58.

[Appointment of a commission to consider whether the Chancellor and the Mayor should select the juries which have to give decisions about the assize of bread.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie dilectis & fidelibus suis Ade de Brom, magistro Roberto de Aylestone & Iohanni de Trillawe salutem. Supplicarunt nobis Cancellarius, magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam, ut cum balliui uille predicte per confederaciones inter ipsos & pistores eiusdem uille prelocutas ipsos pistores ad furniandum contra assisam manuteneant & confoueant, & quando temptacio assise panis ibidem fieri debet, in inquisicionibus, per quas ueritas uendicionis bladi & facti dictorum pistorum in hac parte inquiri debet, alios de confederacione sua dictam maliciam similiter confouentes ponunt, per quod transgressores huiusmodi communiter remanent impuniti, ad graue dampnum tam scolarium dicte Uniuersitatis quam omnium aliorum ibidem commorancium, concedere velimus quod quociens inquisiciones huiusmodi fieri debeant, iuratores inquisicionum illarum per Cancellarium Uniuersitatis & maiorem ville predicte coniunctim eligantur & panelli inde fiant pro predicta malicia in hac parte amouenda; Nos utrum premissa absque preiudicio nostri aut alterius cuiuscumque concedere valeamus super hiis certiorari volentes, assignauimus vos & duos vestrum ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie non suspectorum, per quos rei veritas melius sciri poterit in presencia maioris & balliuorum nostrorum ville predicte per vos vel duos vestrum super hoc premuniendorum, si interesse voluerint, super premissis veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ad hoc prouideritis, inquisicionem predictam faciatis, et eam distincte & aperte factam, nobis sub sigillis vestris & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breue. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ei scire facietis, venire faciat coram vobis vel duobus vestrum tot & tales probos & legales homines de balliua sua per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, xx die Ianuarii anno regni nostri quartodecimo.

M. 10. Jan. 20, $132\frac{0}{1}$

Per peticionem de consilio.[1]

[1] With the royal seal, white, on a strip of the deed. This is not found on the Patent Roll of 14 Ed. II.

59.

[Appointment of a commission to examine whether the people of the Town have elevated and crenellated an aisle of St. Martin's Church with intent to injure the University.]

M. 12. Jan. 20, $132\frac{9}{1}$

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie dilectis & fidelibus suis Ade de Brom, magistro Roberto de Aylestone & Iohanni de Trillawe salutem. Quia datum est nobis intelligi quod homicidia & alia dampna quamplurima tempore dissensionis habite inter scolares Uniuersitatis Oxonie & communitatem dicte uille per homines eiusdem communitatis in ecclesia sancti Martini in quadriuio uille predicte existentes & se occultantes multipliciter euenerunt, quodque dicta communitas ad huiusmodi mala pro futuris temporibus in casu consimili tucius perpetranda quandam alam dicte ecclesie iam de nouo de petra & calce absque waranto aliquo a nobis super hoc habendo alcius erigi & ad modum fortallicii kernellari fecit in nostri contemptum manifestum, presertim cum huiusmodi kernellacio in regno nostro fieri non debeat sine licencia nostra speciali, necnon & terrorem populi nostri parcium illarum ac quietis scolarium ibidem studencium perturbacionem & contra pacem nostram ; Nos super premissis plenius cerciorari & ulterius pro statu nostro & quiete populi nostri ibidem inde fieri volentes quod de consilio nostro duxerimus prouidendum, assignauimus nos & duos vestrum ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie non suspectorum in presencia dicte communitatis per vos vel duos vestrum super hoc premuniende, si interesse voluerit, per quos rei veritas melius sciri poterit super premissis omnibus & eorum circumstanciis plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ad hoc prouideritis, inquisicionem predictam faciatis, & eam distincte & aperte factam nobis sub sigillis vestris & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breue. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ei scire facietis venire faciat coram vobis vel duobus vestrum tot & tales probos & legales homines de balliua sua per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xx die Ianuarii anno regni nostri quartodecimo.

Per peticionem de consilio.[1]

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is not on the Patent Roll of 14 Ed. II.

60.

[Letters of protection in favour of the University.]

M. 18. Jan. 20, $132\frac{1}{2}$

Edwardus dei gracia, rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Uolentes dilectos nobis in Cristo Cancellarium & magistros Uniuersitatis nostre Oxonie ac omnes & singulos in ea studentes fauore prosequi gracioso, ipsos & eorum quemlibet, necnon seruientes ipsorum & res suas quascumque in nostras proteccionem & defensionem suscepimus speciales. Et ideo vobis mandamus firmiter iniungentes quod ipsos Cancellarium, magistros, studentes, ipsorum seruientes & res suas predictas manuteneatis, protegatis & defendatis, non inferentes eis vel inferri permittentes iniuriam, molestiam, dampnum aut grauamen. Et si quid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilacione faciatis emendari. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes, quamdiu nobis placuerit duraturas. Teste me ipso apud Salop' xx die Ianuarii anno regni nostri quintodecimo.[1]

61.

[A letter of the Bishop of Lincoln stating that although, at the request of the University, he had recalled his commission given to John Lutterel, he did not aim to acquire thereby any new right.]

I. 8. Sept. 10, 1322

Henricus permissione diuina Lincolniensis episcopus dilectis in Cristo filiis magistris et scolaribus Uniuersitatis Oxonie salutem, graciam & benediccionem. Licet nos nuper commissionem, officium Cancellarii Uniuersitatis uestre concernentem, magistro Iohanni Luterel per nos seu quemcumque predecessorem nostrum factam, predecessorum nostrorum in hac parte uestigiis inherentes, reuocauerimus uestro rogamine mediante; uobis tenore presencium intimamus quod non intendimus per hoc nobis ecclesieue nostre predicte quicquam noui iuris adquirere, aut aliquibus Uniuersitatis uestre libertatibus, priuilegiis seu iuribus in aliquo derogare. In cuius rei testimonium

[1] A fragment of the royal seal, tied up in brown paper, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 15 Ed. II, part 1, memb. 1. The deed is endorsed: 'Proteccio regia perpetua'; but the last word is erroneous; the grant is only 'quamdiu nobis placuerit'.

sigillum nostrum presentibus est appensum. Data apud Westkele quarto Idus Septembris anno domini millesimo ccc^mo uicesimo secundo.[1]

62.

[The Bishop of St. David's makes a grant in the same words as No. 31.]

I. 3. Mar. 5, $132\frac{3}{4}$

Dauid permissione diuina Meneuensis episcopus uenerabilibus uiris domino Cancellario ac Uniuersitati magistrorum & scolarium Oxonie Lincolniensis diocesis salutem & sinceram in domino caritatem. Querentes [. . . &c. as in I. 4 = No. 31] per nos uel officialem nostrum nostrosue commissarios seu ministros in nostra dyocese execucioni debite demandentur [&c. as in I. 4 . . .] Uniuersitatis sigillo communi faciemus per triennium sequestrari ut de fructibus beneficiorum [&c. as in I. 4] fame sue. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud London' III Nonas Marcii anno domini M° tricentesimo uicesimo tercio & ordinacionis nostre uicesimo octauo.[2]

63.

[Letters Patent of the King that royal prohibitions shall not run in the Chancellor's court, and that this grant shall not be recalled without due deliberation.]

M. 16. Mar. 16, $132\frac{3}{4}$

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum quarto die Marcii anno regni nostri secundo per litteras nostras patentes pro nostre libito voluntatis duraturas de gracia nostra speciali

[1] Endorsed: 'Protestacio domini H. episcopi Lync' de non preiudicando Uniuersitati'. No other Chancellor but Lutterel was deposed, as far as is known; and as the action was exceptional, the Bishop issued this letter to testify that he had no intention of following the precedent to the injury of the University. At this time the Chancellor, though elected or nominated by the University, might not exercise any spiritual power until he had received a commission from the bishop, which was to hold good until the bishop 'gave other order in writing', as the wording ran. To recall this commission was to depose the Chancellor. For some unknown reason the University desired that Lutterel's term should cease, and therefore asked the bishop to recall his commission.

[2] David was elected June, 1293, but not consecrated until Dec. 1296. In this place *ordinacio* must equal *consecracio*.

concesserimus scolaribus Uniuersitatis Oxonie quod de omnibus accionibus personalibus possint conuenire burgenses & alios laicos municipii nostri Oxonie coram Cancellario eiusdem Uniuersitatis et quod per prohibicionem nostram super hoc nequaquam impediantur prout in litteris nostris predictis plenius continetur; Nos volentes huiusmodi graciam prefatis scolaribus continuare, concessimus eis quod premissis omnibus & singulis utantur iuxta tenorem litterarum nostrarum predictarum & quod gracia nostra eis sic concessa nullatenus reuocetur absque debita deliberacione inde prius habita aut mandato nostro speciali. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xvi die Marcii anno regni septimo decimo.

Per ipsum regem & per peticionem de consilio.[1]

64.

[Letters Patent by which the King grants the custody of the assize of bread and ale to the Chancellor and the Mayor.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod commisimus Cancellario Uniuersitatis Oxonie & maiori ville qui pro tempore fuerit custodiam assise panis & ceruisie in villa predicta & suburbiis eiusdem, habendam quamdiu nobis placuerit, reddendo inde nobis per annum ad scaccarium nostrum centum solidos unam videlicet medietatem ad scaccarium nostrum Pasche, aliam medietatem ad scaccarium nostrum sancti Michaelis per equales porciones, quamdiu custodiam habuerint supradictam. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xx die Marcii anno regni nostri decimo septimo. Per ipsum regem & per peticionem de consilio.[2]

M. 21. Mar. 20, 1324

[1] The seal, white, which was on a strip of the deed, is broken. This is on the Patent Roll of 17 Ed. II, part 2, memb. 28. In the *Calendar of Patent Rolls* there is no mention of the chief part of the grant, viz. that the royal prohibition should not run. The endorsement is: 'Littera regis E. filii regis E. quod prohibicio non currat'. This grant made permanent that which was temporary by the grant of Mar. 4, 1309.

[2] With a fragment of the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is not on the Patent Roll of 17 Ed. II or 17 Ed. III. Both these kings were at Westminster on Mar. 20, in the seventeenth year of their reigns; but this is the deed of Ed. II, and is referred to in the Close Roll of 1324 under the date Nov. 12. The document is endorsed: 'Commissio de assisa panis & ceruisie'. It is on Orig. Roll of 17 Ed. II, rot. 22.

65.

[Letters Patent granting to the Chancellor and the Mayor the custody of the assize of weights and measures during the King's pleasure.]

N. 39. Feb. 18, 1327

Edwardus dei gracia, rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod ob quietem & communem utilitatem Uniuersitatis Oxonie & omnium in ea commorancium & confluencium ad eandem commisimus dilectis nobis Cancellario Uniuersitatis predicte & Maiori eiusdem ville qui pro tempore fuerint custodiam assise mensurarum & ponderum in dicta villa & suburbiis eiusdem, habendam quamdiu nobis placuerit; ita quod ipsi quociens opus fuerit dicta mensuras & pondera superuideant & ea que falsa inuenerint comburi & destrui faciant & alia legalia & iusta deputent & consignari faciant, necnon transgressores quos in hac parte inuenerint debite puniant & castigent. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xviii die Februarii anno regni nostri primo. Per ipsum regem & consilium.[1]

66.

[Letter of the King to the Mayor and Bailiffs that they should arrest malefactors in the town and suburb of Oxford at the warning of the Chancellor.]

M. 13. Feb. 28, 1327

Edwardus [&c. as in M. 14 = No. 51] habeamus. Teste me ipso apud Westmonasterium xxviii die Februarii anno regni nostri primo.[2]

67.

[An Inspeximus of previous grants.]

N. 4. Feb. 28, 1327

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint. Inspeximus

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 1 Ed. III, part 1, memb. 27. The endorsement is: 'Carta regis de assisa mensurarum & ponderum'.

[2] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. It reads 'libertatem in villa & suburbio predictis', where M. 14 has 'libertatem in suburbio predicto'. Endorsement: 'Priuilegium de malefactoribus capiendis per laycos'. It is on the Patent Roll of 1 Ed. III, part 1, memb. 25.

litteras patentes confirmacionis quas dominus E. nuper Rex Anglie pater noster fecit Cancellario & Uniuersitati Oxonie in hec uerba. Edwardus [&c. as in M. 5 = No. 52] octauo. Inspeximus eciam quamdam confirmacionem quam dictus pater noster fecit predictis Cancellario & Uniuersitati super quibusdam ordinacionibus inter eosdem Cancellarium & scolares dicte Uniuersitatis ex una parte & burgenses eiusdem ville ex altera factis in hec uerba:—Edwardus [&c. as in M. 6 = No. 50] octauo. Nos autem concessiones, confirmaciones & ordinacionem predictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est eisdem Cancellario, magistris, & scolaribus, Uniuersitati & eorum successoribus concedimus & confirmamus, sicut littere predicte racionabiliter testantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo octauo die Februarii anno regni nostri primo. Walton.

Examinatur per magistrum I. de Blebury.[1]

68.

[Letters Patent stating that the Aldermen were not to usurp the custody of the assize of bread and ale on the plea that it belonged to their view of frankpledge.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum nuper commisissemus Cancellario Uniuersitatis Oxonie & Maiori eiusdem ville qui pro tempore forent custodiam assise panis & ceruisie in villa predicta & in suburbiis eiusdem, habendam quamdiu nobis placeret, reddendo inde nobis per annum ad scaccarium nostrum centum solidos, unam videlicet medietatem ad scaccarium nostrum Pasche & aliam medietatem ad scaccarium nostrum sancti Michaelis per equales porciones, quamdiu custodiam haberent supradictam, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur, ac iam datum sit nobis intelligi quod pretextu cuiusdam concessionis nostre burgensibus dicte ville Oxonie per cartam nostram facte videlicet quod aldermanni burgi illius in aldermanniis [*sic*] suis bis in anno tenere possint visum franci plegii & omnia ea facere que ad visum illum & custodiam pacis nostre pertinent, predicti burgenses assisam panis & **N. 23 A. Mar. 6, 1328**

[1] With the royal seal, green wax, attached by silk strings, red and green. It is endorsed 'Starr'; and in another place 'Magnum Starr'. This is on the Patent Roll of 1 Ed. III, part 1, memb. 9.

ceruisie in eadem villa Oxonie per predictos aldermannos faciunt custodiri & Cancellarium dicte Uniuersitatis ea que ad custodiam assise predicte pertinent una cum Maiore dicte ville facere non permittunt et ipsum quominus emendas assise predicte in eadem villa ad opus nostrum leuare possit vi & armis impediunt, quodque Maior dicte ville huiusmodi impedimentis consenciens cum per predictum Cancellarium requisitus fuerit ad predictam assisam cu m ipso superuidendam & defectus emendandos gratis multociens se absentat, per quod transgressores contra assisam predictam pro defectu custodie eiusdam transeunt impuniti & alii per impunitatis audaciam in hac parte delinquere non verentur, in nostri dampnum & preiudicium & scolarium in eadem Uniuersitate studencium & omnium aliorum ad eandem villam confluencium dispendium non modicum & grauamen; et quia in dicta carta nostra de dictis libertatibus prefatis hominibus de Oxonia concessis continetur quod Cancellario, magistris et scolaribus dicte Uniuersitatis super libertatibus & priuilegiis eis per nos & progenitores nostros concessis preiudicium aliquod pretextu concessionis nostre predicte nullatenus generetur et intencionis nostre non extitit nec existit quod pretextu predicte generalis concessionis nostre de dicto visu habendo facte ea que in specificacione per nos prius fuerint concessa reuocentur seu adnullentur, volumus & concedimus quod Cancellarius Uniuersitatis predicte & Maior eiusdem ville qui pro tempore fuerint habeant custodiam assise panis & ceruisie in eadem uilla Oxonie & suburbiis eiusdem quamdiu nobis placuerit, reddendo inde nobis per annum ad scaccarium nostrum centum solidos, unam videlicet medietatem ad scaccarium nostrum Pasche & aliam medietatem ad scaccarium nostrum sancti Michaelis, non obstante concessione nostra predicta prefatis burgensibus de predicto visu sic facta; ita tamen quod quocienscumque Maior dicte ville per dictum Cancellarium sufficienter requisitus ad custodiam assise predicte cum ipso Cancellario superuidendam non venerit, nec alium nomine suo ad premissa facienda miserit, quod tunc Cancellarius dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit omnia que ad custodiam assise predicte in eadem villa pertinent in defectu predicti maioris per se faciat in forma supradicta. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Ebor' vi die Marcii anno regni nostri secundo.[1]

Per ipsum regem.

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 2 Ed. III, part 1, memb. 19. The endorsement is: 'Commissio regis E. de asisa panis & ceruisie'.

69.

[Letters Patent stating that the Aldermen were not to usurp the custody of the assize of weights and measures on the plea that it belonged to their view of frankpledge.]

Edwardus [&c. *as in the previous deed*] . . . qui pro tempore forent custodiam assise mensurarum & ponderum in dicta villa & suburbiis eiusdem, habendam quamdiu nobis placeret, ita quod ipsi quociens opus foret dicta mensuras & pondera superuiderent & ea que falsa inuenirent comburi & destrui facerent & alia legalia & iusta deputarent & consignari facerent, necnon transgressores quos in hac parte inuenirent debite punirent & castigarent, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur, ac iam [&c. *as in the previous deed*] . . . predicti burgenses assisam mensurarum & ponderum in eadem villa Oxonie [&c. *as in the previous deed*]'. . . habeant custodiam assise mensurarum & ponderum in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem quamdiu nobis placuerit; ita quod ipsi quociens opus fuerit dicta mensuras & pondera superuideant et ea que false inuenerint comburi & destrui faciant & alia legalia & iusta deputent & consignari faciant, necnon transgressores quos in hac parte inuenerint debite puniant & castigent, non obstante concessione [&c. *as in the previous deed*] supradicta. In cuius rei testimonium has litteras nostros fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Ebor' VI die Marcii anno regni nostri secundo.[1]

N. 23 B. Mar. 6, 1328

70.

[Letters Patent that the Chancellor and Mayor shall have the custody of the assize of bread and ale and of the weights; and that the Chancellor and Aldermen are to have the survey of the measures.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum nuper commisissemus Cancellario Uniuersitatis Oxonie & maiori eiusdem ville qui pro tempore forent custodiam assise panis & ceruisie in villa predicta & suburbiis eiusdem; habendam quamdiu

N. 16. Oct. 25, 1328

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 2 Ed. III, part 1, memb. 15. The endorsement is: 'Commissio regis E. de asisa mensurarum & ponderum'.

nobis placeret, reddendo inde nobis per annum ad scaccarium nostrum centum solidos, unam uidelicet medietatem ad scaccarium nostrum Pasche & aliam medietatem ad scaccarium nostrum sancti Michaelis per equales porciones, quamdiu custodiam haberent supradictam, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur, et postmodum exorta dissensione inter prefatos Cancellarium & Uniuersitatem, et maiorem & burgenses ville predicte super custodia assise predicte, quam dicti maior & burgenses pretextu quarundam libertatum eis per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Anglie & nostram concessarum pretendebant ad ipsos pertinere debere, dedissemus tam prefatis Cancellario & Uniuersitati quam dictis maiori & burgensibus certum diem ad essendum coram nobis & consilio nostro cum cartis & aliis munimentis suis ad recipiendum finalem discussionem super custodia assise predicte & aliis libertatibus & priuilegiis suis hinc inde; et quia per ea que ex parte ipsorum Cancellarii & Uniuersitatis & eciam ex parte maioris & burgensium predictorum coram nobis & consilio nostro sunt proposita & ostensa nobis constat quod assisa predicta in manum bone memorie domini E. quondam regis Anglie aui nostri certis de causis capta fuit & hucusque postmodum in manu ipsius aui nostri & celebris memorie domini E. nuper regis Anglie patris nostri & nostra remansit & dictis maiori & burgensibus hucusque nequaquam extitit restituta; per quod volumus & concedimus quod predicti Cancellarius & Maior qui pro tempore fuerint habeant custodiam assise predicte in eadem villa & suburbiis eiusdem ac ponderum ad assisam illam spectancium ad voluntatem nostram, reddendo inde nobis per annum dictos centum solidos ad terminos supradictos. Et insuper pro maiore quiete dictorum Cancellarii & Uniuersitatis ac communi ipsorum & omnium in eadem villa commorancium & ad eam confluencium utilitate, volumus & concedimus quod predictus Cancellarius habeat cum aldermannis eiusdem ville superuisum mensurarum ad huiusmodi assisam spectancium, videlicet galonum, potell*um* & quart*am*, quamdiu nobis placuerit, & iidem Cancellarius & Maior custodiam habuerint[1] supradictum, et quod iidem Aldermanni quociens necesse fuerit mensuras illas ad requisicionem dicti Cancellarii seu eius commissarii in presencia ipsius Cancellarii vel commissarii eiusdem superuideant & examinent, et transgressores puniant prout decet, ita quod forisfacture inde prouenientes ad ipsos maiorem & burgenses pertineant in auxilium firme sue ville predicte. Volumus etiam &

[1] In the summary given in the *Calendar of Patent Rolls* this word is treated as if it was 'habuerunt'. The word follows *quamdiu*.

concedimus quod si maior ville predicte qui pro tempore fuerit per predictum Cancellarium vel eius commissarium sufficienter requisitus temptacioni panis & ceruisie interesse vel alium pro se mittere noluerit, quod tunc prefatus Cancellarius seu eius commissarius per se per visum proborum hominum temptacionem predictam faciat quociens & quando opus fuerit, absencia dicti maioris seu deputandi ab eo non obstante. Et si Aldermanni dicte ville assaiam mensurarum predictarum fecerint, ipso Cancellario vel eius commissario minime super hoc premunito, non valeat assaia illa, set ad requisicionem ipsius Cancellarii vel commissarii eiusdem in presencia dicti Cancellarii seu eius commissarii de nouo fiat, quociens necesse fuerit & videbitur expedire. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Nouam Sa*resbiriam*, xxv die Octobris anno regni nostri secundo. Per ipsum regem & consilium.[1]

71.

[Appointment of a commission to hold an inquisition about malefactors both of the Town and of the University who have been causing disturbance.]

N. 36. Apr. 21, 1329

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie dilectis & fidelibus suis Ricardo Dammori, Roberto de Arderne, Gilberto de Elesfeld & Ricardo de Wilughby salutem. Quia ex frequenti querela diuersorum intelleximus quod quamplures malefactores & pacis nostre perturbatores tam de hominibus ville Oxonie & parcium vicinarum quam de hiis qui pretendunt se esse scolares Uniuersitatis nostre ibidem congregantes & conuenticula illicita in predicta villa & suburbiis eiusdem facientes vagantur & discurrunt, homines ibidem in locis publicis & priuatis tam de nocte quam de die verberantes, vulnerantes, mahemiantes, membris mutulantes & quosdam ex illis nequiter interficientes & de bonis suis felonice depredantes, necnon incendia, depredaciones, latrocinia & alia dampna & facinora quamplurima perpetrantes & indies perpetrare non desistentes in nostri contemptum, pacis nostre lesionem terroremque & turbacionem Uniuersitatis predicte & populi nostri ibidem manifestum, de quo remedium non apponitur ut deceret, unde non immerito conturbamur; Nos

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 2 Ed. III, part 2, memb. 17. The endorsement is: 'Commissio de asisa panis &c.'

malis & periculis que per maliciam huiusmodi malefactorum euenire poterunt precauere & dictos malefactores iuxta eorum demerita puniri & castigari volentes, assignauimus vos, tres & duos vestrum ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie tam infra libertates quam extra per quos rei veritas melius sciri poterit de nominibus malefactorum predictorum qui premissa perpetrarunt & de eorum scienter receptatoribus & manutentoribus & de premissis omnibus & singulis ac articulis & circumstanciis ea qualitercumque contingentibus plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca quos vos tres vel duo vestrum ad hoc prouideritis inquisicionem illam faciatis et eam distincte & aperte factam nobis sub sigillis vestris, trium, duorum vel unius vestrum & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breue. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos dies & loca quos vos, tres vel duo vestrum ei scire facietis venire faciat coram vobis, tribus vel duobus vestrum tot & tales probos & legales homines de balliua sua tam infra libertates quam extra per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Walingford xxi die Aprilis anno regni nostri tercio.[1] Norm'

72.

[Instructions to John de Leyghe who is to represent the University in a suit with Gailard, Archdeacon of Oxford.]

I N D E N T V R A

I. 11. Apr. 27, 1330

Memorandum quod ad componendum in causa que uertitur inter nos Cancellarium et Uniuersitatem magistrorum Oxonie et procuratores ex una parte ac dominum Gailardum dei gracia tituli sancte Lucie in Cilice diaconum cardinalem, archidiaconum eiusdem loci, ex altera parte traditi sunt per indenturam sub sigillo Uniuersitatis communi die Ueneris proxima ante festum apostolorum Philippi et Iacobi, anno domini millesimo ccc^mo tricesimo, discreto uiro magistro Iohanni de Leyghe ad componendum seu transigendum cum dicto domino

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is not on the Patent Roll of 3 Ed. III.

archidiacono articuli infrascripti per ordinem, ut iuxta eundem ordinem quo scribuntur ad composicionem procedatur & nullo alio modo, uidelicet primo siue Uniuersitas siue archidiaconus antedictus preueniat in corrigendo super lapsu carnis rectores, uicarios ac capellanos parochiales infra uillam Oxonie & suburbium beneficiatos & ministrantes ac familiares eorundem si studentes fuerint, qui dicto modo preuenerit habeat in huiusmodi personis correccionem illa uice. Secundo quod si in hanc formam non poterit aliquo modo condescendi, tunc dictus archidiaconus habeat huiusmodi correcciones simpliciter in supradictis tantum personis sine calumpnia alicuius preuencionis per dictam Uniuersitatem; Uniuersitas uero in omnibus aliis habeat. Tercio quod idem ordo seruetur de barbitonsoribus, lotricibus et scriptoribus uidelicet quod si non possit optineri per uiam preuencionis quod habeat simpliciter in omnibus supradictis tantum personis. Quarto quod idem fiat primo quantum ad preuencionem, uel secundo simpliciter, eciam de familiaribus studencium. Quinto quod eciam scolares non magistri delinquentes lapsu carnis in domo inhabitata per aliquem existentem alias de iurisdiccione Cancellarii [1] corrigantur absolute per Cancellarium; si alibi, per archidiaconum cum preuencione, si poterit optineri, & si non poterit optineri, quod archidiaconus habeat simpliciter. Et si hoc noluerit, corrigat Cancellarius de prefato delicto commisso in domo inhabitata per magistrum uel scolarem, archidiaconus uero de commisso alibi cum preuencione, ut prius, uel secundo simpliciter. Sexto tractetur de preuencione omnium scolarium adulterorum non magistrorum uel secundo simpliciter ut supra, scilicet quod Cancellarius habeat absolute omnium simpliciter fornicancium. Septimo quod Cancellarius habeat absolute correccionem omnium iuratorum statum in scolis habencium in Uniuersitate; archidiaconus uero aliorum pro tempore suo tantum quatenus poterit preuenire; quod si noluerit preuencionem, tunc habeat simpliciter pro tempore suo tantum; & si hoc noluerit, quod ipse et sui successores. Octauo tractetur de preuencione omnium scolarium non magistrorum indistincte pro tempore istius archidiaconi tantum, sed post eius obitum stetur prime forme, secunde, uel tercie, & sic deinceps quatenus poterit optineri. Super istis uero articulis omnibus et singulis & eorum quolibet potestatem plenam dedimus eidem magistro Iohanni et quibusdam aliis certis personis statum plenum, quietum, pacificum et perpetuum a dicto domino archidiacono ex parte nostra recipiendi, quatenus in premissis inter eosdem consensum fuerit bona fide, necnon

[1] i.e. such as a barber, scrivener, luminour.

econuerso, iuxta formam inter eosdem sub uno de predictis modis iniundam, statum plenum, quietum et pacificum dicto domino archidiacono nomine nostro faciendi, ac hinc inde omnia alia & singula ad huiusmodi composicionem ut premittitur requisita necessaria uel dependencia faciendi & exercendi, petendi & recipiendi, prout in quodam procuratorio super istis per nos eidem magistro Iohanni & aliis certis personis confecto & liberato plenius continetur. Alteram uero partem presentis indenture supradicto magistro Iohanni, ut premittitur, liberate sub sigillo officii Cancellarii & dicti magistri Iohannis penes nos reseruamus, aliam uero partem sub sigillo nostro communi eidem magistro Iohanni liberamus. Dat' Oxonie sub sigillo communi Uniuersitatis die & anno supradictis.[1]

73.

[Appointment of a commission to hold an inquiry how the murage and pontage granted by the late King had been spent.]

N. 34. Dec. 18, 1330

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie dilectis & fidelibus suis Nigello de Waure Cancellario Uniuersitatis sue Oxonie, Ade de Brom & Willelmo de Burcestre salutem. Sciatis quod cum dominus E. nuper rex Anglie pater noster per litteras suas patentes concesserit burgensibus ville nostre Oxonie in auxilium poncium & murorum ibidem reparandorum & ubi opus fuerit de nouo construendorum diuersas custumas de bonis & mercandisis ad villam predictam venientibus capiendas, et nos postmodum per litteras nostras patentes concesserimus eisdem burgensibus similiter diuersas custumas in auxilium premissorum in eadem uilla usque ad certum tempus capiendas, ac iidem burgenses loco suo certos homines eiusdem ville ad custumas predictas ibidem colligendas, leuandas & ad denarios inde prouenientes in reparacione & construccione poncium & murorum apponendas deputauerint & assignauerint; et licet iidem collectores magnam pecunie summam de huiusmodi custumis in eadem villa collegerint & leuauerint & aliquam partem denariorum predictorum in reparacione & construccione poncium & murorum predictorum

[1] Endorsed: 'Potestas componendi *magistro* I. de Leye indentat''. The seal is wanting. The conclusion of this dispute, dated Feb. 1346, is printed in *Munimenta Academica*, i. 148, from which it appears that the University secured many of the points mentioned in this deed.

apposuerint, maiorem tamen partem denariorum illorum penes ipsos retinuerint & adhuc retinent, ut accepimus, in dicte ville deterioracionem & Cancellarii & Uniuersitatis nostre ac burgensium nostrorum ibidem commorancium dampnum non modicum & grauamen; Nos volentes maliciis ipsorum collectorum in hac parte obuiare & denarios collectos in reparacionem & construccionem poncium & murorum predictorum apponi facere, assignauimus vos & duos vestrum ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie per quos rei veritas melius sciri poterit de nominibus omnium & singulorum ad huiusmodi custumas colligendas & leuandas per prefatos burgenses in villa predicta assignatorum & per quantum tempus sic assignati custumas predictas tam tempore domini E. nuper regis Anglie patris nostri quam nostro collegerunt & leuauerunt & qualem & quantam summam denariorum de custumis predictis per ipsos leuatorum in reparacione & construccione premissorum apposuerunt & adhuc penes eos retinent, necnon ad compotum predictorum collectorum in hac parte secundum legem & consuetudinem regni nostri audiendum & terminandum & ad denarios collectos, si qui penes eos post reddicionem compoti predicti remanserint, de eisdem collectoribus leuari & in reparacione & construccione eorundem poncium & murorum prout vobis vel duobus vestrum melius visum fuerit apponi faciendum & ad omnia alia & singula in hac parte faciendum & explendum que per auditores compoti quouis modo fieri poterunt seu expediri. Et ideo vobis mandamus quod ad certos diem & locum quos vos vel duo vestrum ad hoc prouideritis compotum predictum audiatis & terminatis & premissa omnia & singula faciatis & expleatis in forma predicta. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos diem & locum quos vos vel duo vestrum ei scire facietis venire faciat coram vobis tot & tales probos & legales homines de balliua sua per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium XVIII die Decembris anno regni nostri quarto.[1]

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 4 Ed. III, part 2, memb. 20 *d*. The endorsement is: 'Littera regis E. de compoto audiendo pauagii [*sic*] & muragii'. Possibly the fragmentary petition printed in *Collectanea*, iii. 93, refers to this matter.

74.

[Letters Patent that wine in Oxford is to be dearer than wine in London by not more than a halfpenny the gallon.]

N. 37. Dec. 20, 1330

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Supplicarunt nobis magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam quod cum a tempore domini E. quondam regis Anglie aui nostri hucusque obseruatum fuerit quod lagena vini infra villam Oxonie non vendatur carius quam lagena vini vendatur London[iis] nisi per unum obolum tantum, velimus dictum modum vendicionis seu assisam iubere obseruari in futurum; Nos pro quiete dicte Uniuersitatis peticioni predicte annuentes, volumus & concedimus quod modus seu assisa vendicionis huiusmodi de cetero firmiter obseruetur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xx die Decembris anno regni nostri quarto.

Per peticionem de consilio.[1]

75.

[Letters Patent that wine whether new or old is to be sold at Oxford at not more than a halfpenny a gallon above the price at London.]

N. 38. Oct. 16, 1331

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Supplicarunt nobis magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam quod cum a tempore non modico in villa nostra Oxonie & eius suburbiis hucusque obseruatum fuerit quod lagena vini non vendatur carius infra villam Oxonie & eius suburbia quam lagena vini venditur London' nisi per unum obolum tantum velimus dictum modum vendicionis seu assisam iubere obseruari in futurum; Nos pro quiete dicte Uniuersitatis peticioni eorum in hac parte annuentes volumus & concedimus quod huiusmodi modus

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 4 Ed. III, part 2, memb. 21. The endorsement is: 'Carta regis Edwardi de vino'. The petition of the University, referring to the price of wine in the time of Edward I, may be that printed in *Collectanea*, iii, p. 142 (O.H.S.).

seu assisa vendicionis de omnimodis vinis tam nouis quam ueteribus infra villam & suburbia predicta sub graui forisfactura nostra decetero firmiter obseruetur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xvi die Octobris anno regni nostri quinto.[1]

Per ipsum regem & consilium.

76.

[Letters Patent that a royal prohibition shall not run in the Chancellor's court, unless it makes mention that it is a revocation of the present concession.]

Edwardus dei gracia, rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod pro indempnitate magistrorum & scolarium Uniuersitatis Oxonie & ut scolares eiusdem Uniuersitatis studio quiecius intendere valeant concessimus quod Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit quamdiu nobis placuerit habeat cognicionem in omnimodis causis, ubi clericus est altera pars, ex mutuis datis aut receptis aut taxacionibus seu locacionibus domorum aut equis conductis, venditis seu comodatis, seu pannis & victualibus ortum habentibus, seu aliis quibuslibet rerum mobilium contractibus seu quibuscumque transgressionibus infra predictam villam & eius suburbia factis; ita quod dictus Cancellarius a cognicione seu conquerentes a prosecucione huiusmodi causarum cessare non teneantur propter aliquam prohibicionem nostram, nisi prohibicio illa de ista concessione expressam faciat mencionem. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xvi die Octobris anno regni nostri quinto.

N. 29. Oct. 16, 1331

Per ipsum regem & consilium.[2]

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 5 Ed. III, part 2, memb. 8. The endorsement is: 'Commissio Edwardi tercii de vino'. The petition which called forth this and the next three grants may be seen in *Collectanea*, iii, p. 132. It states that vintners, in selling new and white wine, had not observed the grant of the previous year.

[2] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 5 Ed. III, part 2, memb. 8.

77.

[Letters Patent that for three years the Chancellor and Mayor may distrain residents in Oxford to repair the paving of the roads.]

N. 35. Oct. 21, 1331

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie dilectis sibi Cancellario Uniuersitatis & Maiori Oxonie salutem. Sciatis quod cum pauimentum in villa nostra Oxonie & eius suburbiis dirutum sit & confractum in locis quamplurimis ad graue dampnum tam scolarium quam aliorum ibidem commorancium, ut accepimus, volentesque super hoc apponi remedium oportunum, dedimus vobis potestatem distringendi omnes tam clericos quam laicos tenementa in villa predicta & eius suburbiis tenentes ad pauimentum coram tenementis suis reparandum & sustentandum; ita quod nulli in hac parte parcatur. Et si Maior ville predicte in hac parte negligens vel remissus fuerit & premissa una cum Cancellario ibidem facere recusauerit, volumus & concedimus quod ex tunc Cancellarius per se & suos premissa singula expleat; ita quod clamor iteratus inde ad nos non perueniat. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes per triennium duraturas. Teste me ipso apud Wyndesore, xxi die Octobris anno regni nostri quinto.

Per peticionem de consilio.[1]

78.

[Letters Patent that the Sheriff shall imprison in the Castle of Oxford those whom the Chancellor sends to him.]

N. 20. Oct. 25, 1331

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie vicecomiti Oxonie & custodi Castri sui Oxonie qui nunc sunt & qui pro tempore erunt vel eorum loca tenentibus salutem. Ex parte Cancellarii Uniuersitatis Oxonie & scolarium eiusdem nobis est ostensum quod cum per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Anglie concessum sit eisdem Cancellario & magistris quod si laicus clerico vel clericus laico seu clerico grauem uel enormem lesionem inferat, statim capiatur & in Castro Oxonie incarceretur & ibi detineatur quousque parti satisfiat & hoc arbitrio Cancellarii & Uniuersitatis

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 5 Ed. III, part 3, memb. 18.

Oxonie, et licet quamplures huiusmodi malefactores ibidem frequenter deprehensi & usque Castrum predictum per Cancellarium dicte Uniuersitatis ad incarcerandum ibidem in forma predicta missi fuerint, vicecomites & custodes Castri predicti nichilominus dictos malefactores ad mandatum Cancellarii predicti recipere & ad incarcerandum in Castro predicto admittere recusarunt, super quo predictus Cancellarius per peticionem suam coram nobis & consilio nostro in parliamento nostro exhibitam nobis supplicauit ut pro pace nostra ibidem conseruanda adhibere velimus remedium oportunum; Nos huiusmodi peticioni annuere volentes concedimus & vobis mandamus quod omnes malefactores & transgressores quos Cancellarius eiusdem Uniuersitatis vobis miserit ad incarcerandum in castro predicto recipiatis & admittatis & secure custodiri faciatis quousque dictus Cancellarius eos postulauerit; ita quod multitudo scolarium aut laicorum ad eos infra Castrum predictum nullo modo ingrediatur ad dictos malefactores visitandum nec ex alia causa. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Wyndesore xxv die Octobris anno regni nostri quinto.[1]

Per peticionem de consilio. Duppl'

79.

[Appointment of a commission to hold an inquiry about the discovery of treasure in Oxford.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie dilectis & fidelibus suis Willelmo de Shareshulle, Willelmo de Langele, Ricardo Vaghan, Iacobo de Wodestoke & Willelmo de Burcestre salutem. Quia datum est nobis intelligi quod diuersi homines ville Oxonie thesaurum ad non modicam quantitatem, qui ad nos secundum legem & consuetudinem regni nostri pertinere deberet & remanere, infra eandem villam inuenerunt & thesaurum illum in usus proprios conuerterunt & eum sic concelauerunt & nobis detinuerunt in nostri dampnum & preiudicium manifestum; Nos indempnitati nostre in hac parte prospicere volentes, ut tenemur, assignauimus vos, quatuor, tres & duos vestrum, quorum vos, prefate Willelme de

N. 32. Dec. 16, 1332

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. The earliest endorsement is: 'Carta R. Edwardi de incarcerandis in Castro & reliberandis'; another is: 'Nota pro incarceracione', and a hand in which entries of about 1460 are written in the Chancellor's register has added 'multitudo scolarium vel villanorum simul incarceratum quacumque causa non visitent'. This is on the Patent Roll of 5 Ed. III, part 3, memb. 18.

Shareshulle, alterum esse volumus ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie per quos rei veritas melius sciri poterit de nominibus illorum qui huiusmodi thesaurum in villa predicta inuenerunt & ubi & qualiter & quomodo & qui & cuiusmodi thesaurus fuerit & ad quorum vel cuius manus deuenerit & in quorum uel cuius manibus adhuc existat & de valore thesauri predicti & de omnibus aliis circumstanciis premissa contingentibus plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca quos vos, quatuor, tres vel duo vestrum, quorum vos, prefate Willelme de Shareshulle, alterum esse volumus, ad hoc prouideritis, inquisicionem illam faciatis et eam distincte & aperte factam nobis sub sigillis vestris, quatuor, trium vel duorum vestrum, quorum vos, prefate Willelme de Shareshulle, alterum esse volumus, & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breue. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos dies & loca quos vos, quatuor, tres vel duo vestrum, quorum vos, prefate Willelme de Shareshulle, alterum esse volumus, ei scire facietis, venire faciat coram vobis, quatuor, tribus vel duobus vestrum, quorum vos, prefate Willelme de Shareshulle, alterum esse volumus, tot & tales probos & legales homines de baliua sua per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Eboracum xvi die Decembris anno regni nostri sexto.[1] Per consilium.

80.

[Appointment of a commission to inquire about stalls and penthouses, encroachments on the high road.]

P. XII. 8. Dec. 16, 1332

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie dilectis & fidelibus suis Willelmo de Shareshull, Willelmo de Langele, Ricardo Vaghan, Iacobo de Wodestoke & Willelmo de Burcestre salutem. Quia datum est nobis intelligi quod diuersi homines ville nostre Oxonie diuersas purpresturas super viam nostram regiam in eadem villa per penticias & stalla in eadem villa fixa & leuata ante hec tempora fecerunt & indies faciunt quodque malefactores in villa predicta sub penticiis & stallis predictis sic leuatis noctibus latitant & vagantur diuersa mala ibidem perpetrantes in nostri dampnum & pre-

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 6 Ed. III, part 3, memb. 7 *d.*

iudicium & pacis nostre lesionem manifestam ; nos indempnitati nostre ac securitati populi nostri in hac parte prospicere & pacem nostram illesam conseruare volentes, ut tenemur, assignauimus vos quatuor, tres & duos vestrum, quorum vos, prefate Willelme de Shareshull, alterum esse volumus ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu Oxonie per quos rei veritas melius sciri poterit de nominibus illorum qui huiusmodi penticias & stalla in eadem villa super viam nostram regiam leuauerunt & per quantum tempus leuata fuerunt, & ad quorum vel cuius dampnum vel nocumentum & que & cuiusmodi dampna sub penticiis & stallis predictis facta fuerunt & qui uel quibus & per que vel per quos & qualiter & quomodo & de omnibus & singulis aliis articulis premissa contingentibus plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies & loca quos vos quatuor, tres vel duo vestrum, quorum vos, prefate Willelme de Shareshulle, alterum esse volumus ad hoc prouideritis, inquisicionem illam faciatis, et eam distincte & aperte factam nobis sub sigillis vestris quatuor, trium vel duorum vestrum quorum vos, prefate Willelme de Shareshulle, alterum esse volumus & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilacione mittatis & hoc breue ; mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos dies & loca quos vos quatuor, tres vel duo vestrum quorum vos, prefate Willelme de Shareshulle, alterum esse volumus, ei scire faciatis, venire faciat coram vobis quatuor, tribus vel duobus vestrum, quorum vos, prefate Willelme de Shareshulle, alterum esse volumus tot & tales probos & legales homines de balliua sua per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Eboracum xvi die Decembris anno regni nostri sexto.[1] Per consilium.

81.

[Letter to the Chancellor and the University that they should assist the commissioners whom the King is sending to hold an inquiry at Oxford about discords and dissensions.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie Cancellario, procuratoribus, magistris & scolaribus Uniuersitatis Oxonie **N. 30. Sept. 20, 1334**

[1] With the royal seal on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 6 Ed. III, part 3, memb. 7 *b*.

salutem. Cum assignauerimus dilectos & fideles nostros venerabiles in Cristo patres Ricardum episcopum Dunolmensem cancellarium nostrum, Rogerum Couentrensem & Lichfeldensem, & Willelmum Norwicensem episcopos coniunctim & diuisim ad informandum ipsos uel aliquem ipsorum super dissensionibus & discordiis inter scolares Uniuersitatis predicte & eorum familiares & seruientes subortis & earum causis & per cuius vel per quorum culpam dissensiones ille & discordie oriebantur & per quos manutenentur, & ad tractandum vobiscum super dissensionibus & discordiis predictis qualiter videlicet ad maiorem quietem & tranquillitatem Uniuersitatis predicte sopiri poterunt seu eciam reformari et ad certificandum nos de eo quod per ipsos vel aliquem ipsorum super premissis factum fuerit & tractatum prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur, vobis mandamus quod eisdem episcopis vel alicui eorum in premissis assistatis & intendatis ac pareatis. Teste me ipso apud Westmonasterium xx die Septembris anno regni nostri octauo.[1]

Per ipsum regem & consilium.

82.

[Letters Patent to the Mayor and Bailiffs to arrest evildoers at the request of the Chancellor.]

N. 12. Oct. 3, 1334

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie maiori & balliuis ville Oxonie salutem. Ex graui querela Cancellarii, procuratorum & scolarium Uniuersitatis nostre Oxon' intelleximus quod quamplures malefactores & pacis nostre perturbatores tam scolares quam alii ad dictam uillam & eius suburbia frequenter accedentes & in eisdem commorantes diuersas transgressiones ibidem hactenus perpetrarunt & perpetrant & post transgressiones per ipsos sic factas infra villam predictam quandoque in suburbiis eiusdem & aliis locis vicinis receptantur & hospitantur. Et licet dicti Cancellarius & procuratores frequenter vobis mandauerint & penes vos cum diligencia fuerint prosecuti quod ad huiusmodi malefactores insequendos, arestandos & capiendos intendentes essetis & auxiliantes, vos tamen quicquam ad huiusmodi mandata facere neglexistis, per quod transgressiones sic perpetrate multociens impunite remanserunt & dicti transgressores

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is of Edward III. It is not on the Close Roll, but is on the Patent Roll of 8 Ed. III.

sibi audaciam assumpserunt maiora facinora perpetrandi in ipsorum Cancellarii, procuratorum & scolarium dampnum non modicum & effectus studii retardacionem ac populi nostri partium illarum terrorem manifestum, unde perturbamur non inmerito & mouemur; Nos huiusmodi maliciis obuiare & transgressores predictos iuxta eorum demerita in hac parte castigari volentes, prout astringimur, & puniri, vobis precipimus firmiter iniungentes quod ad huiusmodi transgressores in villa predicta & eius suburbiis tam infra libertates quam extra insequendos, arestandos & capiendos sumpto ad hoc si necesse fuerit posse ville predicte intendentes sitis & auxiliantes, quociens super hoc per dictos Cancellarium & procuratores qui pro tempore fuerint fueritis premuniti, scientes quod nisi premissa in forma predicta diligencius exequamini dissimulare nolumus quin ad vos tanquam mandatorum nostrorum contemptores & pacis nostre perturbatores ac malefactorum predictorum manutentores non inmerito capiemus; mandauimus enim vicecomiti nostro Oxonie & Berk' quod ad malefactores predictos ubicumque in locis predictis dicte ville Oxonie vicinis inuenti fuerint tam infra libertates quam extra insequendos & capiendos, quociens[1] per prefatos Cancellarium & procuratores requisitus seu premunitus fuerit, pareat & intendat, sumpto ad hoc si necesse fuerit posse comitatuum predictorum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium tercio die Octobris anno regni nostri octauo.[2] Per ipsum regem & consilium.

83.

[Letters Patent to the Sheriff to arrest evildoers at the request of the Chancellor.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie vicecomiti Oxonie & Berk' salutem. Cum nuper ex graui querela Cancellarii, procuratorum & scolarium Uniuersitatis nostre Oxonie intellexerimus quod [&c. as in No. 82 . . .] hospitentur, et licet dicti Cancellarius & procuratores frequenter maiori & balliuis ville Oxonie mandauerint & penes ipsos cum diligencia fuerint prosecuti [&c. . .] intendentes essent & auxiliantes, iidem tamen maior & balliui quicquam ad huiusmodi mandata facere neglexerunt, per quod [&c. . . .] terrorem

N. 21. Oct. 3, 1334

[1] quociens quod, MS.

[2] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 8 Ed. III, part 2, memb. 20*d*.

manifestum, et nos huiusmodi maliciis [&c. . . .] puniri, precepimus eisdem maiori & balliuis quod ad [&c. . . .] intendentes sint & auxiliantes quociens super hoc per dictos Cancellarium & procuratorem qui pro tempore fuerint extiterint premuniti, tibi precipimus quod ad malefactores predictos ubicumque in balliua tua inuenti fuerint tam infra libertates quam extra insequendos & capiendos, quociens per prefatos Cancellarium & procuratores requisitus seu premunitus fueris, pareas & intendas, sumpto ad hoc si necesse fuerit posse comitatuum predictorum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium tercio die Octobris anno regni nostri octauo.[1]

Per ipsum regem & consilium.

84.

[Letter to the Chancellor and Proctors that Scholars be not allowed to bring arms to Oxford.]

N. 22. Oct. 6, 1334

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis sue Oxonie salutem. Cum diuerse dissensiones & discordie nuper inter scolares Uniuersitatis ville predicte & eorum familiares ac seruientes in eadem uilla exorte, & homicidia, depredaciones & alia mala ibidem perpetrata fuissent, ac intellexerimus quod nonnulli scolares tam videlicet illi qui post facinora & mala predicta perpetrata se a villa predicta retraxerunt quam alii ad eandem villam manu armata veniunt & diuersas armaturas secum indies ducunt & duci faciunt, easdem armaturas in hospiciis suis detinentes tam publice quam occulte, per quod timendum est quod mala peiora exinde poterunt de facili euenire, quodque vos diuersas penas & puniciones scolaribus Uniuersitatis predicte pro huiusmodi maleficiis per ipsos ante hec tempora commissis infligendas contra statuta & priuilegia Uniuersitatis predicte & sacramenta per uos in hoc parte prestita remisistis; quo pretextu dicti malefactores & alii maiorem audaciam sibi assumpserunt delinquendi; Nos volentes huiusmodi

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. The endorsement is: 'Littera domini regis de capiendo malefactores'. This is on the Patent Roll of 8 Ed. III, part 2, memb. 20 *d*. It may be asked why this deed passed into the possession of the University. Perhaps it was sent to the University, to be shown to the sheriff. We see in *Collectanea*, iii, p. 134, that the sheriff had sent a petition to Parliament that he should not be compelled to receive prisoners sent by the Chancellor.

malis, viis & modis quibus poterimus, precauere & quieti & tranquillitati scolarium Uniuersitatis predicte & aliorum in eadem villa degencium & ad eandem confluencium prouidere, vobis firmiter iniungendo mandamus quod scolares Uniuersitatis predicte premunire, eisque ex parte nostra firmiter inhiberi faciatis, ne qui eorum aut ipsorum familiares seu seruientes armaturas aliquas ad villam predictam vel suburbia eiusdem deferant seu deferri faciant seu eas in domibus aut hospiciis suis retineant publice vel occulte & nichilominus diligens scrutinium post premunicionem & inhibicionem predictas in domibus & hospiciis suis de huiusmodi armaturas faciatis, et contrauenientes in hac parte iuxta priuilegia & statuta vestra ac sacramenta predicta puniatis, nemini predictorum contraueniencium in hac parte parcentes, scientes quod nisi premissa cum maiori diligencia feceritis, ad vos & statuta & priuilegia predicta, prout conuenit, capiemus. Teste me ipso apud sanctum Albanum, VI die Octobris, anno regni nostri octauo.[1]

85.

[Letters Patent that the Chancellor and Mayor are to have the custody of the assize of bread and ale during the King's pleasure.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod concessimus Cancellario Uniuersitatis Oxonie & maiori eiusdem ville qui pro tempore fuerint custodiam assise panis & ceruisie in villa predicta & suburbiis eiusdem, habendam quamdiu nobis placuerit, reddendo inde nobis per annum ad scaccarium nostrum centum solidos unam videlicet medietatem ad scaccarium nostrum Pasche & aliam medietatem ad scaccarium nostrum sancti Michaelis per equales porciones quamdiu custodiam habuerint supradictam. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes : Teste me ipso apud Westmonasterium XVIII die Marcii anno regni nostri decimo.[2]

N. 33. Mar. 18, 1336

Per consilium

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is not on the Close Roll but is on the Patent Roll with date Oct. 3. The Stamford schism was taking place at this time. The endorsement is: 'Littera domini regis ne scolares armaturas aliquas deferant ad villam'.

[2] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 10 Ed. III, part 1, memb. 37.

86.

[Letters Patent confirming a grant of Edward I and extending it to the suburbs of Oxford as well as the town.]

N. 2. Apr. 8, 1336

Edwardus dei gracia [&c.] omnibus ad quos presentes littere peruenerint. Inspeximus litteras patentes domini E. nuper regis Anglie in hec uerba Edwardus [&c. as in No. 50 . . .] octauo. Nos autem ordinacionem predictam ad requisicionem dilecti clerici nostri magistri Roberti de Stratford, archidiaconi Cantuar', Uniuersitatis predicte Cancellarii, ratam habentes & gratam, eam pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est concedimus & confirmamus, sicut littere predicte plenius testantur. Preterea cum in ordinacione predicta contineatur quod dictus auus noster vult & concedit quod Cancellarius dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit habeat cogniciones quarumcumque transgressionum infra predictam villam factarum ubi clericus fuerit una parcium exceptis placitis de morte hominis & de mahemio, et vult quod de balliuis regiis cognoscat qui aliter se gerunt in officio suo quam facere debent; Et in eadem ordinacione similiter contineatur quod prefatus auus noster vult & precipit quod transeuntes per villam Oxonie respondeant coram Cancellario de contractibus & transgressionibus factis scolaribus infra villam Oxonie & non de contractibus & transgressionibus forinsecis, volumus & concedimus pro nobis & heredibus nostris tam pro tranquillitate & quiete Uniuersitatis predicte quam pro securiori ibidem pacis nostre conseruacione quod Cancellarius eiusdem Uniuersitatis qui pro tempore fuerit habeat cogniciones transgressionum quarumcumque tam in suburbiis extra muros dicte ville quam infra muros ville illius factarum ubi clericus fuerit una parcium, exceptis placitis de morte hominis & de mahemio, sicut predictum est, & quod transeuntes per villam Oxonie respondeant coram Cancellario predicto de contractibus & transgressionibus factis scolaribus tam in suburbiis extra muros ville predicte quam infra villam eandem & non de contractibus & transgressionibus forinsecis extra villam & suburbia predicta factis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Waltham sancte Crucis octauo die Aprilis anno regni nostri decimo. Whith'

Per ipsum regem & consilium.[1]

[1] With the royal seal, green wax, attached by silk strings, green and red. This is on the Patent Roll of 10 Ed. III, part 1, memb. 6. The endorsement is: 'Carta magna qua dicitur Starre cum confirmatione'.

87.

[A Charter confirming deed No. 52, and adding that under no circumstances shall the royal prohibition run in the Chancellor's court, that the Mayor and Chancellor are to have the assize of bread and ale in perpetuity, that the Chancellor may not be sued for false imprisonment, with other privileges.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, ministris & omnibus balliuis & fidelibus suis salutem. Inspeximus litteras patentes confirmacionis domini E. nuper regis Anglie patris nostri in hec uerba :—Edwardus [&c. as in No. 52 . . .] octauo. Nos autem concessiones predictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est prefatis Cancellario magistris, scolaribus & Uniuersitati ad instantem requisicionem dilecti clerici nostri magistri Roberti de Stratford archidiaconi Cantuar', Cancellarii Uniuersitatis predicte, ad cuius personam affeccionem gerimus specialem, concedimus & confirmamus, sicut littere predicte racionabiliter testantur. Preterea volentes eisdem Cancellario, magistris, scolaribus & Uniuersitati ad sollicitam eiusdem clerici nostri instanciam & contemplacione persone sue graciam in hac parte facere ampliorem, concessimus eis pro nobis & heredibus nostris & hac carta nostra confirmauimus quod licet ipsi vel eorum predecessores libertatibus predictis vel aliqua earundem aliquo casu emergente hactenus plene usi non fuerint, ipsi tamen & eorum successores libertatibus illis & earum qualibet sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, iusticiariorum, escaetorum, uicecomitum aut aliorum balliuorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque decetero plene gaudeant & utantur. Insuper cum per dictas litteras patentes prefati proaui nostri concessum fuisset dictis Cancellario & Uniuersitati quod quamdiu dicto auo[1] nostro placeret in causis clericorum ex mutuis datis aut receptis aut taxacionibus seu locacionibus domorum aut equis conductis, venditis seu commodatis, seu pannis & victualibus ortum habentibus seu aliis quibuslibet rerum mobilium contractibus in municipio aut suburbiis Oxonie factis prohibicio sua non curreret set huiusmodi cause coram Cancellario Uniuersitatis Oxonie non obstante prohibicione sua deciderentur, volumus &

N. 3. Apr. 12, 1336

[1] *proauo* must be meant.

concedimus pro nobis & heredibus nostris de nostra uberiori gracia, ut studentes in Uniuersitate predicta studiis huiusmodi inherere & intendere tranquillius & fatigaciones & alia litium & iurgiorum dispendia valeant euitare, quod in omnibus huiusmodi causis clericorum in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem ortum habentibus, prohibicio nostra uel heredum nostrorum decetero aliquibus futuris temporibus nequaquam currat nec locum habeat, set cause huiusmodi coram Cancellario Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit vel eius commissario siue locum tenente, non obstantibus huiusmodi prohibicionibus regiis perpetuo decidantur. Item cum in aliis litteris dicti proaui nostri contineatur quod omnes domus eiusdem municipii Oxonie a scolaribus inhabitate & inhabitande de quinquennio in quinquennium retaxentur secundum arbitrium taxatorum clericorum & laicorum ex utraque parte iuratorum volumus & predictis Cancellario, magistris, scolaribus & Uniuersitati pro nobis & heredibus nostris concedimus quod omnes domus tam in suburbiis dicte ville Oxonie quam in eadem villa a scolaribus inhabitate & inhabitande de quinquennio in quinquennium retaxentur in forma supradicta. Item cum per alias litteras ipsius proaui nostri predictas concessum sit & prouisum quod quatuor Aldermanni fiant in Oxonia & octo de discrecioribus & legalioribus burgensibus eiusdem ville associentur ipsis Aldermannis qui omnes iurent nobis fidelitatem & sint assistentes & consulentes Maiori & balliuis nostris Oxonie ad pacem nostram conseruandam, ad assisas dicte ville custodiendum & ad inuestigandum malefactores & perturbatores pacis nostre & vagabundos de nocte & receptatores latronum & malefactorum & corporale prestent sacramentum quod omnia predicta fideliter obseruabunt et quod in qualibet parochia ville Oxonie sint duo homines electi de legalioribus parochianis & iurati quod in qualibet quindena inquirent diligenter ne quis suspectus hospitetur in parochia & si aliquis receptauerit aliquem per tres noctes in domo sua respondeat pro eo; ac ex parte predictorum Cancellarii & Uniuersitatis sit intelligi nobis datum quod pro eo quod aliqui ad sacramenta aldermannorum predictorum & dictorum octo associatorum in absencia nostra recipiendum & ad dictos duos homines in qualibet parochia dicte ville sic eligendum minime deputantur, eadem sacramenta & eleccio ea de causa sepius sunt omissa per quod diuersa maleficia in eadem villa hactenus perpetrata fuerunt & indies perpetrantur, & nobis sit supplicatum ut super hoc oportunum apponere remedium dignaremur; Nos utilitati & quieti dicte Uniuersitatis prouidere volentes, concessimus pro nobis & heredibus nostris quod

Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit vel eius Commissarius aut locum tenens ac maior dicte ville pro tempore existens, sacramenta predictorum quatuor aldermannorum & dictorum octo sibi de burgensibus predictis associatorum singulis annis ad festum sancti Michaelis, si nos vel heredes nostri tunc ibidem presentes non fuerimus, nostro & ipsorum heredum nostrorum nomine recipiant, quod ipsi aldermanni & associati omnia predicta fideliter obseruabunt, et quod dicti Cancellarius siue commissarius vel locum suum tenens ac maior singulis annis vel magis solito si expedire iminentibus periculis videatur duos homines in qualibet parochia dicte ville & suburbiorum eiusdem de legalioribus parochianis illis eligant vel eligi faciant & quod ipsorum sacramentum nostro nomine recipiant quod ipsi sic electi & iurati in qualibet quindena diligenter inquirent ne suspectus aliquis in parochia hospitetur, et si quis aliquem per tres noctes in domo sua receptauerit pro eo respondeat ut est dictum et quod de toto facto suo in hac parte dictos Cancellarium siue commissarium vel eius locum tenentem ac maiorem pro tempore existentes distincte & indilate certificent, ut ipsi ulterius contra huiusmodi suspectos & eorum receptatores prout ad officia sua pertinet procedere & facere valeant, prout pro conseruacione pacis nostre ibidem & punicione & castigacione malefactorum huiusmodi racionabiliter fuerit faciendum. Insuper cum in aliis litteris patentibus dicti proaui nostri contineatur quod quilibet burgensis Oxonie pro familia sua respondeat ita quod si aliquis de familia sua mortem uel grauem iniuriam alicui clerico vel suis inferat, malefactorem exhibeat idem burgensis, ut fiat de eo iusticia, alioquin infligatur pena secundum consuetudinem regni; Volumus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quod quilibet burgensis pro familia sua & seruientibus suis respondeat in empcionibus & vendicionibus vini & aliorum victualium quorumcumque ipsorum burgensium tam in suburbiis quam in villa predictis vendicioni expositorum ubi scolaris est una parcium, ipsis burgensibus de excessibus & iniuriis per familiam uel seruientes suos in huiusmodi empcionibus & vendicionibus factis per prefatum Cancellarium vel eius vices gerentem semel vel bis si opus fuerit premunitis, et quod dictus Cancellarius vel eius commissarius aut locum tenens qui pro tempore fuerit cognicionem de huiusmodi excessibus & iniuriis in empcionibus & vendicionibus predictis ubi scolaris est una pars, ut predicitur, habeat & delinquentes in hac parte punire faciat prout decet. Item[1] cum per litteras nostras

[1] Above this word in 3 c is *va-*; above *Pasche*, the last word, is *cat.* This *vacat* was probably added when an inspeximus was made on a later occasion, after the assize had been granted to the Chancellor alone.

patentes concessum sit Cancellario Uniuersitatis Oxonie & maiori eiusdem ville quod habeant custodiam assise panis & ceruisie in villa predicta & suburbiis eiusdem quamdiu nostre placuerit voluntati, reddendo inde nobis per annum ad scaccarium nostrum centum solidos; Nos ad maiorem utilitatem tam scolarium dicte Uniuersitatis quam burgensium & aliorum in villa & suburbiis illis commorancium & ad ea confluencium volumus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quod Cancellarius Uniuersitatis predicte & maior dicte ville qui pro tempore fuerint habeant custodiam assise & assaiam panis & ceruisie & emendas inde in villa & suburbiis supradictis inperpetuum, reddendo inde nobis ad scaccarium predictum annuatim centum solidos, unam videlicet medietatem ad scaccarium nostrum sancti Michaelis & aliam medietatem ad scaccarium nostrum Pasche. Item cum burgenses dicte ville Oxonie homines pannos laneos & telas lineas venales ad eandem villam portantes dictos pannos & telas secare & per partes vendere scolaribus & aliis eos emere volentibus nisi eosdem pannos & telas integros emere voluerint hactenus non permiserint nec adhuc permittant, ut accepimus, quouis modo in ipsorum magistrorum & scolarium & nonnullorum aliorum graue dampnum & iacturam, per quod nobis est cum instancia supplicatum ut super hoc remedium apponamus; Nos nolentes talia que sic in dampnum & grauamen populi nostri redundare noscuntur tolerare aliqualiter incorrecta, volumus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quod omnes huiusmodi pannos laneos & telas lineas venales ad villam predictam seu suburbia eiusdem portantes vel ducentes eosdem pannos & telas ibidem secare & huiusmodi pannos & telas tam per partes quam integros tam clericis quam aliis vendere possint prout vendencium voluntati placuerit & eis visum fuerit expedire sine occasione, impedimento aut perturbacione maioris, balliuorum & burgensium dicte ville ac aliorum quorumcumque. Insuper cum Cancellarius Uniuersitatis predicte pro quiete eiusdem Uniuersitatis et conseruacione pacis nostre ibidem ac malefactorum maliciis refrenandis clericos in eadem Uniuersitate delinquentes tam pro suspicionibus & aliis causis diuersis pro maioribus dampnis & periculis euitandis quam pro delictis suis inuestigare & capi facere sepius & diuersimode oporteat & committere custodie carcerali & idem Cancellarius metuat se ad prosecutionem huiusmodi imprisonatorum de imprisonamentis illis posse imposterum pregrauari & nobis sit supplicatum ut indempnitati Cancellarii dicte Uniuersitatis velimus prospicere in hac parte; Nos desiderantes quod pax nostra ubique inuiolabiliter obseruetur &

delinquentes in eadem Uniuersitate ad maiorem quietem & tranquillitatem eiusdem debite castigentur ac volentes Cancellarii predicte Uniuersitatis pro tempore existentis securitati in premissis prouidere, volumus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est quod Cancellarii eiusdem Uniuersitatis qui hactenus fuerunt vel exnunc erunt aut eorum commissarii vel loca tenentes occasione imprisonamentorum scolarium dicte Uniuersitatis seu aliorum per ipsos Cancellarios pro conseruacione pacis nostre et quiete Uniuersitatis predicte ac punicione & castigacione malefactorum huiusmodi ibidem hactenus imprisonatorum seu exnunc imprisonandorum, illorum videlicet qui in eadem Uniuersitate in villa & suburbiis predictis scolaribus seu eorum seruientibus aut aliis de iurisdiccione Uniuersitatis predicte delinquentes inuenti seu de maleficiis ibidem perpetratis notorie suspecti vel conuicti fuerint, per breuia nostra uel heredum nostrorum de audiendo & terminando vel de falso imprisonamento seu quouis alio colore in curiis nostris uel heredum nostrorum siue aliis aut alibi nullatenus occasionentur, inquietentur, molestentur in aliquo seu grauentur. Quare volumus & firmiter precipimus pro nobis & heredibus nostris quod predicti Cancellarius & maior qui pro tempore fuerint omnes libertates predictas quatenus eedem libertates ipsos coniunctim vel separatim contingunt imperpetuum habeant & eis gaudeant & utantur absque impedimento nostri vel heredum nostrorum seu iusticiariorum aut aliorum quorumcumque. Hiis testibus, venerabilibus patribus Iohanne Cantuar' archiepiscopo tocius Anglie primate cancellario nostro, Henrico Linc' episcopo thesaurario nostro, Ricardo Dunolmensi episcopo, Iohanne comite Cornubie fratre nostro carissimo, Willelmo de Monte Acuto, Roberto de Ufford senescallo hospicii nostri & aliis. Dat' per manum nostram apud Waltham duodecimo die Aprilis anno regni nostri decimo.[1]

88.

[Letters Patent increasing the penalty of those who break the assize of ale.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie N. 8. Jan. 20, 1339.

[1] There are three copies of this charter: 3 a, 3 b, 3 c. No. 3 a ends: 'duppl'. Exam' per mag. I. de Langetoft & W. de Welingoure'. No. 3 c ends: 'per ipsum regem. Whithurst'. No. 3 b has nothing. All three have the royal seal, green wax, attached by silk strings, red and green. This is on the Charter Roll of 10 Ed. III, memb. 12.

omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum in litteris celebris memorie domini H. quondam regis Anglie proaui nostri inter alias libertates Cancellario & scolaribus Uniuersitatis Oxonie per ipsum proauum nostrum concessas contineatur quod pistores & braciatores Oxonie in primo transgressu non puniantur set in secundo amittant panem & in tercio transgressu habeant iudicium de pillorio & quod temptacio panis fiat bis in anno, videlicet in quindena post festum sancti Michaelis & circa festum sancte Marie in Marcio & assisa ceruisie fiat eisdem terminis secundum valorem bladi & brasei, ac nos nuper per cartam nostram concesserimus pro nobis & heredibus nostris quod Cancellarius Uniuersitatis predicte & Maior dicte ville Oxonie qui pro tempore fuerint habeant custodiam assise & assaiam panis & ceruisie & emendas inde in villa predicta & suburbiis eiusdem inperpetuum, reddendo inde nobis annuatim ad scaccarium nostrum centum solidos prout in eadem carta plenius continetur, ac iam ex parte tam scolarium dicte Uniuersitatis quam hominum in dicta villa degencium & ad eandem confluencium nobis sit supplicatum ut cum braciatores in villa & suburbiis predictis indies contra assisam & non secundum valorem brasei bracient & se (pro eo quod modus punicionis eorum sic contra assisam & assaiam delinquentium in litteris & carta predictis minime specificatur, & in litteris dicti proaui nostri ut premittitur inter alia continetur quod assisa ceruisie fiat terminis supradictis) per prefatos Cancellarium & maiorem puniri seu temptacionem ceruisie sue cum braciata fuerit extra terminos predictos fieri non permittant, per quod dicte assisa & assaia ceruisie ibidem sunt minus prouide custodite, in scolarium & hominum predictorum graue dampnum, velimus super hoc remedium apponere opportunum ; Nos ad hoc quod braciatores alibi infra regnum nostrum contra assisam braciantes in singulis transgressibus huiusmodi iuxta locorum consuetudines & delicti quantitates puniuntur consideracionem habentes, volentesque utilitati & commodo ac etiam indempnitati scolarium & hominum predictorum prospicere & ea maxime que communem concernunt utilitatem manutenere prout astringimur in hac parte, concessimus pro nobis & heredibus nostris quod Cancellarius dicte Uniuersitatis & ipsius Cancellarii commissarius siue vices gerens & maior ville predicte qui pro tempore fuerint ceruisiam in villa & suburbiis predictis braciatam cum braciata fuerit per se vel per alios quos ad hoc deputauerint temptare valeant & temptari fac*iant*, & ea que ad assisam & assaiam inde pertinent siue spectant faciant & excerceant, ac dictos braciatores tam in suburbiis quam villa predictis

contra assisam vel non secundum valorem brasei braciantes in singulis huiusmodi transgressibus per amerciamenta & alias puniciones debitas alibi consuetas puniant vel puniri faciant, quandocumque & quocienscumque opus fuerit & eisdem Cancellario & maiori videbitur expedire; ita quod amerciamenta illa iuxta excessiuam delicti quantitatem racionabiliter augeantur. Et quia tam Cancellarius quam maior predicti per excusaciones varias premissa facere & exequi debito tempore ut accepimus hactenus recusarunt, ita quod quando unus illorum ad ea in forma predicta facienda intendere ordinabat, alter eorum fingendo se voluntarie quesitis coloribus subtrahere pluries nitebatur, nolentes temptaciones & puniciones predictas ea de causa differri aliqualiter vel omitti, volumus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quod si prefatus Maior qui fuerit pro tempore ad predictas temptaciones & puniciones una cum dicto Cancellario aut ipsius commissario vel vices suas gerente faciendas intendere vel vacare renuerit temporibus oportunis, tunc predictus Cancellarius seu commissarius suus aut vices eius gerens pro tempore existentes, temptaciones & puniciones predicta ac alia que ad custodiam, assisam & assaiam ceruisie predicte sie spectant, per se seu alios quos ad hoc duxerint deputandos in defectum predicti Maioris, dum tamen idem Maior ad premissa facienda per prefatum Cancellarium aut commissarium suum vel vices ipsius gerentem debite requisitus vel premunitus fuerit, faciat & facere possit in forma supradicta, presencia dicti maioris minime expectata, ac insuper quod idem maior qui pro tempore fuerit premissa per se seu alios quos ad hoc deputauerit in defectum predicti Cancellarii seu commissarii sui aut eiusdem vices gerentis, si ipsi debite requisiti aut premuniti premissis una cum eodem Maiore faciendis intendere distulerint, faciat & facere valeat pari modo. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste Edwardo duce Cornubie & comite Cestrie filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Berkhampstede, vicesimo die Ianuarii anno regni nostri duodecimo.[1] Per ipsum custodem & consilium.

[1] With the royal seal, white wax, on a tag of parchment. This is on the Patent Roll of 12 Ed. III, part 3, memb. 1. This deed implies that in future brewers were to be punished for their first offence. This is not stated in the summary in the *Calendar of Patent Rolls*. The endorsement is: 'Carta regis de assisa panis & ceruisie infra uillam Oxonie & in suburbiis'.

89.

[A letter to the Bailiffs about cleansing the streets and about the slaughtering of beasts within the walls.]

N. 10. Feb. 18, 1339

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie balliuis ville Oxonie salutem. Cum nuper dato nobis intelligi quod quamplures grosse bestie videlicet boues, vacce, porci, oues, vituli & alie huiusmodi in diuersis locis infra muros ville predicte indies sunt mactate & etiam quod tot fimi & fimarii ac alie feditates in stratis, vicis & venellis ville illius infra eosdem muros existunt quod per abhominabiles fetores qui ex mactacione dictarum bestiarum ac feditate fimorum & fimariorum huiusmodi proueniunt, aer ibidem in tantum inficitur quod quidam tam magnatum & aliorum ad dictam villam declinantium quam scolarium & burgensium ceterorumque in villa illa degentium grauibus corporum suorum infirmitatibus sepius detinentur & exinde aliqui moriuntur, per quod nos huiusmodi malis & periculis precauere & sanitati predictorum ac honestati ville predicte, maxime dum magistrorum & scolarium Uniuersitas ibi viget, prouidere volentes, mandauimus maiori ville predicte & vobis quod in villa predicta in locis ubi expedire videritis publice proclamari & ex parte nostra faciatis firmiter inhiberi ne qui carnifices aut alii huiusmodi grossas bestias infra muros predictos mactare nec burgenses nec alii fimos, fimarios siue alias feditates in stratis, vicis & venellis predictis ubi communis est hominum transitus ponant seu poni faciant nec fieri permittant, set quod statim facta proclamatione huiusmodi illos per quos huiusmodi fimi, fimarii & feditates sic ponuntur, dictos stratas, vicos & venellas sine dilacione aliqua inde mundare & mundatos custodiri faciatis sub periculo quod incumbit; et nos ex causis predictis volentes premissa execucioni demandari, ac de circumspeccione dilectorum & fidelium nostrorum Cancellarii Uniuersitatis Oxonie, prefati Maioris & magistri domus de Mertone confidentes, assignauimus ipsos & duos eorum ad superuidendum & ordinandum quod huiusmodi grosse bestie infra muros predictos non mactentur nec quod fimi, fimarii aut alie feditates predicti in stratis, vicis & venellis ville illius ponantur nec fiant set quod iidem strate, vici & venelle de fimis, fimariis & feditatibus predictis mundentur & mundati custodiantur ex causis supradictis, & ad informandum se per inquisiciones tam per clericos quam per laicos ville predicte inde quociens opus fuerit capiendas de veritate premissorum & ad illos quos culpabiles vel

rebelles inueniri contigerit per amerciamenta & aliis modis prout expedire viderint & racionabiliter faciendum fuerit puniri faciendum considerata diligencius qualitate & quantitate delicti in hac parte, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur. Et ideo vobis mandauimus, sicut alias mandauimus, quod eisdem Cancellario, Maiori & magistro & duobus eorum pareatis & intendatis in forma predicta & venire faciatis coram eisdem Cancellario, Maiore & magistro vel duobus eorum tot ac tales probos & legales homines de villa predicta per quos premissa melius expediri poterunt, quociens & quando per ipsos Cancellarium, Maiorem & magistrum vel duos eorum super hoc ex parte nostra fueritis premuniti, vel causam nobis significetis quare mandato nostro alias vobis inde directo minime paruistis. Teste Edwardo duce Cornubie & comite Cestrie filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Westmonasterium XVIII die Februarii anno regni nostri terciodecimo.[1]

90.

[Letters Patent that for five years the Chancellor and Mayor shall have power to distrain residents in Oxford to repair the paving before their houses.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie dilectis sibi Cancellario Uniuersitatis Oxonie & maiori eiusdem ville Oxonie salutem. Sciatis quod cum pauimentum in villa predicta & eius suburbiis in locis quamplurimis dirrutum sit & confractum ad graue dampnum tam scolarium quam aliorum ibidem commorancium & ad eandem villam veniencium ut accepimus, volentes super hoc apponi remedium oportunum, dedimus vobis potestatem distringendi omnes tam clericos quam laicos tenementa in villa predicta & eius suburbiis tenentes ad pauimentum coram tenementis suis reparandum & sustentandum; ita quod nulli in hac parte parcatur. Et si maior ville predicte qui pro tempore fuerit in hac parte negligens vel remissus fuerit & premissa una cum Cancellario ibidem facere recusauerit, volumus & concedimus quod extunc Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit per se & suos singula premissa expleat, ita quod clamor inde ad nos non perueniat iteratus. In cuius rei testi-

N. 31. Nov. 25, 1339

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed, with another narrow strip for tying it, as with Letters Close. This is not on the Patent Roll, but the mandate to the Chancellor, Mayor, and Master of Merton is. The endorsement is: 'Carta domini regis de mactatione animalium, missa balliuis Oxonie'.

monium has litteras nostras fieri fecimus patentes per quinquennium duraturas. Teste Edwardo duce Cornubie & comite Cestrie filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Langele xxv die Nouembris anno regni nostri terciodecimo.[1] Per consilium.

91.

[Letters Patent extending up to five years a grant of July 28, 1338, that those excommunicated by the Chancellor and remaining obdurate shall be arrested by the Sheriffs, if the names are signified to the King.]

N. 17. Feb. 3, 1340

Edwardus dei gracia, rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum nos nuper ad prosecucionem venerabilis patris Roberti Cicestrensis Episcopi, tunc Cancellarii Uniuersitatis nostre Oxonie, nobis supplicantis quod cum Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit omnimodam iurisdiccionem habeat in clericos dicte Uniuersitatis & laicos ibidem inuicem contrahentes seu delinquentes, potestatemque cohercendi & puniendi eosdem per omnimodas coherciones & censuras, nonnullique tam racione contractuum quam delictorum huiusmodi propter eorum contumacias, rebelliones & offensas maioris excommunicacionis sentenciis inuoluti, ad partes se transferant distantes & remotas, huiusmodi sentencias paruipendentes, & in ipsis per quadraginta dies & amplius perseuerent animo indurato, claues ecclesie nequiter contempnendo in animarum ipsorum graue periculum & ecclesie sancte scandalum & contemptum, vellemus pro capcione eorundem ad significacionem dicti Cancellarii qui pro tempore fuerit sicut ad significacionem episcoporum ordinariorum pro ipsis capiendis est usitatum breuia concedere de gracia nostra speciali, cum ecclesia ultra non habeat quid agere debeat in premissis, ut quos dei timor a malo non reuocat ipsos coherceat seueritas discipline, desiderantes tranquillitati & quieti Uniuersitatis predicte modis quibus poterimus prouidere ac pro conseruacione status eiusdem & contra contumaces & rebelles huiusmodi in subsidium ecclesie sancte in hac parte remedium oportunum adhiberi, volentesque consideratis premissis supplicacioni predicte annuere generose, vicesimo octauo die

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 13 Ed. III, part 2, memb. 10. The endorsement is: 'De pauiamento reparando'.

Iulii anno regni nostri duodecimo per litteras nostras patentes concesserimus quod breuia in Cancellaria nostra ad significacionem Cancellarii dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit, cum per litteras suas patentes pro huiusmodi excommunicatis de iurisdiccione sua predicta capiendis significatum fuerit regie maiestati, a predicto vicesimo octauo die Iulii usque ad finem trium annorum tunc proximo sequencium absque contradiccione aliqua concederentur & fierent, sicut ad significacionem episcoporum ordinariorum pro excommunicatis capiendis est, ut premittitur, usitatum; Nos pro tranquillitate & quiete Uniuersitatis predicte ac pro conseruacione status eiusdem ac aliis causis predictis volentes concessionem nostram predictam ampliare, concessimus quod breuia in Cancellaria nostra ad significacionem Cancellarii dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit cum per litteras suas patentes pro huiusmodi excommunicatis de iurisdiccione sua predicta capiendis significatum fuerit regie maiestati a fine dictorum trium annorum per duos annos tunc proximo sequentes absque contradiccione aliqua concedatur & fiant sicut ad significacionem episcoporum ordinariorum pro excommunicatis capiendis est usitatum, sicut predictum est. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste Edwardo duce Cornubie & comite Cestrie filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Westmonasterium tercio die Februarii anno regni nostri quartodecimo.

Per ipsum custodem & consilium in parliamento.

92.

[A mandate to the Mayor and Bailiffs that they should arrest malefactors who disturb the peace and deliver them to the Chancellor.]

Edwardus dei gracia, rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, Maiori & balliuis suis Oxonie salutem. Quia intelleximus quod quidam malefactores & pacis nostre perturbatores tam scolares quam alii pro transgressionibus & excessibus enormibus apud Oxoniam ac infra metas & bundas Uniuersitatis eiusdem ville ante hec tempora banniti iam diuersos malefactores & pacis nostre perturbatores ad se

N. 27. Nov. 27, 1341

[1] The seal, which was on a strip of the deed, is missing. This is on the Patent Roll of 14 Ed. III, part 1, memb. 47. The endorsement is: 'Commissio pro excommunicatis capiendis biennalis. Per dominum regem'. The grant of July 28, 1338, is on the Patent Roll of 12 Ed. III, part 2, m. 8.

attrahentes diuersas alligaciones & confederaciones illicitas facientes in passibus,[1] boscis, biuiis[2] & quadriuiis ac aliis locis suspectis ibidem hominibus insidiantes tam de die quam de nocte vi armata vagantur & discurrunt, scolares ac alios verberantes & vulnerantes, bona & catalla diuersorum hominum capientes & asportantes & alia mala quamplurima perpetrantes, ad quorum castigacionem & punicionem Cancellarius Uniuersitatis predicte non sufficit nisi aliter ad hoc brachium seculare apponatur; Nos affectantes tranquillitatem & quietem scolarium Uniuersitatis predicte ac aliorum ad eandem villam confluencium ac aliorum ibidem degencium obseruari & malicie dictorum malefactorum & bannitorum obuiare & ad punicionem eorundem manum nostram volentes apponere adiutricem vobis precipimus quod eidem Cancellario ad insequendos, arestandos & capiendos dictos malefactores & bannitos cum per ipsum super hoc ex parte nostra fueritis premuniti intendentes sitis, consulentes & auxiliantes, ut idem Cancellarius huiusmodi malefactores sic arestatos castigare & punire valeat iuxta libertates & priuilegia Uniuersitatis predicte, taliter vos habentes in hac parte quod non possitis super aliqua necligencia reprehendi, per quod materiam habeamus ad vos & vestra grauiter capiendi. Teste me ipso apud Staunford, xxvii die Nouembris anno regni nostri Anglie quintodecimo, regni vero nostri Francie secundo.[3]

93.

[A mandate to the Mayor and Aldermen that they be not negligent in keeping, together with the Chancellor, the assize of weights and measures.]

N. 14. Feb. 10, 1346

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie maiori, Aldermannis & ceteris burgensibus ville Oxonie salutem. Cum nuper commisissemus Cancellario Uniuersitatis Oxonie & maiori eiusdem ville qui pro tempore forent custodiam assise mensurarum & ponderum in dicta villa & suburbiis eiusdem, habendam quamdiu nobis placeret, ita quod ipsi quociens opus foret dicta mensuras & pondera superuiderent, & ea que falsa inuenirent comburi & destrui facerent & alia legalia & iusta deputarent & consignari facerent, necnon trans-

[1] Passes.

[2] Where roads fork.

[3] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 15 Ed. III, part 3, memb. 8 *d*. The endorsement is: 'Carta domini regis missa maiori & balliuis Oxonie quod teneantur capere malefactores & bannitos'.

gressores quos in hac parte inuenirent debite punirent & castigarent; ac postmodum dato nobis intelligi quod pretextu cuiusdam concessionis nostre burgensibus dicte ville Oxonie per cartam nostram facte, videlicet quod Aldermanni burgi illius in Aldermannis[1] [*sic*] suis bis in anno tenere possent visum franciplegii & omnia ea facere que ad visum illum & custodiam pacis nostre pertinerent, predicti burgenses assisam mensurarum & ponderum in eadem villa Oxonie per predictos Aldermannos fecerunt custodiri & Cancellarium dicte Uniuersitatis ea que ad custodiam assise predicte pertinent una cum maiore dicte ville facere non permiserunt & ipsum quominus premissa facere posset vi & armis impediuerunt, quodque maior ville predicte huiusmodi impedimentis consenciens cum per predictum Cancellarium requisitus foret ad predictam assisam cum ipso superuidendum & defectus emendandum gratis multociens se absentauit, per quod transgressores contra assisam predictam pro defectu custodie eiusdem transierunt impuniti & alii per impunitatis audaciam in hac parte delinquere non verebantur in nostri dampnum & preiudicium & scolarium in eadem Uniuersitate studencium & omnium aliorum ad eandem villam confluencium dispendium non modicum & grauamen; et quia in carta nostra de dictis libertatibus prefatis hominibus de Oxonia concessis continetur quod Cancellario, magistris & scolaribus dicte Uniuersitatis super libertatibus & priuilegiis eis per nos & progenitores nostros concessis preiudicium aliquod pretextu concessionis nostre predicte nullatenus generetur et intentionis nostre non fuit quod pretextu predicte generalis concessionis nostre de dicto visu habendo facte ea que in specificacione per nos fuerint prius concessa reuocarentur seu adnullarentur, volumus[2] [*sic*] & concessimus quod Cancellarius Uniuersitatis predicte & Maior eiusdem ville qui pro tempore forent haberent custodiam assise mensurarum & ponderum in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem quamdiu nobis placeret, ita quod ipsi quociens opus esset dicta mensuras & pondera superuiderent & ea que falsa inuenirent comburi & destrui facerent & alia legalia & iusta deputarent & consignari facerent, necnon transgressores quos in hac parte inuenirent debite punirent & castigarent, non obstante concessione nostra predicta prefatis burgensibus de predicto visu sic facta, ita tamen quod quocienscumque maior dicte ville per predictum Cancellarium sufficienter requisitus ad custodiam assise predicte cum ipso Cancellario superuidendum non veniret, nec alium nomine suo ad premissa facienda mitteret, quod tunc Cancellarius

[1] The version in Oxf. Chart. 197 (Bodl. Lib.) correctly reads *aldermanniis*.
[2] Should be *voluimus*; it is so in Oxf. Chart. 197.

dicte Uniuersitatis qui pro tempore foret omnia que ad custodiam assise predicte in eadem villa pertinerent in defectu predicti Maioris per se faceret in forma supradicta, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur; iamque ex parte Cancellarii dicte Uniuersitatis accepimus quod licet ipse iminentibus huiusmodi defectibus & excessibus propter impunitatem transgressorum predictorum vos, predicte Maior, requisierit ut secum ad superuidendum dicta mensuras & pondera, & falsa cum inuenta fuerint comburendum, & iusta & legalia deputandum, ac transgressores predictos puniendum in forma predicta vacaretis, tamen nec vos, dicte maior, cum prefato Cancellario ea facere, nec vos, prefati Aldermanni & burgenses, sibi intendere nec coram eo ex hac causa comparere curatis, set pocius dedignanter & voluntarie recusatis in nostri contemptum ac scolarium & aliorum predictorum graue dampnum; Nos, volentes dampnis huiusmodi precauere & dictam concessionem nostram sortiri effectum, vobis districte iniungendo mandamus videlicet vos, prefate[1] maior, quod una cum Cancellario predicto custodiam assise siue assaie mensurarum & ponderum predictorum faciatis, mensurasque & pondera predicta superuideatis & falsa comburetis, ac alia iusta & legalia deputetis & consignetis, vosque, Aldermanni & burgenses, super hiis cum premuniti fueritis eisdem sine difficultate aliqua intendatis iuxta tenorem litterarum nostrarum predictarum. Volumus enim quod in casu quo vos, dicte Maior, una cum prefato Cancellario exequi negligatis vel non vultis, tunc idem Cancellarius per se qui fuerit pro tempore omnia que ad custodiam predictam pertinent faciat ut est dictum, et vos, predicti Aldermanni & burgenses, eidem Cancellario in premissis quociens opus fuerit & per ipsum super hoc fueritis premuniti in forma predicta nichilominus intendatis; quod si facere denegetis, ad [capcionem libertatum vobis per nos][2] & progenitores nostros concessarum in manum nostram propter contemptum, rebellionem & inobedienciam huiusmodi procedemus; vosque ulterius iuxta demeritorum vestrorum exigenciam [ut alii exemplo vestri a talibus se retrahant puniemus][2]. Teste me ipso apud Westmonasterium, x die Februarii anno regni nostri Anglie vicesimo, regni vero nostri Francie septimo.[3]

[1] prefati, MS.; it is *prefate* in Oxf. Chart. 197.

[2] These words, which have been torn off in N. 14, can be restored from Oxf. Chart. 197 (Bodl. Lib.), which is another copy of this grant.

[3] The seal, which was on a strip, is wanting. This is on the Patent Roll of 20 Ed. III, part 1, memb. 30 *d*. The version found in Oxf. Chart. 197 is dated Feb. 8. This is also the date on the Patent Roll.

94.

The next deed, a concord of July 12, 1348, between the Town and the University, is made more clear by means of two original deeds in the Bodleian Library, which are printed in the Appendix. One of these, lately acquired by the Bodleian by gift, is the decision of the Archbishop of Canterbury and the Bishop of Chichester, in a dispute between the Town and the University, and is dated April 7, 1348. It shows that the concord of July, 1348, was in fact the verdict of the Bishop and Archbishop, which both sides had promised to accept. The other deed corresponds with the first two-thirds of the concord of July, 1348, but differs in a few places, and on one point states that a matter still undecided would be settled by the verdict of the Archbishop and Bishop. The passage shows that the deed must be slightly earlier than April, 1348. We learn from this deed that as regards the assay of weights and measures the Town and the University had already come to terms, and that the decision of the Bishop and Archbishop was mainly required for the three last points in the concord.

[A concord between the Town and the University.]

Ceste endenture feite entre le Chauncellier et la Uniuersite Doxenforde dune parte et les Maire, burgeis, et comunalte de mesme la vile daltre parte tesmoigne qe come discorde et debat fuist entre les ditz Chauncellier et Uniuersite et Maire, burgeis et comunalte de ceo qe les avant ditz Chauncellier et Uniuersite chalengerent par un priuilege a eux grante par notre seignur le Roi qe ore est qe les ditz Chauncellier et Maire queux fuissent pur le temps eussent la garde pur le temps de lassaie des mesures et pois dedeintz la dite ville Doxenforde et ses suburbs, issint qe quant mestier seroit, ils aueroint la surueue des dites mesures et pois et les faux trouer[1] feissent ardre et destruire et altres loials et covenables en lieu de icelles deputer et assigner et auxint ceaux, qeux ils trouvereient par tieles mesures et pois faux avoir trespasse, facent punir come appartient a la lei et duement chastier, et en cas qe lavant dit Maire, a la requeste de dit Chancellier, ne voleit venir a parfere des choses susdites, qe adonqe le dit Chancellier nient attendant le dit Maire puroit seul fere ceo qe en fuist[2] a fere pur la garde de lassaie susdite; et les ditz Maire et burgeis cleiment la dite assaie des mesures et pois estre a eaux appurtenant pur ceo qe eaux et leur predecessours ount eu et usee celle assaie de[3] assise du tens dount

P. XIII. 1. July 12, 1348

[1] An error of the clerk for *trouez*.

[2] Not *ensuist*, as in *Mun. Ac.* Both this deed and the corresponding deed printed in the Appendix clearly read *fuist*.

[3] Not *et*, as in *Mun. Ac.*

memoire ne court pur ceo qe les ditz privileges, clameez par les ditz Chancellier et Uniuersite seroit en defesance de leur estat et greve dampniage de eaux, pur ceo qils sont chargeez a paier a notre seignur le Roi une grande ferme pur le dite vile et les assaies et assises des mesures et pois, forfaitures, punicementz et amerciementz sourdantz et avenantz de icelles ; finalment entre les ditz Chancellier et Uniuersite et Maire et burgeis et comunalte par assent est acorde qe outre lassaie et lassise de pain et de cervoise quex[1] al dit Chancellier et Uniuersite et au Maire fuist grante par aunciene priuilege eient le dit Chancellier ou son Commissaire oue lavantdit Maire ou son liu-tenant qe pur le tens sera, la survue des mesures, quart, potel, galon et busselle, & des alnes et des pois des chaundeiles de cire et des espices, issint qe quant et en quele hure mestier sera, les dites mesures et pois par un sergant de la ville et un bedel de la Uniuersite soient coilliez et portez a la Gildhall, devant les ditz Chauncellier ou son Commissaire et Maire ou son lieu-tenant et devant eaux soient par les quatre aldermans, treis, deus ou un de eaux assaiez et les bones par les ditz aldermans ou un de eaux enselez et les faux devant les ditz Chancellier ou son Commissaire et Mair ou son lieutenant trovez, soient par le jugement des ditz Chancellier ou son Commissaire et Mair ou son lieu-tenant et par les aldermans ou un de eaux ars et destruitz et les defautes entrez et par quatre burgeis jurez soient les trespas afferez et les amerciementz et forfaitures par les bailliffs de la ville iurez sanz fraude ou rien pardoner soient levez en eide de leur ferme susdite, forspris qe en evidence qe la dite surveue en la manere susdite est comune entre les ditz Chauncellier et Maire le disme dener des dites amerciementz et forfeitures surdantz et avenantz soit par le avantdit Chancellier ou son Commissaire done en eide des poueres en le hospital Seint Johan dehors la porte del Est de mesme la ville, a touz jours adurer. Et si par cas aveigne qe, quant soit avis au Chauncellier ou a son Commissaire qe mestier soit davoir la survue en la manere susdite, a la requeste mesme le Chancellier ou son Commissaire, lavantdit Maire ou altre de par lui depute ovesqe les quatre aldermans avantditz, treis, deux ou un de eaux, ne vueillent a les choses avantdistes estre entendantz, assentu est et accorde qe le dit Chancellier ou son Commissaire, nient attendant le dit Maire ou son liutenant ou aldermans, les dites mesures et pois par un bedel face coillier et porter a la Gildhall ou en altre place et illoeqes les face le dit Chancellier garder come en depos, tanqe les ditz Maire ou son lieu-tenant et aldermans a ceo soient

[1] *Sic.*

entendantz. Et en mesme la manere est assentu qe si le dit Chancellier ou son Commissaire a parfere les dites choses, a la requeste lavantdit Maire ou son lieutenant, quant soit avis qe mestier sera, ne vueillent estre entendantz, qil seul sanz eaux puise fere la prise des mesures et pois et la garde de icelles, come desus est dit du Chancellier, salve touz jours les avantages des amerciementz et forfeitures a les dites parties en la manere desus escripte. Ensement accorde est entre les avanditz Chancellier et Uniuersite et Maire, burgeis, et comunalte, qe si nul lais homme ou femme ou Escoler soit evidentment suspect de destourbance de la pees, come par manaces ou insidiis faites a asquns et ceo soit prove par deux tesmoignes jurez, devant le Chancellier ou son Commissaire, si celui issint accuse puis trover deux plegges lais hommes sufficiantz a respondre a la pees, soit il enpesche a suite de partie ou de office, qil ne soit constreint a fere altre obligacion des deners pur caucion de la pees; mes en cas qil ne puisse tiels plegges sufficiantz trover, adounqe soit il constreint par le dit Chauncellier ou son Commissaire a fere obligacion ou mettre aultre caucion solon leur avis comme ad este avant ces hures useez. Auxint accorde est et ordeine par vertue des submissions qe ceux de la ville Doxenforde soient ils en ville ou de hors puissent fere leur procuratours en toutes maneres de plees a suite de partie ou doffice deuant le Chancellier ou son Commissaire ou altres iuges deputez, forspris en cause de violence & en cause de destourbance de la pees, et en cause qe touche la Uniuersite come Uniuersite ou quant il est auis as Chancellier, son Commissaire ou altres iuges de la Uniuersite qils soient pur iuste cause personelment appeller. Item qe nule cession de accion soit done ne vendue as clerks ne as lais par voie de cession. En tesmoignance de queux choses toutes susdites les Chancellier & meistres del Uniuersite susdite al une partie de ceste endenture demorant vers le Maire, burgeis & la comunalte de la ville Doxenforde ount mis leur seal comun del Uniuersite susescript. Et les ditz Mair & burgeis al altre partie de celle endenture demorant vers le Chancellier & les meistres del dite Uniuersitee ount mis leur seal comun de la ville susdite. Et a greinure surete des premesses les dites parties lune & laltre endenture desusdite par Robert de Appelby de par lautorite lapostoile notar' public' de Souche escript' & par le signe de lui & la subscripcion ount fet estre publie & enseigne en tesmoignance des auantditz. Cestes choses furent fetes & finalment acordez entre les auantdites parties a Oxenforde dedeinz la eglise notre dame le douzisme iour del mois de Iuyl lan notre seignur mille, trescent

quarante & uyt, et lan du Roi Edward tiertz apres la conqueste dengleterre vint' secund', et de France noefisme.

Et ego Robertus de Appelby clericus Lincolniensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius premissis omnibus & singulis superius recitatis & modo quo premittitur inter partes predictas peractis una cum venerabilibus & discretis viris magistris Willelmo de Haukesworthe, reuerendi viri magistri Iohannis de Northwode cancellarii Uniuersitatis Oxonie tunc commissario in sua absencia generali, Willelmo de Heightilbury in theologia doctoribus, Galfrido le Scrope & Humfrido de Charleton, Thoma de Dalton & Iohanne de Lammeley in iure ciuili doctoribus, Thoma de Stretforde & Roberto Ingram tunc Uniuersitatis predicte procuratoribus, et Ricardo de Selwode ville Oxonie tunc maiore, Iohanne de Alston & Iohanne Peggy tunc balliuis, Iohanne de Berford & Iohanne Langrys clerico eiusdem ville & aliis testibus in premissis, loco, die, mense & anno supradictis, indiccione prima, pontificatus sanctissimi in Cristo patris & domini, domini Clementis diuina prouidencia pape sexti anno septimo presens interfui eaque sic fieri vidi & audiui, scripsi & in hanc publicam formam redegi ac signum meum apposui consuetum ad rogatum parcium predictarum in testimonium premissorum.[1]

95.

[Copy of the Charter of the Abbot of Eynsham, certified by the Chapter of Lincoln.]

P. XII. 6. Aug. 31, 1350

Nouerint uniuersi quod nos subdecanus & capitulum ecclesie beate Marie Lincoln', decano eiusdem absente, rimato registro in archiuis ecclesie Lincoln' residente ac cartis, litteris & munimentis in eisdem archiuis comperimus inter cetera quoddam scriptum siue cartam consignatam sigillis religiosorum virorum abbatis & conuentus de Eynesham sub cera uiridi eo qui sequitur tenore:—'Omnibus [&c. as in deed No. 4 . . .] capitulo.' Que quidem, testimonium perhibendum ueritati, significamus uniuersis per presentes sigillo nostro consignatas. Dat' in capitulo nostro Lincolniensi ultimo die mensis Augusti anno domini millesimo ccc^mo^ quinquagesimo.

[1] With the seal of the University. The deed therefore must have belonged to the Town. The endorsement is: 'Concordia inter Uniuersitatem & burgenses racione assise panis & ceruisie', but the deed deals with the assay of weights, not the assize of bread and ale.

96.

[The King grants that for five years writs shall be issued to arrest those whom the Chancellor has excommunicated, if their names are signified to the King's Chancellor.]

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Ut magistri & scolares Uniuersitatis nostre Oxonie suis studiis & scolasticis actibus vacent tranquillius & intendant & ipsi ac alii sub iurisdiccione Cancellarii dicte Uniuersitatis existentes eo vigilancius ab excessibus, offensis, contumaciis & iniuriis se abstineant committendis, quo commissa nouerint propinquius punienda, de gracia nostra speciali concessimus quod Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit a die confeccionis presencium usque ad decimum diem Nouembris proximo futuri & extunc per quinquennium proximo sequens continue numerandum per litteras suas patentes Cancellario nostro Anglie pro tempore existenti significare possit & certificare de nominibus singulorum de iurisdiccione prefati Cancellarii Oxonie qui maioris excommunicacionis vinculo fuerint innodati et quod dictus Cancellarius noster Anglie, qui fuerit pro tempore, breuia nostra in Cancellaria nostra fieri & sub magno sigillo nostro consignari faciat pro capcione illorum de iurisdiccione predicta qui sic per dictum Cancellarium Oxonie fuerint excommunicati & per quadraginta dies perseuerauerint in eadem, ad significacionem siue certificacionem ipsius Cancellarii Oxonie supradictam, prout ad significacionem & certificacionem episcoporum Anglie prefato Cancellario Anglie faciendam de excommunicatis auctoritate ipsorum episcoporum huiusmodi capiendis fit & fieri consueuit. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes per tempus predictum duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium vi die Februarii anno regni nostri Anglie vicesimo sexto, regni vero nostri Francie terciodecimo.[1]

N. 15. Feb. 6, 1352

Per ipsum regem & peticionem de parliamento.

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 26 Ed. III, part I, memb. 24. The endorsement is: 'Significauit pro excommunicatis capiendis'. This was the title of the writ issued by the Chancery of which the deed makes mention.

97.

[The King takes into his protection the University and the clergy, secular and monastic, who reside in Oxford.]

N. 26. Mar. 5, 1355

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie uniuersis & singulis uicecomitibus, maioribus, balliuis, ministris & aliis fidelibus suis tam infra libertates quam extra ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum, occasione dissensionum & contencionum inter scolares Uniuersitatis Oxonie & laicos eiusdem ville iam nouiter subortarum, quamplures scolares ab uniuersitate se retraxerint & nonnulli in eadem villa pro timore laicorum latitent in abscondito & etiam dicti laici tam scolaribus in diuersis collegiis dicte Uniuersitatis ac fratribus & aliis religiosis quam capellanis in dicta villa commorantibus, pro eo quod a celebracione diuinorum in presencia eorundem laicorum durante huiusmodi turbacione & interdicto in eadem villa ea de causa interposito iuxta priuilegia dicte Uniuersitatis a summis pontificibus indulta & censuras inde latas cessant, grauiter comminentur & eisdem scolaribus, religiosis & capellanis ea de causa dampna quamplurima inferant, unde plurimum conturbamur; Nos volentes Uniuersitatem predictam, a qua clerici fructuosi & de sciencia famosi pro direccione rei publice ante hec tempora sunt extracti, in villa predicta manutenere & securitati & quieti tam doctorum, magistrorum, & scolarium quam religiosorum & aliorum capellanorum in collegiis & alibi in eadem villa commorancium & ad eandem confluencium prouidere & ipsos a violenciis, grauaminibus, & iniuriis preseruare, suscepimus eosdem doctores, magistros, scolares, religiosos & capellanos ac eorum singulos, necnon ministros & seruientes suos infra dictam villam Oxonie & extra, ubicumque infra dictum regnum nostrum fuerint, in proteccionem & defensionem nostram specialem, omnibus & singulis inhibentes ne quis sub forisfactura vite & membrorum ac omnium aliorum que nobis forisfacere poterunt dictis doctoribus, magistris, scolaribus, religiosis & capellanis aut eorum ministris & seruientibus, ubicumque infra dictum regnum nostrum Anglie fuerint in personis aut rebus suis dampnum faciant aut grauamen. Et ideo vobis mandamus quod predictos doctores, magistros, scolares, religiosos, capellanos & ministros ac seruientes suos ubicumque infra dictum regnum nostrum fuerint manuteneatis, protegatis & defendatis, non inferentes aut inferri permittentes eis vel eorum alicui iniuriam, molestiam, violenciam, dampnum aliquod seu grauamen. Et si quid

eis vel eorum alicui forisfactum vel iniuriatum fuerit, id eis sine dilacione corrigi & debite reformari faciatis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes, quamdiu nobis placuerit duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium quinto die Marcii, anno regni nostri Anglie vicesimo nono, regni vero Francie sexto-decimo.[1] Well'

Per ipsum regem. dupp'

98.

[Letters Patent restoring to the University its privileges, and remitting to its members any offences of which they were accused in connexion with the late outbreak.]

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum inter magistros & scolares Uniuersitatis Oxonie et homines eiusdem ville sint[2] grauis & dolenda nimis turbacionis exorta materia & homicidia, depredaciones, incendia, transgressiones & alia facinora perpetrata, sicque scolares tam alienigene quam indigene studentes ibidem propter illatas eis iniurias & seuicias dictum locum deserentes in dispersionem abierint & sic Uniuersitas illa que tanquam fecundissima vinea multos in ecclesia dei produxit palmites fructuosos iam deficientibus ipsius cultoribus sterilis efficitur & velut ficus fatua sine fructu, ac tam Cancellarius, magistri & scolares dicte Uniuersitatis quam maior, balliui & communitas ville predicte, desiderantes debatum huiusmodi pro utilitate rei publice per nos celeriter & misericorditer reformari, se & bona sua, iurisdicciones, libertates, priuilegia & immunitates eis per nos & progenitores nostros concessa vel per eos aliquo tempore usitata simpliciter submiserint, nobis humiliter supplicantes ut dictas submissiones admittere & super hiis ordinare pro voluntatis nostre beneplacito dignaremur; Nos de dicte turbacionis reformacione & ipsius Uniuersitatis redintegracione merito soliciti, ad supplicacionem Cancellarii, magistrorum & scolarium ac maioris, balliuorum & communitatis predictorum predictas submissiones admisimus & iuxta submissiones illas totum dictum

N. 6. May 20, 1355

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 29 Ed. III, part 1, memb. 6. The endorsement is: 'Noua protecio domini regis E. tercii'.

[2] *sit* in 6 B.

debatum & omnia iurisdicciones, libertates, priuilegia & immunitates predicta cepimus in manum nostram; et ut scolaribus & eorum seruientibus ad dictam Uniuersitatem, omni timore subducto, securior pateat aditus & regressus, suscepimus omnes & singulos ibidem studere & proficere volentes, tam illos qui abinde racione turbacionis predicte recesserunt quam alios qui ad Uniuersitatem predictam causa studendi & proficiendi accedere voluerint & eorum seruientes in proteccionem & defensionem nostras speciales; & ulterius de gracia nostra speciali & ex mero motu nostro ac pro bono publico ne aliquis magister, scolaris seu alius dicere vel pretendere poterit ipsum ad Uniuersitatem predictam timore turbacionis predicte accedere non audere, pro maiori securitate eorundem tam ex plenitudine potestatis regie quam virtute submissionum predictarum perdonauimus omnibus & singulis magistris, scolaribus & eorum seruientibus omnimoda felonias, roberias, homicidia, incendia, transgressiones & alia facinora per ipsos uel eorum aliquem in turbacione predicta perpetrata, unde iam ad sectam nostram vel aliorum indictati vel rettati sunt aut indictari vel rettari poterunt in futurum, ac eciam utlagarias si que in ipsos aut eorum aliquem occasionibus predictis promulgate fuerint, & firmam pacem nostram eis inde concedimus, nolentes quod ipsi Cancellarius, magistri, scolares aut eorum seruientes vel ipsorum aliquis ad sectam nostram vel aliorum pro feloniis, roberiis, homicidiis, incendiis, transgressionibus aut aliis facinoribus predictis occasionentur, impetantur, molestentur in aliquo seu grauentur. Ad hec ex uberiori dono gracie restituimus dictis Cancellario, magistris, & scolaribus omnimoda iurisdicciones, libertates, priuilegia & immunitates sic in manum nostram capta, habenda adeo libere & integre sicut ea habuerunt & inde usi & gauisi fuerunt ante turbacionem, submissiones, & capcionem supradictas. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xx die Maii anno regni nostri Anglie vicesimo nono, regni vero nostri Francie sextodecimo.[1]

[1] There are two copies of this deed, 6 A and 6 B; No. 6 A ends: 'per ipsum regem & consilium. Woll''; it has the royal seal, white wax, attached by a tag of parchment; No. 6 B ends: 'per ipsum regem & consilium; duppl'; Wynt''; it has the royal seal, green wax, attached by silk strings red and green. This is on the Patent Roll of 29 Ed. III, part 2, memb. 26.

99.

[A letter to the University desiring that lectures should be resumed, and promising to take steps for the peace and honour of the University.]

Edwardus dei gracia, rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis sibi Cancellario & magistris ac scolaribus Uniuersitatis Oxonie salutem. Audito pridem dampnoso dissidio inter vos & laicos dicte ville suscitato, nos videntes & dolentes ipsam Uniuersitatem velud nauem in mari procellis expositam periculosissime fluctuantem, ne mergeretur vel dispergeretur erigere disposuimus manum nostram; & demum quia tam pars vestra quam maior & communitas dicte ville ordinacioni nostre se, libertates & priuilegia sua propter hoc in omnibus humiliter submiserunt, nos dictas submissiones admittentes, quia tunc ad plenum super hiis ordinare nequiuimus, negociis arduis prepediti, saltim que tunc pro redintegracione ipsius Uniuersitatis videbantur necessaria fecimus graciose, videlicet restituendo vobis omnia libertates & priuilegia & alia iura vestra in manum nostram existencia ex hac causa, & cartam generalem perdonacionis de feloniis & transgressionibus quibuscumque, occasione dicte turbacionis prouenientibus, omnibus & singulis magistris, scolaribus Uniuersitatis predicte & eorum seruientibus concedendo, ipsam Uniuersitatem in proteccionem & defensionem nostram specialem admittendo, prout in litteris & cartis inde confectis plenius continetur. Set quia super refusione dampnorum scolaribus illatorum ac securitate ibidem studere volencium per dictos laicos facienda esse non creditis ordinatum, vos magistri lecciones vestras resumere & ibidem actus scolasticos excercere metu statutorum ipsius Uniuersitatis iuratorum, ut pretenditis, non potestis. Ad ammouendum huiusmodi vestre consciencie scrupulum, vestre volumus patere noticie quod tam super hiis quam super aliis profectum, quietem & honorem ipsius Uniuersitatis concernentibus grossam saltim materiam ordinauimus que propter occupaciones varias quibus inuoluimur hiis diebus in formam congruam redigi non poterat ex arupto [*sic*], set id faciemus fieri per dei graciam infra breue. Et ideo corditer vos rogamus quatinus ad honorem dei & pro bono publico lecciones vestras & actus scolasticos ibidem consuetos resumere ulterius non tardetis, scientes quod quanto prompcius & humilius hec feceritis tanto regalem munificenciam inuenietis erga vos sicut condecet

N. 19. June 11, 1355

excrescentem. Teste me ipso apud Westmonasterium xi die Iunii anno regni nostri Anglie vicesimo nono, regni vero nostri Francie sextodecimo.[1]

100.

[A Charter of new privileges to the University.]

N. 5. June 27, 1355

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, ministris & omnibus balliuis & fidelibus suis salutem. Inter cetera per que regnancium & regnorum exaltacio procuratur ac subsidorum consuitur commodis & quieti, illud videtur attenta consideracione precipuum ut in ipsorum regnorum regimine potencia & sapiencia, que de fluvio literalis sciencie potissime deriuatur [*sic*] sua communicent officia & mutuo se supportent; nam potestas militaris nisi fuerit per sapienciam regulata, de facili deuiat & velut nauis sine gubernaculo procellis exposita cito perit, et visum est communiter accidere quod ubi studium scienciarum liberalium plus inualuit, illuc floruit eminencius milicia secularis, & abcedente huiusmodi studio milicie strenuitas est secuta. Sane cum Uniuersitas Oxonie velut fons & alueus huiusmodi studii precipuus rore sciencie literalis regnum nostrum Anglie eminentissime resperserit & sicut vitis habundans multos in vinea domini produxerit palmites fructuosos, viros videlicet literatissimos, per quod tam ipsum regnum quam eius sacerdocium decoratum est & multipliciter roboratum; Nos qui consideracione premissa quietem & incrementum ipsius Uniuersitatis corditer appetimus, audita periculosa discordia nuper inter scolares ipsius Uniuersitatis & homines dicte ville suscitata & intellectis homicidiis, incendiis, depredationibus & malis aliis ibi factis, dolentes fuimus nimium & turbati, videntes ipsam Uniuersitatem peculiarem dicti regni thesaurum & super aurum & thopasion preciosum miserabiliter desolatam ac subuersioni patenter expositam, si contra cuntos culpabiles facta fuisset prosecucio rigorosa, & prouide volentes parcere multitudini, seueritati prout expedit detrahendo, ut sic ipsam Uniuersitatem redintegrare & super ipsius quiete perpetua possimus melius & securius per dei graciam ordinare; quia tam Cancellarius & scolares ipsius Uniuersitatis quam maior & communitas dicte ville super omnibus sic mutuo perpetratis & eorum reformacione ac dampnorum

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Close Roll of 29 Ed. III, memb. 23*d*. The endorsement is: 'Littera regis ad resumendum post bellum, Uniuersitati directa'.

refusione se, bona sua, iurisdicciones ac iura, libertates & priuilegia eis per progenitores nostros & nos concessa vel per eos usitata, disposicioni nostre & voluntati simpliciter submiserant, nobis humiliter supplicantes ut super hiis ordinare iuxta nostri beneplacitum dignaremur, dictas submissiones admisimus & iuxta vim & effectum earundem cepimus in manum nostram dictam discordiam & omnia iurisdicciones, libertates & priuilegia tam Cancellario, magistris & scolaribus ipsius Uniuersitatis quam maiori, balliuis & hominibus dicte ville per progenitores nostros & nos concessa per eos in preterito usitata, ac eciam composiciones & omnia alia in dictis submissionibus plenius expressata, prohibentes sub graui forisfactura nostra ne de cetero mutuo se inuadant, set ab omnibus cessent iniuriis, contumeliis atque brigis; & ad reuocandum dispersos & assecurandum alios illuc venire volentes ordinauimus & mero motu nostro concessimus pro nobis & heredibus nostris quod omnes & singuli ibidem studere volentes tam illi qui racione dicte turbacionis recesserant quam alii illuc secure possint accedere & morari, quos omnes & singulos in proteccionem & defensionem nostras suscepimus speciales. Et ut dictis scolaribus & eorum seruientibus securior ad dictam Uniuersitatem pateat regressus & aditus, perdonauimus de gracia nostra speciali & ex plenitudine potestatis regie ac pro bono publico omnibus & singulis magistris & scolaribus & eorum seruientibus omnimodas felonias, roberias, incendia & transgressiones per ipsos vel eorum aliquem in turbacione predicta perpetrata & firmam pacem nostram eis inde concessimus, nolentes quod ipsi magistri, scolares vel eorum seruientes ad sectam nostram uel aliorum pro dictis feloniis, roberiis, incendiis & transgressionibus impetantur, molestentur in aliquo seu grauentur. Ad hec de gracia nostra supradicta restituimus dictis Cancellario, magistris & scolaribus omnia iurisdicciones, iura, libertates & priuilegia sic in manum nostram capta, ita quod eis & eorum singulis utantur & gaudeant, prout ante turbacionem & capcionem predictas usi sunt pariter & gauisi. Item cum in Uniuersitate predicta graues discordie pluries sint exorte ex eo quod Cancellarius ipsius Uniuersitatis & maior dicte ville, qui iuxta concessionem nostram super hoc eis factam debuerant assisam panis & ceruisie communiter custodire, super punicione in hac parte facienda maxime propter maliciam laicorum venditorum dictorum victualium, querencium in communi dispendio lucra sua, non poterant faciliter consentire, nos discordiis huiusmodi que ex communione tali prouenire poterunt volentes ut expedit obuiare,[1] virtute submissionis predicte

[1] This word is wanting in No. 5 c.

ordinamus & concedimus pro nobis & heredibus nostris & hac carta nostra confirmamus quod Cancellarius ipsius Uniuersitatis & successores sui & eorum vices gerentes soli & insolidum imperpetuum in villa Oxonie & suburbiis eiusdem habeant custodiam assise panis, vini & ceruisie ac correccionem & punicionem eiusdem cum finibus, amerciamentis & proficius aliis prouenientibus in hac parte, reddendo nobis & heredibus nostris centum solidos annuatim, videlicet quinquaginta solidos ad scaccarium nostrum sancti Michaelis & quinquaginta solidos ad scaccarium nostrum Pasche. Concedimus eciam quod Cancellarius solus & insolidum ac successores sui vel eorum vices gerentes imperpetuum habeant custodiam assise & assaie ac superuisum mensurarum & ponderum in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem; ita quod ipse Cancellarius vel eius vices gerens quociens opus fuerit dicta mensuras & pondera superuideat & ea que falsa inuenerit comburi & destrui faciat & alia legalia & iusta deputet & consignari faciat, necnon transgressores quos in hac parte inuenerit debite puniat & castiget, ita tamen quod forisfacture & alia proficua inde proueniencia liberentur per extractas per dictum Cancellarium faciendas maiori & balliuis dicte ville leuanda per eos in auxilium firme sue ville predicte, si & prout hactenus est optentum. Item concedimus eidem Uniuersitati quod Cancellarius eiusdem qui nunc est & successores sui vel eorum vices gerentes imperpetuum soli & insolidum habeant potestatem inquirendi & cognoscendi de forstallatoribus & regratariis, carnibus & piscibus putridis, viciosis & alias incompetentibus in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem & super hiis punicionem debitam faciendi, sic tamen quod forisfacture & amerciamenta inde proueniencia per ipsum Cancellarium adiudicentur & hospitali nostro sancti Iohannis dicte ville liberentur prout est fieri consuetum; et licet maior, balliui, aldermanni seu alii homines dicte ville & suburbiorum eiusdem de premissis non debeant se intromittere, volumus tamen & mandamus quod super hiis omnibus & singulis Cancellarius dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit pareant humiliter & intendant. Item ad terrorem & vindictam malorum ac securitatem & solacium bonorum ibidem proficiencium ordinamus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quod Cancellarius dicte Uniuersitatis, qui pro tempore fuerit, scolares & laicos ibidem contra statuta Uniuersitatis arma portantes & delinquentes per incarceracionem & alias castigare debite valeat & punire & arma que sic contra dicta statuta portata fuerint, ut sibi commissa & forisfacta modo consueto petere, capere & habere, ac huiusmodi delinquentes obstinatos seu rebelles coram dicto Cancellario in casibus ad cogni-

cionem suam spectantibus comparere & iuri stare non curantes a dictis Uniuersitate & villa bannire & alias contra eos per censuras ecclesiasticas procedere prout in casibus huiusmodi consuetum est fieri temporibus retroactis. Item cum ad dictam Uniuersitatem, ad quam tam nobilium quam popularium alienigenarum & indigenarum multitudo confluit, deceant mundicia & honestas, volumus quod carerie & vici dicte ville & suburbiorum eiusdem a fimis, sordibus & fetoribus mundi conseruentur & honeste,[1] amotis truncis, lignis & aliis pro transitu libero, honestate & mundicia nocituris, & quod pauimenta dicte ville & suburbiorum eiusdem semper cum & ubi opus fuerit congrue reparentur, & quod Cancellarius dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit & eius vices gerens ad hoc homines dicte ville & suburbiorum eiusdem & alios quibus incumbit, quos eidem Cancellario & eius vices gerenti parere volumus in hac parte, possit per censuras ecclesiasticas compellere absque proficuo suis usibus applicando; & quod prohibicio nostra seu heredum nostrorum, si contra premissa facta fuerit, vires non habeat nec effectum. Item cum laici plerumque sicut scolaribus sic & eorum seruientibus sint infesti, ordinamus, concedimus & hac carta nostra confirmamus pro nobis & heredibus nostris quod cum ministri dicte Uniuersitatis & seruientes clericorum ad quotam aliquam soluendam de bonis suis in villa predicta & suburbiis eiusdem assidendi fuerint vel taxandi, Cancellarius dicte Uniuersitatis vel eius vices gerens & non maior seu homines dicte ville dictos ministros & scolarium seruientes, videlicet familiares, scriptores, aluminatores [*sic*], pergamentarios ad quotas huiusmodi fideliter & racionabiliter, prout alii homines dicte ville & suburbiorum eiusdem assessi fuerint, iuxta quantitatem bonorum suorum taxabilium imperpetuum assideant atque taxent, & pecuniam sic assessam per ministros suos leuari faciant, maiori & balliuis dicte ville per indenturam liberand*am*; et si homines dicte ville de taxacione per dictum Cancellarium male facta conquesti fuerint, super hoc per ministros nostros celeriter inquiratur & defectus qui repertus fuerit debite corrigatur. Volumus autem & concedimus quod Cancellarii Uniuersitatis predicte qui pro tempore erunt & eorum vices gerentes premissis omnibus & singulis eis in forma predicta concessis plene, libere & integre gaudeant & utantur iuxta formam ordinacionum & concessionum predictarum, non obstantibus priuilegiis, libertatibus, consuetudinibus seu composicionibus contrariis quibuscumque. Item volentes indempnitati prospicere scolarium qui fuerunt in dicta turbacione de bonis suis depredati qui forsan timore irregu-

[1] One copy reads *honesti*.

laritatis non audent prosequi criminaliter contra depredatores huiusmodi pro recuperacione bonorum suorum sic furto vel vi ablatorum, concessimus de gracia nostra speciali pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est omnibus & singulis magistris & scolaribus dicte Uniuersitatis & eorum seruientibus qui in dicta turbacione bona sua sic furto vel vi amiserunt, quod ipsi vel Cancellarius vel procuratores dicte Uniuersitatis eorum nomine absque inquietacione vel molestacione nostri vel heredum nostrorum seu ministrorum quorumcumque bona sic furta vel depredata a dictis furibus seu depredatoribus vel aliis quibuscumque ad quorum manus huiusmodi res peruenerint licite recipere & tenere possint, licet contra dictos fures vel raptores ad penam sanguinis non fuerint prosecuti. Item ad maiorem securitatem & quietem studencium in Uniuersitate predicta pro perpetuo ordinamus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quod quilibet vicecomes Oxonie qui pro tempore erit in receptione commissionis sue iuramentum prestet corporale quod magistros & scolares Uniuersitatis Oxonie & eorum seruientes pro viribus ab iniuriis & violenciis proteget & defendet & pacem in Uniuersitate predicta quantum in ipso est faciet conseruari, prefatisque Cancellario & scolaribus ad puniendum perturbatores pacis ibidem iuxta priuilegia & statuta Uniuersitatis predicte semper cum opus fuerit prestabit consilium & iuuamen & ad priuilegia, libertates & consuetudines dicte Uniuersitatis defendenda pro viribus opem feret, & quod a subuicecomite suo & aliis ministris suis in comitatu predicto statim cum post susceptum officium ad castrum vel villam Oxonie declinauerit in presencia alicuius ex parte Uniuersitatis ad hoc deputandi consimile recipiet iuramentum, ad quod ipsos ministros per eundem vicecomitem compelli volumus & artari. Hanc eciam formam iurandi volumus exnunc addi forme iuramenti vicecomitis dicti loci in recepcione commissionis sue prestari consueti. Ceterum quia super penis pro securiori conseruacione pacis ipsius Uniuersitatis statuendis ac super aliis, que iuxta submissiones predictas ad perpetuam premissorum memoriam pie per dei graciam facere proponimus, iam ordinare non possumus variis & arduis negociis prepediti, ordinacionem huiusmodi nobis specialiter reseruamus. Hiis testibus venerabilibus patribus Iohanne archiepiscopo Ebor' Anglie primate Cancellario nostro, Willelmo Wynton' episcopo thesaurario nostro, magistro Michaele de Northburgh' electo Londoniensi confirmato, Henrico duce Lancastrie, Willelmo de Bohun Northampton', Ricardo Arundell', Thoma de Bello Campo Warre*uick'*, Rogero March', Willelmo Sarr', Iohanne de Veer Oxon' comitibus, Galfrido de Say &

Iohanne de Grey de Rotherfeld senescallo hospicii nostri & aliis. Dat' per manum nostram apud Turrim London' vicesimo septimo die Iunii anno regni nostri Anglie vicesimo nono regni vero nostri Francie sextodecimo.[1]

IOI.

[A writ to the Chancellor and Scholars of the University that they should treat with the Mayor and Bailiffs about coming to a settlement concerning the injuries inflicted by either side during the recent outbreak.]

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis sibi Cancellario & scolaribus Uniuersitatis Oxonie salutem. Cum maior & balliui ville Oxonie adiu coram nobis & consilio nostro prosecuti fuerint & nobis ex parte sua ac tocius communitatis eiusdem humiliter supplicauerint ut finalem exitum super debatis & discordiis pridem inter vos & alios de dicta communitate suscitatis & dampnis hinc & inde datis unde tam vos quam dicti maior & balliui pro se & dicta communitate nostre ordinacioni submisistis apponi faciamus, et quia nobis & dicto consilio nostro videtur quod melius expediret dictum negocium iuxta mutuum tractatum & consensum inter vos habendos, si amicabiliter fieri posset, ad certum deduci effectum quam si per disposicionem nostram terminaretur, vobis igitur mandamus quatinus cum eisdem maiore & balliuis super refusione & satisfaccione dampnorum vobis per dictam communitatem sic datorum quatenus bono modo poteritis effectualiter pertractetis, et cum id feceritis nos inde ac de eo quod super hoc faciendum decreueritis reddatis in Cancellariam nostram ad cicius quo poteritis cerciores, hoc breue nobis remittentes. Teste me ipso apud Westmonasterium VIII die Iulii anno regni nostri Anglie vicesimo nono, regni vero nostri Francie sextodecimo.[2]

N. 40. July 8, 1355

Per consilium. Wynt'

[1] There are three copies of this deed, 5 A, 5 B, and 5 C. They all have the royal seal, green wax, attached by silk strings, green and red. Nos. 5 A and 5 C ends: 'per ipsum regem : duppl'; Wynt'; the other omits the word 'duppl'. In No. 5 A, wherever the phrase 'town and suburbs' occurs, the word *suburbs* is added above the line. It therefore seems that 5 C is a fair copy of 5 A. This is on the Charter Roll of 29 Ed. III, memb. 2.

[2] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. On the end of the strip is written : 'Cancellario & scolaribus Uniuersitatis Oxonie pro [*sic*]'. I do not find this on the Close Roll. It may be observed that this writ was not returned to the king, as directed; perhaps it was enough to return a copy.

102.

[The terms of peace between the Town and the University.]

N. 13. July 24, 1355

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus quandam ordinacionem in rotulis Cancellarie nostre irrotulatam in hec uerba :—memorandum quod die Veneris in festo sancti Kenelmi regis & martiris videlicet decimo septimo die Iulii anno regni domini E. regis Anglie & Francie, Anglie videlicet vicesimo nono & Francie sextodecimo, magister Humfridus de Cherletone sacre theologie professor & Iohannes de Carletone iunior legum doctor ex parte Uniuersitatis Oxonie & Iohannes de sancta Frideswida maior, Iohannes de Bedeforde & Iohannes de Nortone burgenses dicte ville Oxonie ex parte communitatis eiusdem ville coram consilio domini regis apud Westmonasterium in camera consilii iuxta scaccarium comparentes dixerunt magistros & scolares Uniuersitatis predicte et homines eiusdem ville super satisfaccione dampnorum prefatis magistris & scolaribus per homines dicte communitatis in ultimo conflictu siue turbacione apud dictam villam Oxonie habito, ut in domibus fractis & combustis & libris & aliis bonis & rebus ipsorum magistrorum & scolarium per homines communitatis predicte & eis adherentes captis & asportatis & aliis transgressionibus eisdem magistris & scolaribus in personis suis illatis tractatum apud Oxoniam iuxta mandatum regium adinuicem habuisse, set concordare non potuisse, dictis maiore, Iohanne de Bedeforde & Iohanne de Nortone affirmantibus summam per dictos magistros & scolares petitam esse eis importabilem, licet considerata facti qualitate videbatur eisdem magistris & scolaribus esse nimis exilis, super quo supplicarunt eidem consilio ut iuxta submissiones per utramque partem eidem domino regi & consilio suo factas super premissis ordinaret, idem vero consilium habita consideracione ad depressionem dicte ville cui pretextu dicte turbacionis subiacebat & proinde volentes micius agere cum eadem, virtute submissionum predictarum ordinauit quod homines communitatis predicte, Iohanne de Bereforde in prisona domini regis existente & Roberto Lardyner dumtaxat exceptis, magistris & scolaribus in dicto conflictu siue turbacione dampnificatis pro reformacione iniurie & emendacione dampnorum suorum predictorum, exceptis morte & mahemio, ducentas & quinquaginta libras ultra bona & catalla

sua sic capta & ablata eis restituta & restituenda soluere teneantur, que quidem ducente & quinquaginta libre inter homines communitatis ville predicte & suburbii eiusdem qui in hac parte deliquerunt habita consideracione tam ad quantitatem & modum delicti cuiuslibet eorundem quam ad quantitatem facultatum suarum, predictis Iohanne de Bereforde & Roberto exceptis, racionabiliter apporcionentur; et si dicta summa integre de dictis delinquentibus propter eorum inopiam leuari non poterit, tunc id quod inde defuerit per ceteros de communitate predicta iuxta debitam apporcionacionem inter eos faciendam soluatur & de eis leuetur & tota illa pecunie summa Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis predicte liberetur, inter dictos dampnificatos iuxta bonam deliberacionem peritorum Uniuersitatis predicte distribuenda; et super hoc iniunctum est per dictum consilium prefatis maiori, Iohanni de Bedeforde & Iohanni de Nortone quod statim dictam villam Oxonie adeant & dictam pecuniam sic adiudicatam soluant vel faciant securitatem prefatis Cancellario, magistris & scolaribus ante diem Lune proximo post festum sancti Iacobi apostoli proximo futuri de solucione dictarum ducentarum & quinquaginta librarum certis terminis, prout inter partes predictas concordari poterit facienda, & eo pretextu predicti Iohannes de Bedeforde & Iohannes de Nortone a prisona marescalcie domini regis in qua occasione conflictus predicti detinentur ad supplicacionem predictorum Humfridi & Iohannis de Carletone in ballium prefato maiori & Roberto Menk' & Iohanni Dymmok' usque ad proximam sessionem iusticiariorum domini regis ad omnes felonias & transgressiones in conflictu predicto perpetratas audiendas & terminandas assignatorum dimittuntur sub tali condicione quod solucio vel securitas solucionis pecunie predicte fiat in forma predicta, alioquin corpora eorundem Iohannis de Bedeforde & Iohannis de Nortone prisone predicte citra tercium diem post festum sancti Petri ad Vincula proximo sequens restituantur in forma qua prius ibidem detinebantur moratura. Ordinatum est etiam per dictum consilium de assensu predictorum Humfridi & Iohannis de Carletone quod omnes & singuli de dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem de feloniis & transgressionibus predictis indictati vel rettati qui se prisone nostre ad standum iuri reddere voluerint & etiam omnes alii qui ea occasione sunt incarcerati, quos predicti Humfridus & Iohannes de Carletone nominauerint, exceptis Iohanne de Bereforde & Roberto Lardyner, personis sufficientibus qui eos corpus pro corpore & sub periculo quod incumbit manucapere voluerint de habendo corpora eorum coram prefatis iusticiariis ad sessiones suas predictas ad standum

iuri in forma predicta in ballium absque aliquo ab eis capiendo dimittantur, & quod omnia bona & catalla a prefatis magistris & scolaribus in conflictu predicto per homines de dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem capta & ablata in quorumcumque manibus & in quibuscumque locis infra eadem villam & suburbia per inquisiciones aut informaciones seu alio modo inueniri poterunt prefato Cancellario & procuratoribus dicte Uniuersitatis liberentur, illis quorum fuerint restituenda, et quod nec maior, balliui seu communitas ville predicte nec alii pro retradicione, liberacione vel restitucione dictorum bonorum prefatis Cancellario & procuratoribus facienda in forma predicta nec dicti Cancellarius seu procuratores aut magistri & scolares pro recepcione eorundem bonorum & catallorum indictentur, impetantur, molestentur seu grauentur aliqualiter in futurum. Nos autem ordinacionem predictam ad requisicionem Cancellarii, magistrorum & scolarium Uniuersitatis predicte tenore presencium duximus exemplificandam. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes ; teste me ipso apud Westmonasterium xxiiii die Iulii anno regni nostri Anglie vicesimo nono, regni vero nostri Francie sexto-decimo.[1] Well'

103.

[A writ to the mayor and bailiffs that strangers should be allowed to sell freely all food, wine, and merchandise in Oxford.]

N. 41. July 28, 1355

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie maiori & balliuis ville sue Oxonie salutem. Cum in statuto apud Westmonasterium anno regni nostri Anglie vicesimo quinto inter cetera contineatur quod quilibet mercator & alius cuiuscumque condicionis fuerit tam alienigena quam indigena qui vina, carnes, piscem & alia genera victualium seu mercandisas ad ciuitatem nostram London' vel ad alias ciuitates, burgos, bonas [*sic*] villas in regno nostro Anglie vel ad portus maris duci fecerit, ea libere & absque calumpnia aut impeticione alicuius vendere possit in grosso vel in retallia aut per percellas pro voluntate sua cuicumque ea emere volenti quacumque

[1] The seal, which must have been on a strip of the deed, is missing. This is not on the Patent Roll, but the Memorandum of which this is an inspeximus is on the Close Roll of 29 Ed. III, memb. 17. The endorsement on the deed is : 'Iudicium datum per regem & consilium super emendis per laicos Oxonie scolaribus faciendis'.

libertate, consuetudine usitata aut alia re in contrarium facta non obstantibus; Nos volentes statutum predictum in omnibus & singulis suis articulis firmiter obseruari vobis mandamus quod omnes & singulos mercatores & alios vina, carnes, pisces seu alia genera victualium vel mercandisas ad dictam villam deferentes eadem victualia & mercandisas in eadem villa in retallia vel per parcellas pro voluntate sua libere vendere permittatis iuxta formam statuti predicti absque impedimento, impeticione seu calumpnia eisdem mercatoribus inferenda. Teste me ipso apud Westmonasterium xxviii die Iulii anno regni nostri Anglie vicesimo nono, regni vero nostri Francie sextodecimo.[1]

Wynt'

104.

[An Inspeximus of the agreement between the University and Richard Dammory about the privileges of the University in Northgate Hundred.]

Edwardus, dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus duas litteras patentes indentatas sigillo communi Uniuersitatis Oxonie ac sigillo dilecti & fidelis nostri Ricardi Dammory alternatim appositis consignatas unius tenoris & continencie subsequentis:—Hec indentura testatur quod cum inter Cancellarium, magistros & scolares Uniuersitatis Oxonie ex una parte & dominum Ricardum Damory militem, filium et heredem domini Ricardi Damory militis defuncti, tenentem de domino rege ad feodifirmam hundredum extra portam borealem Oxonie ex altera, diuersa exacciones & clamea mota fuissent super iurisdiccione, libertatibus et priuilegiis ex alterutra parte in dicto hundredo clamatis, videlicet super hoc quod dominus Ricardus clamat ibidem habere assaiam & assisam panis, vini et ceruisie fracte [*sic*] de omnibus tenentibus & residentibus infra hundredum illud, ac emendas de punicionibus & correccionibus dicte assise fracte prouenientes leuare & percipere se consueuisse, ac etiam clamat habere cogniciones placitorum in curiis suis ibidem de omnibus infra procinctum hundredi illius emergentibus & ad illud pertinentibus, necnon amerciamenta ac alia proficua de huiusmodi placitis proueniencia, absque ullo

N. 7. July 16, 1356

July 12, 1356

[1] With a small fragment of a seal, white wax, on a strip of the deed. At the end of the strip is the direction: 'Maiori & ballinis ville Oxonie pro rege de statuto obseruando'. The endorsement is: 'Littera E. quod omnes possint uendere uictualia'. This is not on the Close Roll.

impedimento; et super iurisdiccione, libertatibus & priuilegiis que dicti Cancellarius, magistri & scolares clamant habere in dicto hundredo siue suburbio extra portam borealem Oxonie, videlicet quod dicti Cancellarius, magistri & scolares clamant integram iurisdiccionem & equalem in dicto hundredo siue suburbio, sicut alibi in villa Oxonie & aliis suburbiis eiusdem; ac eciam quod dicti Cancellarius, magistri & scolares clamant habere in dicto hundredo siue suburbio inquisicionem, correccionem, cohercionem et punicionem perturbatorum pacis & delinquentium contra statuta, consuetudines, libertates & priuilegia ipsius Uniuersitatis per incarceracionem, bannicionem, censuras ecclesiasticas, & aliis modis fieri consuetis infra villam & alia suburbia eiusdem; et similiter quod dictus Cancellarius nomine Uniuersitatis in dicto hundredo siue suburbio clamat habere cogniciones omnium causarum, contractuum et placitorum rerum mobilium, iniuriarum et transgressionum ubi clericus vel alius de iurisdiccione Uniuersitatis fuerit una parcium, deductis placitis de morte uel mahemio; et insuper quod dicti Cancellarius, magistri & scolares clamant habere in dicto hundredo siue suburbio cognicionem, correccionem, uel punicionem forstallatorum & regratariorum et omnium venditorum vel emptorum victualium ibidem contra priuilegia Uniuersitatis; item quod dictus Cancellarius vel eius vices gerens homines in dicto hundredo siue suburbio commorantes et alios quibus incumbit, clamat compellere ad vicos mundandos coram tenementis suis et ad pauimenta reparanda, quociens & quando fuerit ibidem necesse; item quod clamant dicti Cancellarius, magistri & scolares habere taxaciones domorum scolarium in dicto hundredo siue suburbio, et taxare vel assidere ministros dicte Uniuersitatis & seruientes clericorum ac stationarios, pergamentarios, luminarios et scriptores, quociens & quando ad quotam aliquam soluendam de bonis suis ibidem assidendi fuerint uel taxandi; item quod clamat Cancellarius dicte Uniuersitatis integram assisam & assaiam mensurarum & ponderum in dicto hundredo siue suburbio, sicut alibi in villa predicta & aliis suburbiis eiusdem, ac cohercionem, correccionem & punicionem delinquentium in ea parte, cum emendis, finibus, amerciamentis & proficuis aliis inde prouenientibus; et quod clamat eciam dictus Cancellarius integram assisam et assaiam panis, vini et ceruisie in dicto hundredo siue suburbio equaliter sicut alibi in villa predicta & aliis suburbiis eiusdem ac debitam correccionem et punicionem eiusdem cum finibus, amerciamentis, et proficuis aliis inde prouenientibus; Super istis exaccionibus & clameis predictis, auditis & sufficienter intellectis racionibus & euidenciis hinc inde coram

domino rege et consilio suo, die Martis proximo post festum translacionis sancti Thome martiris anno regni sui videlicet anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie tricesimo & Francie decimo septimo per mediationem domini Iohannis, Eboracensis archiepiscopi, cancellarii Anglie, et domini Willelmi, Wintoniencis episcopi, thesaurarii Anglie, inter partes predictas in hunc modum concordatum fuit ex unanimi consensu parcium predictarum, si placeat domino regi, quod dicti Cancellarius, magistri & scolares in perpetuum habeant iurisdiccionem in dicto hundredo siue suburbio, si suburbium aliquod infra dictum hundredum fuerit siue non, in citacionibus sequestris & aliis pertinenciis iurisdiccioni in omnibus articulis infrascriptis, videlicet quod dicti Cancellarius, magistri & scolares in perpetuum habeant in dicto hundredo siue suburbio in forma predicta inquisicionem, correccionem, cohercionem & punicionem perturbatorum pacis & conuictorum super pacis perturbacione seu delinquencium contra statuta, libertates, consuetudines uel priuilegia dicte Uniuersitatis, ubi altera pars fuerit clericus, uel seruiens clerici aut minister Uniuersitatis seu stacionarius, pergamentarius, luminarius, uel scriptor per incarceracionem, bannicionem, censuras ecclesiasticas et aliis modis fieri consuetis infra villam predictam & alia suburbia eiusdem. Concordatum est eciam unanimi consensu inter partes predictas et per ipsum dominum Ricardum concessum pro se & heredibus suis, si placeat domino regi, quod Cancellarius dicte Uniuersitatis, qui pro tempore fuerit, uel eius uices gerens, in perpetuum habeat in dicto hundredo siue suburbio cognicionem, agitacionem & decisionem omnium causarum, contractuum & placitorum rerum mobilium ac iniuriarum & transgressionum ubi clericus uel aliquis de sua familia uel seruiens clerici seu minister Uniuersitatis, bedellus ac stacionarius, pergamentarius, luminarius uel scriptor fuerit una parcium, deductis placitis de morte hominis & mahemio & de libero tenemento. Item consensum est inter partes predictas & per ipsum dominum Ricardum quantum in eo est concessum pro se & heredibus suis, si placeat domino regi, quod dictus Cancellarius qui pro tempore fuerit uel eius locum tenens & sui successores in perpetuum habeant in dicto hundredo siue suburbio cognicionem de forstallatoribus & regratariis & omnibus venditoribus & emptoribus victualium[1] ibidem contra priuilegia Uniuersitatis, et de carnibus siue piscibus putridis & immundis, viciosis seu alias incompetentibus et vino putrido & corrupto & quibuslibet aliis victualibus ibidem minus bonis, ac plenam habeant

[1] victualia, MS.

potestatem debite puniendi delinquentes in ea parte, & forisfaciendi res sic emptas vel venditas contra priuilegia Uniuersitatis, ita tamen quod res forisfacte dentur hospitali sancti Iohannis extra portam orientalem Oxonie. Item concordatum est inter partes predictas, si placeat domino regi, quod domus scolarium infra dictum hundredum siue suburbium de quinquennio in quinquennium vel infra retaxentur, si dominus domus hoc petierit aut inhabitantes, per eosdem taxatores per quos taxantur domus scolarium infra dictam villam. Et eciam quod cum ministri dicte Uniuersitatis & seruientes clericorum aut stacionarii, pergamenarii, luminarii vel scriptores in dicto hundredo siue suburbio commorantes ad quotam aliquam siue taxam soluendam de bonis suis ibidem assidendi fuerint uel taxandi, Cancellarius dicte Uniuersitatis, qui pro tempore fuerit, vel eius vices gerens, & non alius nec alii, eos fideliter & racionabiliter iuxta quantitatem bonorum suorum taxabilium assideat atque taxet, & pecuniam sic assessam per ministros suos leuari faciat, collectoribus ibidem per indenturas liberandam. Item concordatum est inter partes predictas & per dictum dominum Ricardum concessum pro se & heredibus suis, si placeat domino regi, quod Cancellarius dicte Uniuersitatis, qui pro tempore fuerit, uel eius vices gerens, homines in dicto hundredo vel suburbio residentes siue tenementa habentes in perpetuum habeat per censuras ecclesiasticas vel alio quouis modo absque proficuo suis usibus applicando, compellere ad vicos mundandos coram tenementis suis a fimis, sordibus, fetoribus, truncis, lignis & aliis pro transitu libero, honestate & mundicia nocituris & ad reparandum pauimenta ibidem, quociens & quando opus fuerit, in locis ibidem solitis pauiari. Item concordatum est inter dictos partes & per ipsum dominum Ricardum concessum pro se & heredibus suis, si placeat domino regi, quod Cancellarius dicte Uniuersitatis qui pro tempore erit vel eius vices gerens nomine Uniuersitatis in perpetuum habeat in dicto hundredo siue suburbio integram assisam & assaiam mensurarum & ponderum cum forisfacturis, finibus, amerciamentis & aliis proficuis inde prouenientibus, sed nichil habeat de lanis venditis et male mensuratis. Et quod ipse Cancellarius vel eius vices gerens, quociens & quando opus fuerit, dicta mensuras & pondera superuideat, et ea que falsa inuenerit comburi & destrui faciat & alia legalia & iusta deputet & consignari faciat, nec non transgressores, quos in hac parte inuenerit, debite puniat & castiget. Item concordatum est & per ipsum dominum Ricardum specialiter concessum pro se & heredibus suis, si placeat domino regi, quod Cancellarius dicte Uniuersitatis qui

pro tempore erit, vel eius vices gerens, solus & insolidum nomine Uniuersitatis in perpetuum habeat in dicto hundredo siue suburbio in forma predicta integre assisam & assaiam panis, vini & ceruisie ac debitam correccionem & punicionem eiusdem assise fracte, cum finibus, emendis, amerciamentis & proficuis aliis inde prouenientibus. His omnibus & singulis premissis, cum parcium modo & forma predictis concordatum est unanimi consensu inter partes predictas, et per ipsum dominum Ricardum specialiter concessum pro se & heredibus suis, si placeat domino regi, quod dicta Uniuersitas libere & quiete, bene & in pace gaudeat in perpetuum, & ea habeat absque inquietacione, molestacione seu contradiccione quacumque dicti domini Ricardi vel heredum suorum per se aut balliuos seu ministros suos vel alios quoscumque; et absque hoc quod dictus dominus Ricardus vel heredes sui aut balliui vel ministri sui, seu alii nomine suo vel heredum suorum in dicto hundredo siue suburbio in forma predicta de aliquo premissorum se aliqualiter intromittant; et licet dictus dominus Ricardus vel heredes sui non debeant per se nec per suos intromittere de aliquo premissorum, vult tamen ipse pro se & heredibus suis quod omnes in dicto hundredo siue suburbio, ut dictum est, residentes super his omnibus & singulis Cancellario dicte Uniuersitatis, qui pro tempore erit, pareant humiliter & intendant, saluis dicto domino Ricardo & heredibus suis omnibus aliis iuribus dicto hundredo siue dominio suo ibidem pertinentibus. In cuius rei testimonium uni parti huius indenture penes dictos Cancellarium, magistros & scolares residenti dictus dominus Ricardus sigillum suum apposuit, alteri vero parti penes dictum Ricardum residenti sigillum commune dicte Uniuersitatis est appensum; hiis testibus venerabilibus patribus domino Iohanne, dei gracia archiepiscopo Eboracensi, Anglie primate & cancellario, Willelmo dei gracia Wintoniensi episcopo, Anglie thesaurario predictis; domino Iohanne de Wynwyk clerico sigilli priuati, dominis Willelmo de Shareshulle, Roberto de Thorpe, Ricardo de Willughby, Henrico de Greue militibus & iusticiariis domini regis & aliis. Datum apud Westmonasterium die & anno supradictis.' Nos autem qui ad dictam Uniuersitatem que velut vitis habundans per excercitium literalis sciencie innumeros produxit palmites fructuosos viros videlicet prouidos & discretos qui sicut nouelle oliuarum frondentes & fecundantes in fructu nedum regnum nostrum Anglie set orbem terrarum in circuitu intellectus & sapientie dulcedine repleuerunt priuilegio dileccionis afficimur, considerantes concordiam inter partes predictas factam, ut premittitur, quietem & commodum ipsius Uni-

uersitatis respicere & viam dampnis & periculis precludere que ex dissensione prescripta, si durasset, timebantur verisimiliter prouenisse, dictam proinde concordiam de licencia nostra speciali factam corditer acceptamus & approbamus & ipsam ac omnia & singula contenta in indentura predicta quatinus ad nos attinet mero motu & ex certa sciencia confirmamus, & ad maiorem roboris firmitatem volumus & concedimus pro nobis & heredibus nostris quod Cancellarius, magistri & scolares Uniuersitatis predicte qui nunc sunt vel qui erunt pro tempore habeant, teneant & excerceant omnia & singula contenta in indentura predicta infra suburbium & hundredum predicta iuxta formam & concessionem prefati Ricardi superius anotatam libere, pacifice & quiete ac imperpetuum sine inquietacione nostri & heredum nostrorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque, non obstante quod idem Ricardus dictum hundredum ad quod aliqua sic per ipsum Ricardum concessa pretenduntur competere, de nobis tenere in capite dinoscatur, iuribus aliis eidem Ricardo & heredibus suis racione hundredi predicti competentibus in omnibus semper saluis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xvi die Iulii anno regni nostri Anglie tricesimo, regni vero nostri Francie decimo septimo.[1] Lanc'.

Examinatur per Iohannem de Pokelynton & Iohannem de Lanc'.

105.

[A confirmation of previous grants, and adding the clause *licet*.]

N. 1. Nov. 20, 1356

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, iustic', vicecomitibus, prepositis, ministris & omnibus balliuis & fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam confirmacionis quam nuper fieri fecimus in hec uerba:—Edwardus [&c. as in N. 2 = No. 86] octauo. Inpeximus insuper quandam aliam cartam quam nos nuper fieri fecimus in hec uerba:—Edwardus [&c. as in N. 5 = No. 100] Francie sextodecimo. Nos autem concessiones, ordinaciones, & confirmaciones predictas in omnibus & singulis que dictos Cancellarium, magistros, scolares & Uniuersitatem dumtaxat concernunt ratas habentes & gratas, eas pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est prefatis

[1] With the royal seal, green wax, attached by silk strings, green and red. This is on the Patent Roll of 30 Ed. III, part 2, memb. 10.

Cancellario, magistris, scolaribus & Uniuersitati & successoribus suis concedimus & confirmamus, sicut carte & littere predicte racionabiliter testantur. Preterea ob specialem affeccionem quam ad dictam Uniuersitatem, necnon ad personas dilectorum clericorum nostrorum Humfridi de Cherletone, cancellarii eiusdem Uniuersitatis, & Lodewici fratris eius gerimus & habemus, volentes eisdem Cancellario, magistris, scolaribus & Uniuersitati, ut iidem magistri & scolares quietius in eadem Uniuersitate morari & studere valeant, graciam facere ampliorem, concessimus eis pro nobis & heredibus nostris & hac carta nostra confirmauimus quod licet predicti Cancellarius, magistri & scolares Uniuersitatis predicte vel eorum predecessores libertatibus & quietanciis in dictis cartis & litteris contentis vel aliqua earundem aliquo casu emergente hactenus usi non fuerint, ipsi tamen & eorum successores libertatibus & quietanciis illis & earum qualibet in villa Oxonie & suburbiis eiusdem sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, iusticiariorum, escaetorum, vicecomitum aut aliorum balliuorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque decetero plene gaudeant & utantur imperpetuum. Hiis testibus, venerabilibus patribus, Iohanne archiepiscopo Ebor' Anglie primate cancellario nostro, Willelmo Wynton' episcopo thesaurario nostro, Michaele episcopo London', Henrico duce Lancastrie, Willelmo de Bohun Norhampton', Ricardo Arundell, Rogero March' comitibus, Iohanne de Cherleton, Galfrido de Say & Iohanne de Grey, senescallo hospicii nostri & aliis. Dat' per manum nostram apud Westmonasterium, vicesimo die Nouembris, anno regni nostri Anglie tricesimo, regni vero nostri Francie decimo septimo.[1]

106.

[Letters Patent appointing the Chancellor and the Mayor to be justices of the statute of workmen, artificers, and servants.]

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis & fidelibus suis Cancellario Uniuersitatis Oxonie ac maiori ville Oxonie qui nunc sunt vel qui pro tempore erunt salutem. Sciatis quod assignauimus vos iustic*iarios* nostros ad ordinacionem & statutum de operariis, artificibus & seruientibus in consilio ac parlia- **N. 18. Mar. 12, 1357**

[1] With the royal seal, green wax, attached by silk strings, green and red. This is on the Charter Roll of 30 Ed. III, memb. 5.

mento nostris apud Westmonasterium nuper tentis pro communi utilitate regni nostri Anglie facta in omnibus & singulis suis articulis in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem custodiendum & custodiri faciendum & ad omnia & singula que contra formam statuti & ordinacionis predictorum in villa & suburbiis predictis fuerint attemptata tam ad sectam nostram quam aliorum quorumcumque coram vobis prosequi vel conqueri volencium audiendum & terminandum iuxta vim & effectum ordinacionis & statuti predictorum. Et ideo vobis mandamus quod circa premissa omnia & singula ad certos dies & loca quos ad hoc prouideritis intendatis & ea audiatis & terminetis in forma predicta, facturi inde quod ad iusticiam pertinet iuxta vim & effectum ordinacionis & statuti predictorum, saluis nobis amerciamentis & aliis ad nos inde spectantibus. Nolumus tamen quod vos, prefate maior, de aliquibus que ad Cancellarium solum in dicta villa & suburbiis eiusdem pertinent excercend*a*, pretextu presentis commissionis nostre in aliquo intromittatis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium XII die Marcii anno regni nostri Anglie tricesimo primo, regni vero nostri Francie decimo octauo.[1] Wynt'.

107.

[The City agrees to come to mass in St. Mary's church on the day of St. Scolastica every year.]

N. 43. May 14, 1357

Ceste endenture faite a Oxenforde le quatorzisme iour de Maii lan du regne le Roi Edward tierc apres la conquest Dengleterre trentisme primer & de Fraunce dis & septisme entre le Chaunceller & la Uniuersite Doxenforde dune parte & le maire & communaltee de mesme la ville daltre parte testmoigne que acorde est entre les parties auauntdites que la dite communaltee Doxenforde tendra perpetuelment une misse danniuersarie le iour de seinte Scolasce la virgine a Oxenforde en la eglise de notre dame pur les almes des clers & altres occis en le conflucte que nadgairs estoit entre les clers & lais de la dite communaltee, a la quele misse danniuersarie serrount en propres persones & offrount en noun de la dite communaltee Doxenford le mair que pur le temps serra, les Baillifs, les Aldermans & toux iceaux que furunt iurez a la dite Uniuersitee mesme lan de la dite ville & de

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 31 Ed. III, part 1, memb. 19*d*.

les suburbes auxibien del suburbe dehors la porte de Norht' come de altres suburbes, sinoun ascuns deaux eient congie del Chaunceller que pur le temps serra ou de son commissar' de soi absenter par resonable cause & accept' a dit' Chaunceller ou de son commissar'. Et en cas que ascuns ensi soi absentent, facent altres honestes persones de la dite ville ou suburbes venir en lour lieux al acceptacion del dit Chaunceller ou de son commissar', que pur le temps serra, ensi que seisaunt & deux de la dite communaltee des queaux le dit Chaunceller ou son commissar' soi agree soient presentz a la dite misse del comencement tanq' au fyn & offre chesqun un dener, si nul deaux neit congie del Chaunceller ou de son commissar' doffrer son dener & daler entour ses busoignes necessaries adunque affairs. Et si nul de la dite communaltee iuree a la Uniuersitee cel an soi absente de venir a la dite misse & doffrer come auaunt est dit saunz resonable encheson & congiee del dit Chaunceller ou de son commissar' que pur le temps serra & altre en son lieu accept' a dit' Chaunceller ou son commissar' ne soit a la dite misse & offre pur lui come auaunt est dit, soit il puny par le dit Chaunceller ou son commissar' duement come le dit Chaunceller ou son commissar' lui plerra punyr, estreceo le Chaunceller & la Uniuersitee auauntditz ne soi assentent mie que Iohan de Bereforde, Robert le Lardyner, Matheu Ryng', Robert le Goldsmyth & Johan de Godestre soient contenuz ne compris en ceste acorde. En testmoignaunce des queles choses les seals de la Uniuersite Doxenforde dune parte & de la communaltee de mesme la ville daltre parte a iceste endenture entrechaungeablement sount mys. Done a Oxenford iour & an auauntditz.[1]

108.

[The City agrees to pay to the University 100 marks a year to secure a final concord.]

Nouerint uniuersi quod nos maior & balliui ac tota communitas ville Oxonie pro finali concordia facta super quodam confluctu inter clericos & laicos in villa predicta nuper suborto obligamus nos & successores nostros maiores & balliuos ac communitatem predictam imperpetuum Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis Oxonie & **N. 42. May 15, 1357**

[1] With a fragment of the seal of the city, brown wax, attached by a parchment tag. The endorsement is: 'Concordia in [*sic*] Uniuersitatem & laicos de missa celebranda in festo sancte Scolastice'.

successoribus suis Cancellariis & procuratoribus & Uniuersitati predicte imperpetuum in centum marcis annui redditus soluendis eisdem vel eorum certo attornato annuatim apud Oxoniam in ecclesia beate Marie in festo sancte Scolastice virginis sine ulteriori dilacione. Ad quam quidem solucionem fideliter faciendam obligamus nos & successores nostros maiores & balliuos & communitatem ville Oxonie & omnia bona nostra & communitatis predicte habita & habenda districcioni predictorum Cancellarii & procuratorum qui pro tempore fuerint & ministrorum suorum necnon cohercioni cuiuscumque iudicis ecclesiastici seu secularis. In cuius rei testimonium sigillum commune communitatis predicte presentibus est appensum. Dat' apud Oxoniam quintodecimo die Maii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie tricesimo primo & Francie decimo octauo.[1]

109.

[The University promises that the payment of 100 marks yearly shall be remitted to the Townsmen each year in which they observe their promise to come to mass on St. Scolastica's day.]

E D W A R D V S

N. 44. May 16, 1357

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum indentatum peruenerit, Cancellarius & procuratores Uniuersitatis Oxonie & tota Uniuersitas predicta salutem in domino. Licet Maior & balliui ville Oxonie & tota communitas eiusdem ville & successores sui nobis Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis Oxonie & successoribus nostris & Uniuersitati predicte imperpetuum obligentur in centum marcis annui redditus soluendis apud Oxoniam annuatim in ecclesia beate Marie in festo sancte Scolastice virginis pro quadam finali concordia nobiscum facta super quodam conflictu[2] inter clericos & laicos in villa predicta nuper suborto prout in ipsorum scripto obligatorio inde confecto plenius continetur; volumus tamen & concedimus nos predicti Cancellarius & procuratores ac tota Uniuersitas pro nobis & successoribus nostris imperpetuum, quod si predicta communitas ville Oxonie pro animabus scolarium & aliorum in dicto conflictu[2]

[1] With a fragment of the town seal, brown wax, attached to a strip of the deed. The deed is endorsed: 'Obligatio communitatis ville de missa celebranda in festo sancte Scolastice'; this is what the deed amounts to, when read in connexion with the next deed.

[2] confluctu, MS. As it occurs twice, it is possible that the spelling is intentional.

occisorum unam missam anniuersariam in ecclesia beate Marie Oxonie in festo sancte Scolastice virginis annuatim faciat celebrari modo & forma quibus in quadam indentura inter nos & dictam communitatem de materia ipsa facta plenius continetur, & omnes insuper alii articuli in eadem indentura contenti ex parte dicte communitatis quolibet anno debite fuerint obseruati, quod pro illo anno predicte centum marce nullatenus exigantur; pro aliis vero annis ipso scripto obligatorio suo robore & efficacia imperpetuum duraturo. In cuius rei testimonium tam sigillum nostrum commune Uniuersitatis predicte quam sigillum commune communitatis predicte huic indenture alternatim sunt appensa. Datum apud Oxoniam sextodecimo die Maii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie tricesimo primo & Francie decimo octauo.[1]

110.

[The Austin Friars of Oxford testify that the appeal of John de Kedingtone, one of their number, against the Chancellor and Proctors of the University, was without any licence from the convent.]

In dei nomine Amen. Nos fratres Willelmus, prior prouincialis, & Iohannes prior localis ac conuentus Oxonie ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini in prouincia Anglie dicimus & in hiis scriptis affirmamus & omnibus quorum interest uel interesse poterit & specialiter reuerendis dominis officiali & decano curie Cantuar*iensis* ac omnibus eiusdem curie ministris notificamus per presentes quod confratri nostro, fratri Iohanni de Kedingtone sacre theologie doctori, licenciam nunquam dedimus specialem nec generalem ad prouocandum, apellandum nec inhibicionem a curia Cantuariensi impetrandum, nec premissa seu eorum aliqua prosequendum contra magistros Iohannem de Hodum, cancellarium Uniuersitatis Oxonie, Iohannem Ioskin, Alexandrum de Feribrugge eiusdem Uniuersitatis procuratores, de quibus in inhibicione quadam a dicta curia per prefatum Iohannem de Kedingtone ut dicitur impetrata, cuius inferius tenor scribitur, plenius continetur; sed postquam ad nostram peruenit noticiam de dicta prouocacione, appellacione & inhibicione per eundem fratrem Iohannem impetratis, ego prior localis supradictus primo auctoritate officii mei in

Y. 11. Jan. $135\frac{7}{8}$

[1] With a fragment of the town seal. The deed is endorsed: 'Defesancia super obligacione centum marcarum de complendo missam in festo sancte Scolastice'.

uirtute sancte obediencie prohibui eidem fratri Iohanni ne dictas appellacionem & inhibicionem notificaret uel prosequeretur, sed omnino desisteret a processibus huiusmodi incoatis; & postea auctoritate prioris prouincialis ordinis antedicti & de mandato eius expresso iniunxi fratri Iohanni supradicto ne easdem appellacionem & inhibicionem notificaret seu prosequeretur quouismodo; & ne de nostro assensu premissa seu eorum aliquod procedere & attemptari uideantur, nos frater Willelmus, prior prouincialis, & Iohannes prior localis & conuentus omnia & singula premissa per predictum fratrem Iohannem de Kedingtone, ut dicitur, impetrata & attemptata & sine nostra licencia & contra prohibiciones prefatas attemptata & prosequuta [*sic*], quatenus de facto processerunt, quatenus de iure possimus in hiis scriptis reuocamus & facultatem adimimus prosequendi & protestamur quod premissas prouocacionem, appellacionem, inhibicionem nec quicquam occasione premissorum acta, gesta & attemptata[1] approbabimus nec ratificabimus aliquo tempore in futurum, sed eiis [*sic*] renunciamus, contradiximus, contradicimus, & contradicemus in perpetuum omnibus & singulis premissorum. Inhibicionis prefate tenor talis est:—'Ricardus de Plessys, archidiaconus Colcestrie & decanus beate Marie de Arcubus London', reuerendi patris domini Simonis dei gracia Cantuariensis archiepiscopi tocius Anglie primatis & apostolice sedis legati & in absencia domini officialis curie Cantuariensis ad omnia & singula que ad officium officialitatis huiusmodi pertinent commissarius generalis, reuerendo uiro archidiacono Norwic' in Uniuersitate Oxonie studenti necnon perpetuis uicariis ecclesiarum de Hedintone & Miltone Lincolniensis diocesis salutem in auctore salutis. Ex parte religiosi uiri Iohannis de Kedingtone, sacre pagine professoris, de conuentu ord*inis* prioris & fratrum heremitarum sancti Augustini Oxonie, Lincolniensis diocesis, in eodem ordine professi, habentis ab eodem priore & conuentu ipsius fratris Iohannis superioribus in hac parte ad prosequendum causam appellac*ionis* tuitor*iam* ac negocium tuitor*ium* infrascript*um* sufficienter plenam & liberam potestatem ac licenciam specialem, nobis extitit [ ] quod idem religiosus uir frater Iohannes de Kedington, sacre pagine professor, conuentus & ordinis predictorum in Uniuersitate clericorum studencium seu studio generali Oxonie predict*e*, ubi legitur ius diuinum & hu[manum et][2] legi actenus consueuit & uiget studium utriusque, iuxta & secundum statuta & consuetudines racionabilia, licita & approbata

[1] *actum, gestum & attemptatum* would be more grammatical.
[2] These letters are doubtful.

eiusdem Uniuersitatis, concurrentibus eciam & interuenientibus omnibus in ea parte que de iure requirebantur, fuerat & est in magistrum seu doctorem theologie in eadem Uniuersitate rite & legitime creatus & assumptus ac in numero & ordine doctorum & magistrorum theologie eiusdem Uniuersitatis per eandem more solito colocatus & ad docendum in sacra pagina sacerdotes & alios habiles & ydoneos rite & legitime approbatus, in ipsaque Uniuersitate actualiter rexit & in sacra theologia legit & docuit laudabiliter in omnibus, ut tenebatur de statuto & consuetudine Uniuersitatis memorate, ac in possessione seu quasi iur*is* sic regendi, legendi & docendi ac faciendi omnia que ad statutum seu officium doctoris in theologia Uniuersitatis eiusdem pertinent in hac parte a tempore assumpcionis predicte usque ad tempus grauaminum subscriptorum extitit pacifice & quiete, quodque ex parte eiusdem fratris Iohannis & magistri predicti in possessione huius*modi* ac eciam integri status boneque fame & oppinionis [*sic*] illese existentis, metuentis ex quibusdam causis probabilibus & uerisimilibus coniecturis sibi contra statum suum, ius & possessionem de quibus premittitur graue posse preiudicium generari, ne quis in sui preiudicium contra premissorum aliquod quicquam attemptaret seu faceret aliqualiter attemptari ad sedem apostolicam & pro tuicione curie Cantuar' palam & puplice ac legitime prouocatum. Quidam tamen magistri Iohannes Hodum cancellarius, Iohannes Ioskin & Alexander de Feribrigg' procuratores dicte[1] Uniuersitatis se pretendentes, dicta prouocacione & ceteris premissis que nullum ipsorum uerisimiliter latebant non obstantibus, post & contra ea ipsum fratrem Iohannem de Kedington doctorem & lectorem supradictum, ad docendum in theologia in dicta Uniuersitate ut prefertur habilem & ydoneum uirum, utique prouidum & discretum, non legitime citatum, non conuictum, nec confessum, cause cognicione & iuris ordine in ea parte de iure requisitis penitus pretermissis, absque causa racionabili seu legitima quacumque, ab officio doctoratus seu magisterii huius*modi* exercicio, cura, statu & honore sic regendi, docendi & legendi ut prefertur, eciam longe infra tempus quo ad regendum, legendum ut prefertur in sacra pagina & docendum in Uniuersitate predicta secundum statuta & consuetudines eiusdem & eciam sub uinculo iuramenti sui in ea parte de more illius Uniuersitatis legitime prestiti fuerat astrictus, simpliciter ex arrupto contra iusticiam suspenderunt, & ne regeret, legeret & doceret in ipsa Uniuersitate omnino sibi prohibuerunt, eciam interdixerunt, suspendit, prohibuit & interdixit quilibet eorundem minus

[1] dicti, MS.

iuste; idemque magistri Iohannes de Hodum cancellarius, Iohannes Ioskin & Alexander de Feribrigge, procuratores pretensi, ipsum fratrem Iohannem de Kedingtone, magistrum seu doctorem supradictum, circa ius & possessionem sua [*sic*] premissa sic & alias multipliciter indebite molestarunt, inquietarunt & perturbarunt, molestauit, inquietauit & perturbauit quilibet eorundem, interdictumque, prohibicionem & suspencionem huiusmodi sic iniuste factas reuocare seu relaxare, grauaminaue huius*modi* debite reformare ac copiam huius interdicti seu suspensionis parti dicti fratris Iohannis, quam nunquam habuit & de iure habere debuit, dare seu fieri facere, ad hec in ea parte per partem ipsius fratris Iohannis congruis loco & tempore cum instancia debita pluries legitime requisiti, non curarunt sed recusarunt seu plus debito distulerunt, non curauit, sed recusauit seu plus debito distulit quilibet eorundem in ipsius fratris Iohannis magistri seu doctoris predicti preiudicium non modicum & grauamen. Unde per partem eiusdem sencientis se ex premissis grauaminibus omnibus & singulis ac eorundem quolibet indebite pregrauari ad sedem apostolicam directe & pro tuicione curie Cantuar' extitit legitime appellatum. Quocirca uobis coniunctim & cuilibet uestrum diuisim comittimus & mandamus firmiter iniungentes quatinus prefatis magistris Iohanni de Hodum cancellario, Iohanni Ioskin & Alexandro de Feribrigge procuratoribus pretensis ac ceteris omnibus & singulis, quibus ius exigit inhiberi auctoritate dicte curie, inhibeatis ne pendente in eadem curia Cantuar' huius*modi* tuitor*ie* appellacionis negocio quicquam hac occasione in dicte partis appellantis preiudicium attemptent, aut faciant aliqualiter attemptari, quominus liberam habeat appellacionis sue huius*modi* prosequucionem [*sic*] prout iustum fuerit utriusque.[1] Citetis eciam seu citari faciatis peremptorie magistros Iohannem de Hodum cancellarium, Iohannem Ioskin & Alexandrum de Feribrigge prenotatos quod compareant coram nobis uel alio dicte curie presidente in ecclesia[2] beate Marie de Arcubus London' proximo die iuridico post festum sancti Uincencii martiris proximo nunc futuro in dicto tuitor*ie* appellacionis negocio processuri, facturi & recepturi quod iusticia suadebit. De diebus uero recepcionis presencium ac citacionis uestre modoque & forma eiusdem, et si magistros Iohannem de Hodum cancellarium, Iohannem Ioskin & Alexandrum de Feribrigge supradictos personaliter citaueritis, necnon quicquid[3] in premissis feceritis nos[4] aut alium dicte curie presidentem dictis die & loco

[1] This word must be erroneous, but it is not easy to say what the original was.
[2] ecclesie, MS. [3] quidem, MS. [4] nos, MS.

certificetis per uestras seu certificet ille uestrum qui presens mandatum fuerit executus per suas litteras patentes harum seriem continentes, sigillo autentico consignatas. Dat' London' II Kalendas Ianuarii anno domini M° CCC^mo LVII^mo'. In quorum omnium & singulorum premissorum fidem & testimonium nos priores frater Willelmus, prior prouincialis, & frater Iohannes, prior localis, antedicti sigilla officiorum nostrorum presentibus apposuimus. Hiis testibus, reuerendo uiris & magistris fratre Willelmo de Alneto, domino Ricardo abbate de Parco Lud', dompno Iohanne Modi, in theologia doctoribus, Ricardo de Tennemutha, Galfrido de sancto Botulpho, Iohanne Bourtone, Iohanne Bernewik', & aliis. Dat' Oxonie in ecclesia beate Marie uirginis XXI° die mensis Ianuarii anno domini supradicto.[1]

III.

The next document is a book, or pocket-book, of six leaves of paper, measuring about nine inches high by three inches wide. It was the custom of bursars, rent-collectors, and other officials of Colleges or monasteries, to draw up their accounts in similar paper books, which were copied on parchment rolls when it was desired to have a permanent record; and College bursaries contain many paper pocket-books of a similar shape, sometimes preserved together with the parchment on which they have been copied.

That our document is complete in itself, and not a portion of a larger book, is proved by the fact that 'fol. I' is written by the original hand at the foot of the first leaf, and 'fol. II' at the foot of the second, while the last page concludes with the summary of the whole twelve pages. It is evidently the pocket-book in which John de Burton recorded the expenses of four journeys to London which he made on behalf of the University. No doubt the book was given by him to the Proctors, and if we had the Proctors' accounts for the year we should probably find that only the totals were given, not the separate items.

Although the date of the year is not mentioned in these accounts, there is no doubt that they run from Nov. 1357 to Feb. 1358. One proof is that the journey of the Chancellor and Proctors to London on Jan. 22 is stated to be in connexion with the business of Magister Iohannes de Kedyngton, an Austin Friar. Now the last deed we have printed stated that Iohannes de Kedyngton, having been suspended from scholastic acts by the Chancellor, had appealed in Nov. 1357 to the

[1] Seal wanting.

court of Arches, and the Chancellor and Proctors had been cited to appear in London at that court on the first law day after St. Vincent's day, i.e. after Jan. 22, 1358. The journey of the Chancellor, which began on Jan. 22, was in obedience to that citation. Another proof is that the company ate flesh every day except on Jan. 26, but in 1358 Jan. 26 was a Friday. A still clearer proof is supplied by the next journey, on which flesh was eaten on Feb. 11–13, and fish on Feb. 14–17, the reason being that in 1358 the first day of Lent fell on Feb. 14.

John de Burton, the author of these accounts, was a beadle of the University as early as 1356,[1] and as late as 1363.[2]

The journey which John de Burton took in November, 1357, is stated to have been with the object that a clause beginning 'Et quod clericus mercati' should be added to the University charter. This clause, which appears in all subsequent charters, is 'Et quod clericus mercati se in presentia nostra vel heredum nostrorum decetero non intromittat infra burgum illum aut suburbia eiusdem de officio illo exercendo de aliqua re eundem burgum vel suburbia tangente'. It is often stated that in these words the King conveyed to the University 'the clerkship of the market', but it is obvious that it is not so. In this clause the King promises that the official of his household who was known as *clericus mercati*, shall not interfere with the Oxford market, when the King is in Oxford or 'within the verge'. When the King was in the neighbourhood of Oxford, the officers of his household would supersede the officers of the locality; for instance, the King's coroner would supersede the Oxford coroners, and the King's *clericus mercati* would supersede the bailiffs and under-bailiffs, who were present at every market and judged whether the flesh and fish were fit for food and so forth. As early as 1327 the King had granted to the burgesses of Oxford that his *clericus mercati* should not interfere with the Oxford market[3]; but when the control of the market was conveyed to the University in the charter of June 27, 1355, by an oversight the clause 'Et quod clericus mercati' was not inserted. According to one account a new charter was obtained in Nov. 1357, but no trace of it can be found either in the Archives or on the Patent Roll, and it is not until Jan. 1359 that we have a grant in which the clause occurs.

This document has been printed by Mr. Strickland Gibson in the *English Historical Review* of Oct. 1909. The original is not in good condition, and some words are indistinct. It must have been read and repaired by Anthony Wood, for where it was necessary to mount one of the leaves and cover some of the letters with the mounting, the letters that have been hidden are written on the mount, and are in the hand of Anthony Wood.

[1] Twyne MSS., xxiii, p. 231. [2] Ibid., p. 233.
[3] *Royal Letters addressed to Oxford*, p. 35 (ed. O. Ogle).

Expense Iohannis de Burtone uersus London' eundo ibidem, commorando & redeundo pro una clausula inserenda de nouo in carta per dominum nostrum regem post conflictum Oxonie Uniuersitati concessa & pro litteris de priuato sigillo dictam clausulam confirmando ad Cancellarium Anglie directis. Cuius clausule tenor talis est—Et quod clericus mercati nostre[2] . . . B. 41. [1] Nov. 1357

In primis IIII die mensis Nouembris in expensis suis pro se & equo suo per diem & noctem xii d.

Summa xii d.

Item v die mensis Nouembris in expensis suis pro se & equo suo per diem & noctem xii d.

Summa xii d.

Item VI die Nouembris in expensis suis & equo per diem & noctem xii d.

Summa xii d.

Item VII die Nouembris in expensis suis & equo per diem & noctem xii d.

Summa xii d.

Item VIII die Nouembris in expensis suis & equo per diem & noctem xii d.

Summa xii d.

Item IX die Nouembris in expensis suis & equo per diem & noctem xii d.

Summa xii d.

Item x die Nouembris in expensis suis & equo per diem & noctem xii d.

Summa xii d.

Item XI die Nouembris in expensis suis & equo per diem & noctem xii d.

Summa xii d.

Item XII die Nouembris in expensis suis & equo per dimidiam diem vi d.

Summa totalis viii s. vi d.

Expense forinsece fol. 1[v]

Item in allocacione unius equi per VIII dies & dimid ii s. iiii d.

Item in ferura equi iii d. Item in lectis per totum tempus i d. ob. Item garcioni pro dicto equo custodiendo per tempus predictum iiii d.

[1] pro, MS.

[2] There seems no doubt about this word, though we should expect *noster*. The next words are, perhaps, *in &c.*

Item in botill*agio*[1] per dictos viii dies diuersis uicibus uersus episcopum Wynton', Iohannem de Wenewyk',[2] Westmonasterium & sanctum Paulum xv d. Item apud[3] Westmonasterium in vino pro clericis xii d. Item in nutes[4] iii d. Item in parte solucionis dicte carte de nouo scribendo [*sic*] vi s. viii d.

Summa totalis xii s. ii d. ob.

Summa totalis utriusque partis diet' & forins*ece* per dictos viii dies cum dimidio. xx s. ii d. ob.[5]

Item petit vii d. qui sunt aretro de ultimo computo.

Summa vii d.

Summa totalis vii d.

Jan. 1358 Expense facte per Iohannem de Burtone versus London, eundo ibidem, comorando & redeundo pro breuibus sicut alias impetrandis ad dominum Thomam de Langelie[6] & socios suos sedentes apud Wodestoke de mensuris & ponderibus ac operariis, artificibus & aliis priuilegiis anullandis super hominibus ville Oxonie coram eis ibidem extra dictam villam trahendo contra priuilegia Uniuersitatis, & optinuit breue; ita cessio[7] dictorum domini Thome & sociorum suorum non habuit locum.

In primis x die Ianuarii apud Tedlesworthe[8] in pane ob. Item in ceruisia ob. Item in coquina i d. Item in eq*uo* ob. Item apud Wycombe pro se & equo iiii d. Item apud Woxebrigge[9] per noctem in pane ob. Item in ceruisia i d. Item in coquina iii d. Item in lecto i d. Item in candel*is* qua. Item in feno i d. Item in prebenda iii d. Item in focali ob.

Summa xvi d. ob. qua.

Item xi die Ianuarii apud Aketoune[10] i d. Item eodem die & nocte London' xiii d. ob.

Summa xiiii d. ob.

[1] Boat-hire.

[2] John de Winwick was clerk of the privy seal: see No. 104.

[3] in apud, MS.

[4] i. e. nuts.

[5] This is too little by 6*d.*, the reason being that the total of the previous paragraph was at first made to be xi s. viii d. ob.

[6] Thomas de Langele and two assistants were justices in the county of Oxford under the statute of labourers in the 31st year of Edw. III (Close Roll, 32 Ed. III, memb. 23). He had held the post for two or three years. It is unknown what he had to do with the weights and measures of Oxford. The enforcement of the statute of labourers in Oxford had been transferred to the Mayor and the Chancellor on March 12, 1357.

[7] i. e. sessio.

[8] Tetsworth.

[9] Uxbridge.

[10] Acton.

Item xii die Ianuarii London' pro se & equo suo in expensis ibidem xv d. fol. 2r

Summa xv d.

Item xiii die Ianuarii London' pro se & equo suo in expensis ibidem xiii d.

Summa xiii d.

Item xiiii die London' pro se & equo suo in expensis ibidem x d. Item eodem nocte equitando cum ii hominibus de London' uersus Woxebrigge pro festinacione breuium noctanter, alias non haberent locum; in expensis eorundem quantum[1] cum tribus equis in illa nocte ii s. iii d. ob.

Summa iii s. i d. ob.

Item xv die mane apud Wycombe ad iantaculum dictorum xiii d. Item apud Tedlesworth v d.

Summa xviii d.

Summa diet' ix s. viii d. ob. qua.[2]

Expense forinc*ece*

In primis pro uno magno breue recit*ante* cartam & ii aliis breuibus, direct*is* Thome de Langele & sociis suis, & alter*o* direct*o* scaccario ii s.

Item in uno conducto[3] xxii d. Item in botillag*io* ibidem per totum tempus vii d. Item in ferura eq*ui* ii d. ob. Item uni garcioni pro custodia eq*ui* per totum tempus ii d. Item in lecto i d.

Summa totalis forinc*ecarum* iiii s. x d. ob.

Summa totalis diet' & forinc' per dictos dies ibidem eundo & redeundo. xiiii s. vii d. qua.

Expensis factis per Cancellarium & procuratores cum dominis & magistris Ricardo abbate de Parco Lude,[4] Iohanne de Lancastre & aliis clericis, viz. in toto xx homines preter superuenientes & xvi eq*uos* uersus London' eundo ibidem, comorando & redeundo pro negotiis Uniuersitatis tangentibus magistrum Iohannem de Kedyngtone doctorem in theologia in domo fratrum Augustinensium & aliis multis negotiis ibidem expediendis.

In primis apud Wycombe xxii die mensis Ianuarii in pane x d. ob. fol. 2v

[1] The word is indistinct, but it is hardly *tractando*, as in *E. H. R.*

[2] The total is too high by 2*d.*

[3] Probably 'the hiring of a horse'.

[4] Richard, abbot of Lowth Park, was a witness to the previous deed, where we learn that he was a doctor of theology at Oxford.

Dom*i*na[1]; in iii lagenis vini ii s. vi d. Item in vii lagenis ceruisie xiiii d. Coqu*i*na; in grossis carnibus xx d. ob. Item in iii cuniculis xii d. Item in iii perdicibus x d. ob. Item in paruis volucribus emptis iiii d. In focali viii d. Item in cande*lis* iii d. ob. Item in lectis viii d. Marc*hallus*[2]; in feno pro xvi equis xvi d. Item in iii bussellis auenarum & i dimidio bussello ii s. Item in pane[3] pro eisdem equis ix d. ob. Item in ferura vi d. ob. Item solutum Adam camerario Cancellarii pro i lagena ceruisie querenti[4] in villa iii d.

Summa xv s.

Item xxiii die Ianuarii apud Woxebrigg' in pane vi d. ob. Item in ceruisia viii d. Item in carnibus xii d. ob. Item in pane pro equis xv d. Item in feno ii d. Item in ferura vii d. ob. Item eodem die apud Aketone in ceruisia ii d. ob. Item eodem die London' ad cenam in pane viii d. ob. In vi lagenis ceruisie xii d. Item in ii lagenis vini xvi d.[5] Item in grossis carnibus emptis xxiii d. Item in ii cuniculis viii d. Item in ii perdicibus viii d. Item in sale & farrina auen*arum* i d. ob. Item in focali ix d. Item in i libra & dimidia candelarum v d. Item in feno pro xvi equis per dimidium diem & noctem ii s. viii d. Item in iii bussellis auenarum ii s. Item in pane pro eisdem iiii d. Item in lectis viii d. Item in capistris ii d. Item in croco[6] i d. Item in aqua ob.

Summa xviii s. ob.

Item xxiiii die Ianuarii London' in pane xv d. Item in ceruisia xvi d. Item in vino xx d. Item in grossis carnibus xxi d. Item in cuniculis viii d. Item in i plouer iiii d. Item in paruis volucribus xii d. Item in pies xx d. Item in i pike xx d. Item in roch' iiii d. Item in smelt iiii d. Item in ouis i d. Item in pipere & croco iii d. Item in sals*ea*[7] i d. Item in oystris & sepis[8] iiii d. ob. Item in focali vii d.
fol. 3v Item in candelis iiii d. Item in feno pro xvi equis per diem & noctem in grosso iiii s. Item in iii bussellis auenarum ii s. Item in pane pro eisdem post aquam ix d. Item in lectis viii d. Idem in ferura ii d.

Summa xxi s. iii d. ob.

Item eodem die in expensis forinc*ecis* in botillagio ii s. Item in

[1] Apparently 'the landlady', who had charge of the wine and beer.

[2] 'Stable expenses'. Less probably *garc'* as in *E. H. R.*

[3] Horse-bread made of peas and beans.

[4] Apparently Adam was sent into the town to buy ale of a special strength and excellence, costing 3*d.* a gallon. At Uxbridge on Feb. 17 a gallon was bought in the town costing 4*d.*

[5] Wine was 10*d.* a gallon at Wycombe, but 8*d.* at London.

[6] Saffron.

[7] Sauce.

[8] Sepa or cepa, a sand-eel.

sotularibus garcionum [1] viz. Willelmi coci & garcionis sene [2] & abbatis Osneye & garcionis Cancellarii ii s.

Summa iiii s.

Item xxv die Ianuarii London' in pane vii d. Item in ceruisia x d. Item in vino xii d. Item in grossis carnibus xi d. Item in i pic' [3] iiii d. Item in focali vi d. Item in candela ii d. ob. Item in lectis viii d. Item in feno pro equis iiii s. Item in prebenda ii s. Item in pane pro eisdem xii d. Item in carnibus ad cenam vii d. ob. Item in croco & pipere ii d. In aqua i d. pro ii diebus. Item in farrina & sale i d. Item in botillagio ii d.

Summa xiii s. ii d.

Item xxvi die Ianuarii London' in pane ix d. Item in ceruisia xiiii d. Item in vino xvi d. Item in oystres vi d. Item in allec' rub*eo* & alb*o* viii d. Item in merlyng & gurnard xviii d. Item in muskeles ii d. Item in piris iii d. Item in pulueribus & croco iiii d. Item in smelt iiii d. Item in feno iii s. ix d. Item in prebenda auenarum xvi d. Item in pane pro eisdem xii d. ob. Item in focali vii d. Item in lectis viii d. Item in candel*a* iii d. Item in vino ac*ri* ob. Item in botillagio xii d. Item in lit*era* iiii d. Item uni garcioni pro auxilio coquine i d. Item in ferrura i d. ob.

Summa xvi s. ii d. ob.

Item xxvii die Ianuarii London' in pane empto viii d. Item in fol. 3v
vino xii d. Item in ceruisia xii d. Item in salso pisce & duro xiiii d. Item in cong*ris* xi d. Item in salmone ii d. Item in allec' iii d. Item in focali vii d. Item in candel*a* iii d. ob. Item in lectis viii d. Item in feno iii s. ix d. Item in ii bussellis auenarum xvi d. Item in pane pro eisdem xix d. Item in lit*era* ii d. Item in ferrura ante recessum London'; in equis Cancellarii & procuratorum xi d. Item in ferrura eq*ui* Lancastre iiii d. ob. Item in ferrura abbatis eq*ui* & aliorum vii d. ob.

Summa xv s. iiii d. ob.

Item xxviii die Ianuarii London' ad iantaculum ante recessum dominorum versus Oxoniam in pane vi d. ob. Item in vino viii d. Item in ceruisia vi d. ob. Item in pies xix d. Item in carnibus pro garcionibus emptis v d. Item eodem die ibidem in pane pro equis ante recessum de London' xv d. Item in feno ante recessum vi d.

[1] Perhaps the four who had to walk, being without horses.

[2] *sen'* would naturally stand for sen*escallus*; but there was no steward of Oxford at this time; and subsequently we learn that one of the party was mag. Ioh. Sene.

[3] Possibly 'woodpecker' or 'magpie'.

Item eodem die apud Woxebrigge in pane iiii d. Item in i potello vini empto v d. Item in ceruisia vi d. Item in carnibus vi d. Item magistris Galfrido & Henrico Wytefeld pro expensis suis in alio loco & ferura eq*uorum* vi d. ob. Item in feno pro eq*uis* i d. ob. Item in pane pro eisdem xv d. Item eodem die cero[1] apud Wycombe in pane vii d. Item in vino v d. Item in ceruisia xvi d. Item in coquina in grossis carnibus emptis xviii d. Item in ii perdicibus vii d. Item in ii cuniculis viii d. Item in focali viii d. Item in lectis viii d. Item in candel*a* iiii d. Item in feno pro xvi equis xviii d. Item in iii bussellis auenarum pro eisdem ii s. Item in pane pro eisdem xv d.

Summa xx s. viii d.

Item xxix die Ianuarii apud Tedlesworth in pane empto iii d. ob. Item in ceruisia iiii d. ob. Item in coquina viii d. In pane pro equis xiii d. Summa ii s. v d.

fol. 4[r] Expen*se* forinc*ece* per dictum tempus

In primus in iiii equis allocatis per viii dies predictos ix s. viii d. Item garcioni abbatis de Oseneye vi d. Item garcioni magistri Iohannis Sene[2] vi d. Item famulo Galfridi Botilstone viii d. Item famulo procur*atorum* xviii d. Item famulo abbatis vi d.

Summa xiii s. iiii d.

Summa totalis diet' & forinc' vi li. xix s. vi d.

Item petit pro uno equo conducto versus Bristolliam[3] cum domino Cancellario ii s. Item in uno equo conducto versus Wodestoke cum breuibus domino Thome de Langelye & sociis suis directis pro priuilegiis Uniuersitatis iiii d. Summa totalis ii s. iiii d.

fol. 4[v] Expense domini Cancellarii & procuratorum Uniuersitatis Oxonie & aliorum viz. cum viii[4] equis versus London' eundo ibidem & redeundo ad parliamentum pro negociis Uniuersitatis.

In primis xi die Februarii apud Tedlesworth in pane i d. ob. Item in ceruisia ii d. Item in coquina ii d. Item in pane pro equis vii d. Item eodem die cero apud Wycombe in pane iiii d.

[1] i. e. sero.

[2] The scribe wrote *sen*, and afterwards added a final *e*. No such name can be found in the Middle Ages. There is a name *Shene*, but it is very rare. In *E. H. R.* it is rendered *senescalli Oxon*, but there is no sign of the latter word.

[3] If we may credit the Close Roll the king was at Bristol on Jan. 6, 1358, though he was at Westminster on Jan. 4 and Jan. 10.

[4] In the accounts the horses are stated to have been seven in number, and the payments for horses from the first day indicate that there were only seven.

Item in ceruisia v d. Item in vino, i lagena, x d. Item in carnibus grossis vi d. Item in iii gallinis xiii d. ob. Item in i perdice empt' v d. Item in i cuniculo v d. Item in lectis iiii d. Item in feno pro equis vii d. Item in ii bussellis auen*arum* xvi d. Item in pane pro eisdem vii d. Item in focali iiii d. Item in litera i d. Item in ferura iii d. ob.

Summa viii s. vii d. ob.

Item xii die Februarii apud Woxebrigge in pane iii d. Item in ceruisia iiii d. ob. Item in coquina v d. Item in pane pro equis vii d. Item in feno i d. Item eodem die apud London in pane vi d. Item in grossis carnibus xviii d. Item in ii gallinis xi d. Item in lectis iiii d. Item in candel*a* ii d. Item in focali & carbonibus emptis vi d. Item in ceruisia vi d. ob. Item in vino viii d. Item in feno pro vii equis xii d. ob. per diem & noctem. Item in ii bussellis auenarum xvi d. Item in fol. 5[r]
litera ii d. Item in pane pro equis vii d.

Summa ix s. xi d. ob.

Item xiii die Februarii London' in pane vi d. Item in vino xii d. Item in ceruisia viii d. Item in grossis carnibus viii d. Item in iii gallinis xvi d. Item in ii caponibus xvii d. Item in ii cuniculis xii d. Item in ii libris amidol*arum* v d. Item in pipere, puluere & croco iii d. ob. Item sal*se*a i d. Item in ouis i d. ob. Item in feno pro vii equis xiiii d. ob. Item in ii bussellis auenarum xvi d. Item in pane pro eisdem vii d. Item in litera i d. Item in focali vii d. Item in lectis v d. Item in candel*a* ii d. Item in botillagio ii d.

Summa xii s. ob.

Item xiiii die Februarii London' in pane v d. ob. Item in vino viii d. Item in ceruisia vi d. ob. Item in oystres iiii d. Item in muskeles ii d. Item in allec' v d. Item in duro pisce iiii d. Item in salso pisce v d. Item in roch' iiii d. Item in floudr' [*sic*] & plais vii d. Item in pipere & croco & pulueribus ii d. Item in herbis, farrina & sale ii d. Item in feno pro vii equis xiii d. ob. Item in prebenda, ii bussellis auenarum xvi d. Item in pane pro eisdem vii d. Item in litera i d. Item in ferura i d. Item in lectis v d. Item in candel*a* ii d. Item in focali v d.

Summa viii s. ix d. ob.

Item xv die Februarii in pane vi d. Item in vino xii d. Item in fol. 5[v]
ceruisia vii d. Item in oystres & muskeles vi d. Item in allec' rubeo & albo v d. Item in anguillis sals*is* iiii d. Item in smelt iii d. Item in duro pisce & salso vi d. Item in merelyng & codelyng xiii d. Item in amidolis ii d. ob. Item in speciebus & pulueri*bus* pro coquina

iiii d. Item in ficis & racemis ii d. Item in piris ii d. Item in feno pro equis xiiii d. Item in II bussellis auenarum xvi d. Item in pane vii d. Item in focali iiii d. Item in lectis v d. Item in candel*a* ii d.

Summa x s. ob.

Item xv[1] die Februarii in pane v d. ob. Item in vino viii d. Item in ceruisia vi d. Item in oystres iiii d. Item in allec' iii d. Item in anguillis iiii d. Item in smelt ii d. Item in gurnard & ray xii d. Item in amigdolis ii d. ob. Item in suco[2] & zinziber iii d. Item in ficis & racemis iii d. Item in piris ii d. Item in feno xiii d. Item in auenis xvi d. Item in pane vii d. Item in focali iiii d. Item in candel*a* i d. ob. Item in lectis v d. Item in litera i d.

Summa viii s. vi d. ob.

fol. 6[r] Item xvi[3] die Februarii in pane ii d. Item in ceruisia iiii d. Item in vino iiii d. Item in oystres i d. ob. Item in salso pic'[4] ii d. Item in allec' i d. Item in muskeles i d. Item in smelt ii d. Item eodem die pernoct*antes* apud Woxebrig' in pane ii d. ob. Item in vino v d. Item in lagena ceruisie empta extra domum iiii d. pro magistris. Item in ceruisia pro aliis i d. ob. Item in focali ii d. Item in pisc' i d. Item in lectis iiii d. Item in feno pro equis vii d. Item in auenis xvi d. Item in pane iiii d. Item in litera i d. Item in ferura Londoniis & ibidem viz. palefrid*i* Cancellarii & II al*iorum* eq*uorum* x d. Item in aliis equis vi d. Item in candel*a* i d. ob.

Summa vi s. xi d.

Item xvii[5] die Februarii ad prandium apud Wycombe in pane vi d. ob. Item in vino v d. Item in ceruisia iiii d. Item in oystres iiii d. Item in allec' iii d. Item in salso pisce iiii d. Item in duro pisce frisco v d. ob. Item in trott'[6] viii d. Item in lochis & paruis piscibus vii d. Item in sepis[7] ob. Item in feno pro equis i d. ob. Item in pane pro equis vii d.

Summa iiii s. viii d.

Item eodem die apud Tedlesworth in pane i d. Item in ceruisia ii d. Item in pane pro equis vii d.

Summa x d.

fol. 6[v] Expense forinc*ece* per dictum tempus

In primis in II equis allocatis pro procuratoribus iiii s. viii d. Item

[1] It was really Feb. 16.
[2] Not *sucura*, as in *E. H. R.*
[3] It was Feb. 17.
[4] No doubt for *pisce*.
[5] Really Feb. 18.
[6] 'Trout'.
[7] Sand-eels.

in II aliis equis allocatis iiii s. Item in allocacione unius garcionis per totum tempus ii s. Item pro uno breue in scaccario pro direct'[1] Iohanni Laundels [pro cessione][2] ad supersedendum de xv li. argenti de assisa ceruisie quia solutum per prius & alias petunt dictam summam xii d. Item pro I breue sicut alias ad scaccarium pro baronibus ad deliberandum dictum breue de supersed*eas* vi d. Item apud Westmonasterium in vino & piris viii d. Item in pane i d. Item in emendatione sellar*um*,[3] frenorum & in aliis necessariis ix d. Item in uno equo conducto pro capellano domini Cancellarii ii s. Item in botillagio per totum tempus x d.

Summa xvi s. vi d.

Summa totalis diet' & forinc' iiii li. vi s. xi d.

Summa totalis istius libri xiii li. iiii s. iiii d. qua.
& remanet Uniuersitas in debito Burtone iiii sol. vii d.[3]

Summa totalis f*inalis* xiii li. iiii s. iiii d. qua.
Summa infra estimacionem iii li. iiii s. ii d. debetur Iohanni de Burtone.

112.

[A letter, to be retained by the Chancellor but addressed to the King's ministers in Oxfordshire, bidding them support certain privileges of the University.]

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie N. 25. Jan. 10, 1359
uniuersis & singulis iusticiariis, vicecomitibus, ministris & aliis balliuis & fidelibus suis ad quecumque officia in comitatu Oxonie infra libertates & extra exequenda & facienda assignatis & assignandis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum per cartam nostram de gracia nostra speciali inter alia concessum sit pro nobis & heredibus nostris Cancellario Uniuersitatis Oxonie quod ipse & successores sui & eorum vices gerentes imperpetuum habeant custodiam assise panis, vini & ceruisie ac correccionem & punicionem eiusdem cum finibus, amerciamentis & proficuis aliis prouenientibus in hac

[1] The scribe is confused here. Probably *pro* was written by him in error. John Laundels was Sheriff of Oxfordshire from 1355 to 1360. Apparently he claimed from the Chancellor £5 a year for the assize of bread and ale for the years ending Michaelmas 1355, 1356, 1357, because that sum had previously been paid. Before the riot of 1355 the Mayor and the Chancellor had paid £5 for the assize.

[2] These words have been crossed out.

[3] This line is in another hand.

parte, reddendo nobis & heredibus nostris centum solidos annuatim videlicet quinquaginta solidos ad scaccarium nostrum sancti Michaelis & quinquaginta solidos ad scaccarium nostrum Pasche, ac eciam quod idem Cancellarius solus & insolidum ac successores sui vel eorum vices gerentes imperpetuum habeant custodiam assise & assaie ac superuisum mensurarum & ponderum in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem, ita quod ipse Cancellarius vel eius vicem gerens quociens opus fuerit dicta mensuras & pondera superuideat & ea que falsa inuenerit comburi & destrui faciat & alia legalia & iusta deputet & consignari faciat, necnon transgressores quos in hac parte inuenerit debite puniat & castiget, ita tamen quod forisfacture & alia proficua inde proueniencia liberentur per extractas per dictum Cancellarium faciendas maiori & balliuis dicte ville, leuanda per eos in auxilium firme sue ville predicte si & prout hactenus est optentum, et quod clericus mercati se in presencia nostri vel heredum nostrorum decetero non intromittat infra burgum illum aut suburbia eiusdem de officio suo excercendo de aliqua re eundem burgum vel suburbia tangente; et eciam concessum existat eidem Uniuersitati quod Cancellarius eiusdem qui nunc est & successores sui vel eorum vices gerentes imperpetuum soli & insolidum habeant potestatem inquirendi & cognoscendi de forstallatoribus & regratariis, carnibus & piscibus putridis, viciosis & aliis incompetentibus & super hiis punicionem debitam faciendi, sic tamen quod forisfacture & amerciamenta inde proueniencia per ipsum Cancellarium adiudicentur & hospitali nostro sancti Iohannis dicte ville liberentur prout est fieri consuetum, et quod licet maior, balliui, aldermanni seu alii homines dicte ville & suburbiorum eiusdem de premissis non debeant se intromittere, ipsi tamen maior, balliui, aldermanni & alii homines predicti super hiis omnibus & singulis Cancellario dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit pareant humiliter & intendant, prout in carta nostra predicta plenius continetur; Nos ut premissa sic per nos concessa noticie vestre plenius manifestentur ea vobis duximus testificanda per presentes, vobis & cuilibet vestrum distincte demandantes quod presente testificacione coram vobis cum opus fuerit ostensa & per vos inspecta, quam penes dictum Cancellarium ex certis causis remanere volumus, receptaque inde penes vos quadam copia si vobis videatur expedire, dictum Cancellarium libertatibus predictis plene uti & gaudere & ipsum vel eius vices gerentem solum & insolidum execucionem de premissis prout pretenduntur in dictis villa & suburbiis absque impedimento aliquo facere permittatis iuxta tenorem concessionum nostrarum predictarum, vos inde in

aliquo infra eandem villam & suburbia nullatenus intromittentes contra tenorem concessionum earundem. Teste me ipso apud Westmonasterium x die Ianuarii anno regni nostri Anglie tricesimo secundo, regni vero nostri Francie decimo nono.[1]

113.

[A letter, to be retained by the Chancellor but addressed to the King's ministers in Oxfordshire, that the Sheriff and Under-Sheriff are to take the oath to support the privileges of the University.]

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie uniuersis & singulis iusticiariis, vicecomitibus, ministris & aliis balliuis & fidelibus suis ad quecumque officia in comitatu Oxonie infra libertates & extra exequenda & facienda assignatis & assignandis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum per cartam nostram de gracia nostra speciali inter alia concessum sit pro nobis & heredibus nostris Cancellario Uniuersitatis Oxonie quod ipse & successores sui & eorum vices gerentes imperpetuum habeant custodiam assise panis, vini & ceruisie ac correccionem & punicionem eiusdem cum finibus, amerciamentis & proficuis aliis prouenientibus in hac parte, reddendo nobis & heredibus nostris centum solidos annuatim, videlicet quinquaginta solidos ad scaccarium nostrum sancti Michaelis & quinquaginta solidos ad scaccarium nostrum Pasche, et eciam quod idem Cancellarius solus & insolidum ac successores sui vel eorum vices gerentes imperpetuum habeant custodiam assise & assaie ac superuisum mensurarum & ponderum in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem ita quod ipse Cancellarius vel eius vices gerens quociens opus fuerit dicta mensuras & pondera superuideat & ea que falsa inuenerit comburi & destrui faciat & alia legalia & iusta deputet & consignari faciat; necnon transgressores quos in hac parte inuenerit debite puniat & castiget; ita tamen quod forisfacture & alia proficua inde proueniencia liberentur per extractas per dictum Cancellarium faciendas maiori & balliuis dicte ville leuanda per eos in auxilium firme seu ville predicte, si & prout hactenus est optentum, et quod Cancellarius dicte Uniuersitatis & successores sui vel eorum vices gerentes imperpetuum soli & insolidum habeant potestatem inquirendi & cognoscendi de for-

P. XIII 2. Jan. 10, 1360

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 32 Ed. III, part 2, memb. 3.

stallatoribus & regratariis, carnibus & piscibus putridis, viciosis & aliis incompetentibus & super hiis punicionem debitam faciendi, sic tamen quod forisfacture & amerciamenta inde proueniencia per ipsum Cancellarium adiudicentur & hospitali nostro sancti Iohannis dicte ville liberentur, prout est fieri consuetum, et quod licet maior, balliui, aldermanni seu alii homines dicte ville & suburbiorum eiusdem de premissis non debeant se intromittere, ipsi tamen maior, balliui, aldermanni & alii homines predicti super hiis omnibus & singulis Cancellario dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit pareant humiliter & intendant, et quod quilibet vicecomes Oxonie qui pro tempore fuerit in recepcione commissionis sue iuramentum prestet corporale quod magistros & scolares Uniuersitatis Oxonie & eorum seruientes pro viribus ab iniuriis & violenciis proteget & defendet & pacem in Uniuersitate predicta quantum in ipso est faciet conseruari, prefatisque Cancellario & scolaribus ad puniendum perturbatores pacis ibidem iuxta priuilegia & statuta Uniuersitatis predicte semper cum opus fuerit prestabit consilium & iuuamen, ac eciam ad priuilegia, libertates & consuetudines dicte Uniuersitatis defendenda pro viribus opem feret, et quod a subvicecomite suo & aliis ministris suis in comitatu predicto statim cum post susceptum officium ad Castrum vel villam Oxonie declinauerit in presencia alicuius ex parte Uniuersitatis predicte ad hoc deputandi consimile recipiet iuramentum, ad quod ipsos ministros per eundem vicecomitem compelli volumus & artari, et eciam per quandam aliam cartam nostram concessum sit dicte Uniuersitati quod Cancellarius eiusdem qui pro tempore fuerit habeat cogniciones quarumcumque transgressionum infra villam Oxonie factarum ubi clericus fuerit una parcium, exceptis placitis de morte hominis & de mahemio, prout in cartis predictis plenius continetur ; Nos ut premissa sic per nos concessa vobis plenius innotescant, ea vobis duximus testificanda per presentes, vobis & cuilibet vestrum districte demandantes quod presente testificacione nostra coram vobis cum opus fuerit ostensa & per vos inspecta quam penes dictum Cancellarium ex certis causis remanere volumus & recepta inde penes vos quadam copia, si vobis videatur expedire, dictum Cancellarium libertatibus predictis plene uti & gaudere & ipsum vel eius vices gerentem solum & insolidum execucionem de premissis prout pretenduntur in dictis villa & suburbiis absque impedimento aliquo facere permittatis, et eidem Cancellario aut eius vices gerenti in premissis omnibus & singulis faciendis & exequendis vos, predicti vicecomes, maior, balliui & aldermanni dum huiusmodi officiis vestris intenderitis quantum ad

vos pertinet intendentes sitis & respondentes iuxta tenorem concessionum nostrarum predictarum, vos inde in aliquo infra eadem villam & suburbia nullatenus intromittentes, contra tenorem concessionum earundem. Teste Thoma filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Redyng, x die Ianuarii, anno regni nostri Anglie tricesimo tercio, regni vero nostri Francie vicesimo.[1]

114.

[The King forbids all ecclesiastical authorities in England to support John de Nortone, who has appealed from a decision of the court of the Chancellor of Oxford.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & Aquitannie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, officialibus, cancellariis, prepositis, sacristis, precentoribus, prebendariis in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, aduocatis, procuratoribus & omnibus aliis personis ecclesiasticis in quacumque dignitate vel officio constitutis, necnon notariis publicis & aliis quibuscumque ad quos presentes littere peruenerint salutem. Cum, inter cetera libertates & priuilegia Cancellario & Uniuersitati Oxonie tam per cartas progenitorum quondam regum Anglie quam per cartam nostram concessa, concessum sit eisdem quod Cancellarius eiusdem Uniuersitatis qui pro tempore fuerit habeat cognicionem omnium placitorum de transgressionibus & contractibus quibuscumque infra ipsam Uniuersitatem qualitercumque emergentibus, ubi altera pars est scolaris, ita quod si qui coram ipso Cancellario ad respondendum de huiusmodi transgressionibus seu contractibus postquam super hoc legitime fuerint citati venire neglexerint quod idem Cancellarius ipsos a dicta Uniuersitate bannire & alias contra eos per censuras ecclesiasticas procedere possit sicut in casibus huiusmodi fieri est consuetum, prout in cartis predictis plenius continetur, ac iam intellexerimus quod licet magister Nicholaus de Aston nuper Cancellarius dicte Uniuersitatis fratrem Iohannem de Nortone fratrem ordinis beate Marie de monte Carmeli Oxonie ad respondendum coram eo super quibusdam transgressionibus per ipsum Iohannem in eadem Uniuersitate contra pacem nostram

N. 24. June 16, 1362

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. Endorsed: 'Quod vicecomes & subvicecomes recipient iuramenta de obsernandis statutis'. This is on the Patent Roll of 33 Ed. III, part 3, memb. 4. The abstract given in the *Calendar of Patent Rolls* omits the point on which the endorsement lays emphasis.

factis iuxta potestatem regiam Cancellario eiusdem Uniuersitatis per libertates & priuilegia predicta per nos & dictos progenitores nostros pro inuiolabili pacis nostre conseruacione ac quiete & tranquillitate scolarium in dicta Uniuersitate studencium ut dicitur attributam fecerit euocari, idem tamen frater Iohannes coram eodem tunc Cancellario ad respondendum ibidem super premissis quamquam super hoc legitime fuerit premunitus venire contemptibiliter recusauit, super quo prefatus tunc Cancellarius contra ipsum fratrem rite procedens, ipsum propter manifestam rebellionem & inobedienciam suam iuxta dicta libertates & priuilegia & sui demeritum decreuit fore puniendum, idem frater ac quamplures alii machinantes execucionem decreti predicti callide impedire & libertates & priuilegia predicta eisdem Cancellario & Uniuersitate sic ut predicitur concessa maliciose impugnare, dictum tunc Cancellarium ac quosdam alios de Uniuersitate predicta ad respondendum in curia Cristianitatis tam infra regnum nostrum quam extra super hiis que per ipsos iuxta libertates & priuilegia predicta contra ipsum fratrem rite fiebant euocari fecerunt & super hoc citaciones, appellaciones, processus & notificaciones eorundem fecerunt & indies facere non desistunt in nostri contemptum & preiudicium ac legum & iurium corone nostre lesionem necnon libertatum & priuilegiorum predictorum adnullacionem manifestam, de quo quamplurimum conturbamur; Nos eadem libertates & priuilegia inuiolabiliter obseruare volentes & impugnatores eorundem debite cohercere, vobis & cuilibet vestrum prohibemus ne quicquam quod in nostri contemptum vel preiudicium aut legum, iurium, libertatum vel priuilegiorum predictorum eneruacionem vel dicti nuper Cancellarii occasione predicta dampnum cedere valeat attemptetis nec faciatis aliqualiter attemptari. Et si quid in contrarium per vos attemptatum fuerit id faciatis reuocari indilate. Teste me ipso apud Westmonasterium XVIII die Iunii anno regni nostri tricesimo sexto.[1]

115.

[The King forbids that there should be an appeal from the Chancellor's court to the Papal court.]

N. 28. June 16, 1367

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & Aquitannie

[1] With a fragment of the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is found on the Patent Roll of 36 Ed. III, part 2, memb. 44*d*. The deed is endorsed: 'Prohibicio domini regis contra citacionem Cancellarii uel procuratorum ad partes exteras pro execucione officii sui'.

archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, officialibus, cancellariis, prepositis, sacristis, precentoribus, prebendariis in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, aduocatis, procuratoribus, viris religiosis & omnibus aliis personis ecclesiasticis in quacumque dignitate vel officio constitutis, necnon notariis publicis & aliis quibuscumque ad quos presentes littere peruenerint salutem. Cum inter cetera libertates & priuilegia, Cancellario & Uniuersitati Oxonie tam per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Anglie quam per cartam nostram concessa, concessum sit eisdem quod Cancellarius eiusdem Uniuersitatis qui pro tempore fuerit habeat cognicionem omnium placitorum de transgressionibus & contractibus quibuscumque infra ipsam Uniuersitatem qualitercumque emergentibus ubi altera pars est scolaris, ita quod si coram ipso Cancellario ad respondendum de huiusmodi transgressionibus seu contractibus postquam super hoc legitime fuerint citati venire neglexerint, quod idem Cancellarius ipsos a dicta Uniuersitate bannire & alias contra eos per censuras ecclesiasticas procedere possit, sicut in casibus huiusmodi fieri est consuetum prout in cartis predictis plenius continetur; ac iam intellexerimus quod nonnulli Cancellarium & scolares Uniuersitatis predicte super libertatibus & priuilegiis predictis eis per nos & progenitores nostros concessis impugnare & libertates & priuilegia illa eneruare & ipsos Cancellarium & scolares extra regnum nostrum ad respondendum super aliquibus, que in derogacionem libertatum & priuilegiorum illorum manifeste cederent, trahere nituntur, in nostri contemptum & preiudicium manifestum; Nos volentes libertates & priuilegia predicta inuiolabiliter obseruari vobis & cuilibet vestrum prohibemus firmiter iniungentes ne quicquam quod in nostri contemptum vel preiudicium aut legum, iurium, libertatum vel priuilegiorum predictorum eneruacionem cedere valeat attemptetis, nec faciatis aliqualiter attemptari. Et si quid in contrarium per vos attemptatum fuerit, id faciatis reuocari indilate. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xvi die Iunii anno regni nostri quadragesimo primo.[1]

Per consilium Wallore.

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 41 Ed. III, part 1, memb. 13. In the *Calendar of Patent Rolls* the words which forbid the Chancellor to be summoned to the Papal court are omitted.

116.

[Grant for five years that the Chancellor of Oxford may signify to the Lord Chancellor the names of those he has excommunicated, that they may be arrested.]

N. 11. June 6, 1369

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Ut magistri & scolares Uniuersitatis nostre Oxonie suis studiis & scolasticis actibus vacent tranquillius & intendant & ipsi ac alii sub iurisdiccione Cancellarii dicte Uniuersitatis existentes eo vigilantius ab excessibus, offensis, contumaciis & iniuriis se abstineant committendis, quo premissa [1] nouerint propinquius punienda, de gracia nostra speciali concessimus quod Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit a die confeccionis presencium per quinquennium proximo sequens continue numerandum per litteras suas patentes Cancellario nostro Anglie pro tempore existenti significare possit & certificare de nominibus singulorum de iurisdiccione prefati Cancellarii Oxonie qui maioris excommunicacionis vinculo fuerint innodati & quod dictus Cancellarius noster Anglie qui fuerit pro tempore breuia nostra in Cancellaria nostra fieri & sub magno sigillo nostro consignari faciat pro capcione illorum de iurisdiccione predicta qui sic per dictum Cancellarium Oxonie fuerint excommunicati & per quadraginta dies perseuerarint in eadem ad significacionem siue certificacionem ipsius Cancellarii Oxonie supradictam prout ad significacionem & certificacionem episcoporum Anglie prefato Cancellario Anglie faciendam de excommunicatis auctoritate ipsorum episcoporum huiusmodi capiendis fit & fieri consueuit. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes per tempus predictum duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium vi die Iunii anno regni nostri quadragesimo tercio.[2]

Cotyngham.

117.

1376

The next document is undated, but there can be little doubt that it is of the year 1376. On Feb. 22, 51 Ed. III (i.e. 1377) the Bishop of

[1] Probably an error of the scribe for *commissa*; see the similar grant in 1379 (Archives, H. 14).

[2] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 43 Ed. III, part 1, memb. 4. Endorsed: 'Littera regis que dicitur Significauit pro excommunicatis capiendis'.

Lincoln gave a verdict on a dispute between the abbot of Oseney and the Town, the burgesses having claimed that the isle of Oseney was only a suburb of the town, and that they ought to have in Oseney all the franchises which they had in the town, while the abbot of Oseney claimed view of frank pledge and other privileges in his manor of south Oseney, and asserted that the houses on the *wara* (now Warham bank) were part of his manor. The verdict of the Bishop was that the abbot had all the manorial rights that he claimed, but that his boundary on the east side was not the Thames but the backwater, some 40 or 50 yards to the west of it, so that Warham bank, though it was the property of Oseney, was not part of the manor of Oseney, but was within the bounds of the town of Oxford. This award is preserved in the Cartulary of Oseney, and there can be no hesitation that the next deed is the case put before the bishop by the abbot of Oseney.

This deed, like others that are with it in Pix Y, was probably the private property of Twyne, having perhaps been obtained by him from among the Oseney deeds at Christ Church. In Twyne MS., vol. iv, p. 395, is a transcript he made 'out of the originall parchment rolle'; none of the transcripts from that volume are from the University Archives. In Twyne, vol. xxiii, p. 101, we learn that this roll or a duplicate of it was seen by Twyne among the Oseney deeds at Christ Church which were under the charge of Leonard Hutton, the Treasurer. Probably Hutton gave it to Twyne.

. . . . . euesq' de Nichole[1] **Y. 13.** [1376]

Par la ou le Meire et le comminalte Doxenford diount q' labbe de Oseneye ad tenuz un court de nouele en le [soil][2] notre seignur le Roi, quel soil est parcel de la vile Doxenford, et en la paroche de seint Thomas, labbe [dit] qil ne tient nul court sur le soil le Roi come luy est so*m*mys, mes il dit q' le lieu ou il tient sa court est parcel demeine, come le droit de sa esglise de notre dame de Oseneye et ne mie parcel de la ville ou suburbe Doxenford, mes il[3] dit qil est un lieu dedein un Isle appelle le Isle de Oseneye de quel Isle [iadis][4] fuist seisi un Robert Doyly, deins[5] quel isle dit Robert auoit court et leete et auxint il fut seisi del Chastel Doxenford et dez molyns south mesme le Chastel et de certein pree appelle Kyngesmede et dez plusours altres terres et tenementz; dedeinz quel Chastel fuist la

[1] The heading of the roll is illegible, except the last three words, which show that the case was tried before the bishop of Lincoln. There is a copy of this in Twyne, iv. 395.

[2] The edge of the deed is worn away.

[3] Perhaps *il* has been erased.

[4] This word is conjectural; the end of the line being worn away.

[5] From *deins* to *seisi* is added above the line.

esglise parochiale de seint George pur touz les tenaunts et resceauntz dedeinz la dite Isle et unqore est. Et issint il nad nul esglise parochiale de seint Thomas mes une chapelle ordeine dedeinz la dite Isle a eese de touz les parossiens a cause dune sege fait par le Roi Estevene sour Maud la Emperice q' eistoit dedeinz le dite Chastel, et par altres diuerses causes q' les ditz parossiens furount souent destourbez pur entrer en lour esglise parochiale pur auoir lour diuinez seruices. Et puis le dit Robert Doilly dona la moite del dit Isle par metes et boundes a un Roger Iuory ensemblement oue altrez terres & tenementz queux sount appellez ore le honour seint Walry, deinz quel moite del Isle done au dit Roger labbeye de Reallieu est foundu & ad illoeques court & lete de touz les tenauntz et resceauntz dedeinz mesme la moite saunz debate ou chalenge de ditz meire ou comminalte. Et le dit Abbe & ces predecessours & altres, q' estat ils ount, les ount ew. Et le dit Robert ordeina une collegie de certeinz chanouns seculers en la esglise dedeinz le chastel et les ordeina diuersez possessiouns pur lour sustenaunces a prier pur luy, ces ancestres, ces heirs & touz Cristianez, et moruist. Apres q' mort les ditz chastel, molyns et pree & laltre moite del Isle oue plusours altres terres et tenementz descenderount a Neel, frere et heir de dit Robert. Et de Neel descendy quanqe q'il auoit a Robert son fitz & heir; quel Robert ordeina et founda la maison de Oseneye dedeinz la moite del dit Isle, quele lieu a luy descendy apres la mort Neel son piere come apiert par lour chartre del fundacioun, et les dona quanqe qil auoit en la dite Isle oue plusours altres terres & tenementz ensemblement oue la esglise de seint George dedeinz le dit Chastel oue diuerses altres esglises et possessiouns, queles le primere Robert Doylly, son cosyn, auoit ordeine en perpetuite pur la sustenaunce dez dits chanoignez seculers oue totes maners fraunchises et libertes quels il auoit en la moite del Isle, ou la dite mason de Oseneye est foundu, et[1] aillours en totes possessiouns queux ils auoient de son doun; & voleit q' les chanoignez del dit collegie ordeinez en la esglise dedeinz le dit Chastel pur prier pur lour foundour, ces ancestres, ces heirs, et pur touz Cristianez fuisse chaunge en chanouns reulers en sa meson de Oseneye apres la mort dez ditz chanouns seculers, quels adonqes furount en le dite collegie a prier pur le dit Robert son cosyn en manere come desus est dit, et ceo par lassent & conferment notre seint piere lapostoille, les progenitours notre seignur le Roi, et les euesques q' adonqes furount, come le dit Abbe puit euidentement monstrer.

[1] The scribe absurdly begins a new sentence at this point.

Et issint apiert q' la moite del dite Isle par la fondacioun de la dite meson de Oseneye fait dedeinz et par le doun lour foundour q' les dona tote le remenaunt del dit Isle par tiels paroles, ' Quicquid meum est in prefata insula cum omnibus mansuris quas habui supra waram, que est de molendinis meis, et quicquid habui in burgo Oxenford uel in suburbio et ecclesiam sancti Georgii que sita est in castello Oxenford'; et puis Henry le fitz Robert le foundour de la dite meson de Oseneye conferma le doun son piere & outre ceo recitaunt ' Quicquid suum erat in prefata insula usque ad molendina de Castello Oxenford', et puis Henry le fitz le dit Henry par sa chartre conferma le doun Robert son ael par tiels paroles ' Scilicet de dono Roberti aui mei, qui prefatam ecclesiam fundauit, totam prefatam insulam de Oseneya cum omnibus mansuris que sunt de feodo meo supra waram in eadem insula, et decimaciones de molendinis meis que sunt iuxta Castellum Oxenford', le quel doun le Roi Henry le primere par sa chartre graunta & conferma par tiels paroles ' Sciatis me concessisse et confirmasse in perpetuam elemosinam donacionem quam Robertus de Olleio fecit ecclesie sancte Marie quam ipse fundavit in insula de Oseneya et canonicis ibidem deo seruientibus, quicquid suum erat in eadem insula et totam Etonam cum dominio suo preter molendinum, et infra burgum Oxenford homines et terras quas habuit in dominio suo cum sok et sak, tol et theem et infangthef, et ut ipsi et omnia tenementa et homines sui sint quieti de shiris, hundredis, wardis, Dengeld & omnibus placitis aliis exactionibus & querelis, excepto murdro et latrocinio probato'; et notre seignur le Roi q' ore est et ces progenitours puis le temps le Roi Henry le primere la chartre le Roi Henry le primere en especial ount ratifie & conferme, par quey y semble q' cel moite del Isle deinz quel la meson de Oseneye est foundu est si auaunt hors de la fraunchise Doxenford come est laltre moite del Isle en quele labbeie de Reallieu est foundu; qar nulle home purra founder une meson de religion en altri soil ne douer,[1] mes ceo qil auoit en possessioun; & issint par la fundacioun et le doun auaunditz est prouee q' ceo fust le soil lour foundour et ne mie le soil notre seignur le Roi.

Item apiert q' la dite moite del Isle est hors de la fraunchise Doxenford a cause q' notre seignur le Roi ad une title de droit en la uille Doxenford, lesse a feoferme, & une altre title en le patronage de la meson de Oseneye, en lez molyns de south le Chastel Doxenford, et en le pree appelle Kingesmede; qar notre seignur le Roi & ces

[1] The scribe has written ' domer'.

progenitours ount este seisi de tut temps de la uille Doxenford, ou de la ferme, come annex al coroune, & le dit patronage, molyns et pree notre seignur le Roi cleyme par la forfaiture dez Normans, quele forfaiture fuist en temps le Roi Henry le dareyne, besaiel notre seignur le Roy q' ore est[1]; et issint il semble q' la moite del Isle susdit ne puist en nulle manere estre dedeinz la fraunchise Doxenford.

Item labbe dit q' en touz altres lieus, ou ils ount terres ou tenementz del doun lour foundour, qil & ces predecessours ount ew lour courtez, letes, et quantq' a court & a letes apartient de tut temps saunz asqune manere debat en mesme la manere come il ore cleyme dauoir dedeinz la moite del Isle susdit; & issint apiert q' lour foundour auoit fraunchise en mesme la moite del Isle si auaunt come aillours, et par taunt il semble[2] q' la fraunchise ore en debate est la fraunchise labbe & ne mie la fraunchise le Meire et la comminalte Doxenford.

Item labbe dit q' touz les tenantz des maners ou de altres terres et tenementz queux furount a asqune temps a lour foundour ou a Roger Iuori ount fraunchise dauoir lour courts & letes a tenir, & de tut temps ils & altres q' estat ils ount, ount ew, come euidentement puist estre monstree.

Item labbe dit qil et ces predecessours de tut temps ount ew vewes & courtes a tenir dedeinz la dite moite del Isle come desus est dit et ceo est il prest daverer solonc ceo q' ley et resoun demaunde; et en euidence de ceo le dit abbe ad chartres, roules dez courtez et des vewez et roules daccomptes et altres diuerses remembraunces & euidences queux il sera prest a monstrer; et auxint par tesmoignaunce des plusours bones & leals gentz et de bone conuersacion q' ount este a les ditz courtez & letez tenuz par lez ministrez le dit abbe et cez predecessours en temps passe, & vew & conuz[3] executiouns estre faitez des ditez courtez et letez par les ministres susditz.

Et quant a ceo q' le meire et la comminalte diount q' les tenauntz et resceauntz dedeinz la dite moite del Isle duissent uenir a lour Gyldhall Doxenford totes choses presentables a lete dez trespacez faitez dedeinz la dit moite de dit Isle, labbe dit q' ceo ne fuist unques fait mes par coviene & consent dez asquns de la uille Doxenford & dez asquns des tenauntz & resceauntz dedeinz la dite moite del Isle, & ceo ore tard,[4] q' furount en la fraunchise et en le gylde Doxenford, et

[1] The words from *cleyme* to *est* have been scratched out, and corrected to 'ad par altre title'. *Besaiel* means *great-grandfather*.

[2] For *il semble* the scribe wrote *est prouee* at first.

[3] 'Have seen and known executions done'.

[4] 'Just lately'.

auxint asqune foithe par force & manace fait par lez ministrez de la dite uille as asquns dez tenauntz & resciauntz dedeinz la dite moite del Isle, quels furount fait uenir a la Gyldhall pur presenter illoeqes, & ceo malement & non resonablement pur toller[1] & ouster la dite meson de Oseneye de son droit.

Et quant a ceo q' le meire et le comminalte diount q' les tenauntz et resceauntz dedeinz la dite moite del Isle par la ou la meson de Oseneye est foundu duissent estre contributories de scot & lot et de paier dismes au Roi, aydes, douns & altres taillages come altrez burgeis fount q' sount de la uille Doxenford a eux & ouesq' eux, labbe dit quant a tous taillages, estre[2] lez dismes, ceo nest mie a cause de lour tenure, ne unqes ne fuist; einz[3] a la foithe ad este fait par force et makement[4] des asquns ministres de la dite uille et par lassent et covine dez asquns dez tenauntz & resceauntz dedeinz la dite moite del Isle q' furount de la franchise et del gylde Doxenford q' ne poent en nulle manere denyer destre contributories au meire & a la comminalte par cause de lour serment qils fount quant ils entrount en lour franchise et gylde.

Et quant a paiement dez dismes quant eux sont grauntez a notre seignur le Roi, labbe dit q' la paroche del esglise de seint George dedeinz la chastel est a une certaine summe assis de aunciene temps come piert par lez roules notre seignur le Roi de sa Escheker, quele summe ils paient as quilours[5] del counte par lour mainz demeyne[6], et ceo puist estre montre par plusours acquitauncez ent[7] a eux faitez; et si en altre manere eiount paiez, ceo fuist par duresse et par force encontre lour gree & voluntee.

Item quant a ceo q' le meire et la comminalte diount q' asquns dez tenauntz demorauntz en la dite paroche de seint George ount este Baillifs, chamburleyns & altres officers de la dit uille, labbe dit qil nyauoit unqes nulle officer chamburleyn ne baillif en la uille Doxenford dez tenauntz & resceauntz dedeinz la dite moite del Isle, estre[8] un William Dyer qi fuist iuree a la fraunchise & al gylde Doxenford, et issint fuist il officer en la uille a cause de la fraunchise qil auoit illoeqes et rien a cause de sa tenure. Et auxint il semble q' la matiere susdit ne puist faire euidence a meire et la comminalte a meynetenir lour chalenge; qar bien ad oie dire q' asquns[9] tenauntz demuranz dedeinz

[1] 'Deprive'; s. v. *toler*, Godefroy.
[2] 'Except'.
[3] 'Rather on some occasions', s. v. *ains*, Godefroy.
[4] 'Machination'.
[5] 'Collectors'.
[6] 'Own'.
[7] 'Thereof'.
[8] 'Except'.
[9] 'One has no doubt heard say'; the MS. reads *lien*.

le hundred dehors la port de North Doxenford ount este meires en la uille Doxenford & altrez officers; & ceo ne purra en nulle manere estre a cause de lour tenaunce; qar le dit hundred est tut oultrement hors de lour iurisdiction & franchise; & ceo puist homme bien sauoire par tant q' le dit hundred fuist long temps en les mayns des progenitours notre seignur le Roy apres ceo q' la uille Doxenford fuist lesse a feoferme; et puis le dit hundred par asquns des progenitours notre seignur le Roi fuist lessee a feoferme oue totes maners fraunchises q' a dit hundred apartient oue retourn de tous maners dez brefs,[1] & ount coroners de eux mesmes, chatels dez futifs & dez feluns aprendre par les mainz les ministres del dit hundred en mesme la manere come lez ministres des progenitours notre seignur le Roi fyrount en temps quant il fuist en lour mayns demene. Et issint est prouee q' les tenantz del hundred q' furount meirez Doxenford q' ceo fuist a cause de lour franchise & rien a cause de lour tenaunce del hundred; qar le Roi qi retient en sa mayn demeine le hundred, deinz quel hundred il auoit son houstel, apres ceo qil auoit lesse la uille Doxenford a feoferme, il ne fuist mie sa entencion q' les ministres de la uille Doxenford deueroient auoir iurisdiction sour luy deinz son dit hundred, ni par consequens sour altres q' ount son estat.

Item quant a ceo q' le meire et la comminalte diount q' lez tenauntz en la dite paroche de seint George ount este pledables & enpledes, deuisables et deuisez & lour testamentz prouez en lour court de Gyldhalle, labbe dit qil ne conust unqes asquns tenauntz de la dite isle estre pledables ne enpledez, deuisables ne deuises, ne testamentz prouetz deuaunt meire et bailiffs come ils diount; et si asquns diount este, ceo ne fuist mes de ceux q' ount este en lour franchise et ceo malement & encontre reson et saunz garaunt; quele chose labbe espoire q' luy ne deit preiudicer ne damager.

Item quant a ceo q' le meire & la comminalte diount q' larouns ount este pris dedeinz la dite moite del Isle oue maynoeuere & amenez a la Gyldhall & illoeqes deuaunt meire et baillifs iuges et dampnez, labbe dit qil ad dedeinz la dite moite del Isle infangenthef, come piert par chartres notre seignur le Roi et ces progenitours; et dit outre q' la paroche de seint George est entierment hors de la franchise Doxenford come desus est declares. Issint sils dampnerount asqune homme deuaunt eux pur felonie faite hors de la fraunchise, ils enpristrount sour eux altre power qils nauoient; de qei, si ensy soit,

[1] At this point the word ' vac ' is inserted, perhaps to indicate that the rest of the paragraph is to be omitted.

ils puissent oier en temps auenir. Et[1] estre ceo, labbe dit qil ad tiel fraunchise en sa moite del Isle de attacher et arestier tous maners felouns q' ount faitz felonie q' sount suspecinouse[2] ou enditez de felonie trouez illoeqes de les prendre et retiner par treis iours, et apres les treis iours adonqes les maunder a gaole dedeinz le chastel notre seignur le Roy Doxenford. Et, si suite soite fait par appel de felonie dedeinz la moite del dit Isle dauoire asqune pris oue mainoeuere, adonqes lez ministres le dit Abbe orrount lappel et le terminerount come de tut temps ad este fait.

Item quant a ceo q' le meire et la comminalte diount q' touz auenturs auenir dedeinz la dite moite del Isle et dedeinz labbeye sount presentables deuant les coroners de la uille Doxenford, labbe dit q' lez coroners de la uille Doxenford nount rien a faire dedeinz la dite moite del Isle, dedeinz quele la meson de Oseneye est fonduz; qar il est entierment hors de la iurisdiction et fraunchise Doxenford, dedeinz quel lieu nulles altres coroners q' les coroners notre seignur le Roi del countee ne duissent, ne ne deueroient, medler. Et, si les coroners de la uille eiount rienz medles illoeqes, ceo ad este extorcinousement fait et encountre ley et resoun.

Item quant a ceo q' le meire et la comminalte diount q' touz trespacez, couenauntz, contractes & tous altres plees touchaunz court de Baroun, sourdauntz dedeinz la dite moite del Isle, ount este pledez & terminez en lour Gyldhall, labbe dit qil est seignur del lieu auauntdit, & qil & ces predecessours ount ew illoeqes lour courtz, atenir de treis symaignes en treis simeins a lour volunte, et auxint letes, come desus est dit; & qil & ces predecessours de tut temps ount ew conisaunce de touz maners trespaces, couenantz, contractez & touz maners altres pleez touchauntz court de Baron illoeqes sourdaunz saunz ceo q' le dit meire & comminalte ount illoeqes asqune iurisdiction ou franchise. Et si asquns eiount este enpledez en la Gildhall de chose fait en le lieu susdit, & ne voleient chalenger & pleder a la iurisdiction, ceo fuist lour defalte; quele defalte ne toudra[3] mie iurisdiction al Abbe, mes est a luy un tort fait. Et ceo apiert bien par tant q' lez executiouns dez tous maners dez brefs notre seignur le Roi touchauntz la moite del Isle susdite sount executories par la Viscounte & ces ministres & par nullez altres, & issint ad este tut temps usee & fait; & par tant est prouee q' ceo est hors de la uille Doxenford.

Item quant a ceo q' le meire & la comminalte diount qils ount ew

[1] From this point to the end of the paragraph has been scratched out.

[2] *suspeccioneux*, 'suspect', Godefroy.

[3] 'Deprive', fut. of *toler*.

lassisse de payn & de ceruoise dedeinz la dite isle, si bien come en la uille, quant lassise estoit en lour mayns, & q' ore ad ensy le Chaunceler de la Uniuersite, labbe dit q' lez ditz meire & comminalte, ne Chaunceler de la Uniuersite, nount rienz a faire dedeinz la dite moite del Isle de medler dassisse de payn & de ceruoise, ne unqes nauoient, mes par duresse de destressez & torcinousez [1] censures & par manace ount a la foithe leuez argent de lez tenantz, resceaunz dedeinz la dite moite del Isle malement et non resonablement, et ceo labbe est prest dauerer solonc ceo q' resoun demande.

Item quant a ceo q' lez ditz meire & comminalte diount q' labbe & ces predecessours de tut temps ount este suytours a lour [court] [2] de Gildhall a cause de lour tenaunce de la dite isle, labbe dit q' si ascun suyte ad este fait, ceo est soulement a cause des tenementz qil ad dedeinz les murez de la dite uille Doxenford, & non pas a cause des tenementz susditz.

Item quant a ceo q' le maire & la comminalte diount q' labbe ad este taille pur sa tannerie marchaundisable, usee par ces seruauntz dedeinz le dit abbeye oue altres burgeis de la uille, labbe dit qen temps des asquns [3] des predecessours fuist chalenge dauoir les predecessours le dit abbe traillable oue les Burgeis de la uille; sour quele chalenge plee fuist moew en la court notre seignur le Roi, & a mesme le temps, par agard de mesme la court, labbe fuist outrement descharge com il puist auerer par record.

Item quant a ceo q' le meire & la comminalte diount qil y ad une lieu appelle Oxenford, de quel lieu la uille prent son noun, est parcel de la dite uille, labbe dit q' le dit lieu est dedeinz la franchise & le seignurie del hundred de Northyate & ne mye de la uille Doxenford, ne de lour franchise.

Item quant a ceo q' le meire & la comminalte diount q' dela Oseneye sount plusours dez preez dez plusours burgeis Doxenford queux sount parcell de la dite uille, labbe dit q' touz lez preez aderere Oseneye en la counte Doxenford sount dedeinz la franchise del hundred de Northyate forspris une pree appelle Kyngesmede, quel pree notre seignur le Roi ad lessee a ferme a Ric' Forster ensemblement oue une dez molyns del chastel Doxenford, quels molyns et pree furount en lez mayns le foundour de la dite meson de Oseneye, & puys deuyndrent en les mayns des progenitours notre seignur le Roy par la

[1] 'But by force of distresses and extortionate censures and by menace have sometimes', &c.

[2] This word has been omitted by the scribe.

[3] 'Some of the predecessors'.

forfaiture dez Normans, come desus est dit, et nient parcel de lour feeferme, come desus est dit.

Item quant a les boundez de la uille Doxenford q' lez meire & comminalte ount monstree[1] estre de la dite uille Doxenford, labbe dit q' dedeinz les boundes susditz labbesse de Godestowe en Walton, le Priour de seint Fredeswyde en Bunseye, le Gardein de Mertonhall en Haliwell, le seignur del hundred de Northyate, labbe de Reallieu en la moite del Isle de Oseneye & labbe de Oseneye en Walton & en sa moite del Isle susdite ount seueralment en lez lieuz susditz seignurie & franchise, cest assauoir courtes & letes de tous lour tenantz et resceaunz en lez places susditz; & issint ount ew ils & tous lour predecessours & auncestres & tous altres q' estat ils ount de tut temps dount il ny ad memorie, & nient attendaunt a la uille a cause des tenementz susditz, ne de droit ne deuoient estre, saunz ceo[2] q' le meire & la comminalte susditz ount ew en les uilles et isles susditz, letes ou courts; et issint il semble q' les lieus susditz ne puissent en nulle manere estre parcel de la uille.

118.

[Letters Patent appointing the Chancellor to levy in Oxford the ecclesiastical subsidy that had been voted by the Southern Convocation.]

N. 9. May 6, 1377

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilecto sibi in Cristo Cancellario Uniuersitatis nostre Oxonie seu eius commissario vel vicem gerenti ac procuratoribus eiusdem Uniuersitatis salutem. Sciatis quod cum venerabilis pater Simon archiepiscopus Cantuariensis tocius Anglie primas ac ceteri prelati & clerus Cantuariensis prouincie in conuocacione prelatorum & cleri dicte prouincie in ecclesia sancti Pauli London' ultimo celebrata propter saluacionem status uniuersalis ecclesie Anglicane ac regni nostri Anglie necessariam defensionem certum subsidium subscriptum a personis ecclesiasticis dicte prouincie quibuscumque clericali caractere insignitis, exemptis & non exemptis, priuilegiatis & non priuilegiatis citra festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste proximo futurum sub certis modo & forma subscriptis soluendum nobis concesserunt, videlicet quod singuli prelati dicte Cantuariensis prouincie & quelibet persona ecclesiastica eiusdem

[1] As given in Bodl. Oxf. Charter no. 133
[2] 'Without that' = 'I deny that'.

prouincie qualitercumque beneficiata, exempta & non exempta, priuilegiata & non priuilegiata, necnon singuli abbates, priores, abbatisse, priorisse, monachi, canonici, moniales, canonisse & singuli alii regulares quicumque cuiuscumque ordinis aut condicionis existant Cantuariensis prouincie supradicte quouismodo possessionati, quatuor ordinibus mendicancium dumtaxat exceptis, tres grossos aut duodecim denarios persoluerent, quodque quelibet persona ecclesiastica minime beneficiata Cantuariensis prouincie antedicte videlicet quilibet sacerdos, diaconus, subdiaconus, accolitus & primam optinens tonsuram clericalem ac quelibet persona hospitalium possessiones habencium cuiuscumque sexus unum grossum siue quatuor denarios persolueret indistincte, dumtamen dicte persone quartumdecimum etatis sue annum excedant & mendicantes euidenter non existant, a quibus noluerunt aliquid peti ea occasione aliqualiter vel persolui, ita quod omnes & singule persone antedicte in collectis clericorum ea occasione faciendis habeantur tantummodo & eciam numerentur & a collectis laicorum cum persone ecclesiastice & priuilegiate existant habeantur penitus alieni; Nos volentes de dicto subsidio in dicta Uniuersitate iuxta concessionem predictam responderi prout decet, assignauimus vos ad dictum subsidium in Uniuersitate predicta de singulis personis antedictis eiusdem Uniuersitatis iuxta formam concessionis predicte leuandum, colligendum & recipiendum ad opus nostrum; ita quod nobis de subsidio predicto citra terminum predictum respondeatur. Et ideo uobis mandamus quod colleccionem & leuacionem subsidii predicti in Uniuersitate predicta de singulis personis antedictis eiusdem Uniuersitatis iuxta formam dicte concessionis sine dilacione & difficultate aliqua faciatis & nobis de huiusmodi subsidio citra terminum predictum respondeatis in forma supradicta. Et hoc sicut nos & honorem nostrum ac saluacionem ecclesie & regni predictorum diligitis nullatenus omittatis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vi die Maii anno regni nostri Anglie quinquagesimo primo, regni vero nostri Francie tricesimo octauo. Faryngtone.

Per ipsum regem & consilium.[1]

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is not on the Patent Roll of 51 Ed. III.

119.

[A charter of Inspeximus of the privileges of the University.]

Ricardus, dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, balliuis, ministris & aliis fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam confirmacionis quam dominus E. nuper rex Anglie, auus noster, fecit in hec uerba:— Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie [&c. as in No. 105 of Nov. 20, 1356 . . .] Francie decimo septimo. Inspeximus eciam quasdam alias litteras patentes eiusdem aui nostri in hec uerba:—Edwardus [&c. as in No. 104 of July 16, 1356 . . .] Francie decimo septimo. Inspeximus insuper quasdam alias litteras patentes eiusdem aui nostri in hec uerba:—Edwardus [&c. as in No. 112 of Jan. 10, 1359 . . .] decimo nono. Nos autem concessiones, ordinaciones, libertates, iurisdicciones & confirmaciones ac omnia & singula in carta & litteris predictis contenta quatenus dictos cancellarium, magistros, scolares & Uniuersitatem Oxonie dumtaxat concernunt rata habentes & grata ea pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est dilectis nobis nunc cancellario, magistris & scolaribus dicte Uniuersitatis & eorum successoribus imperpetuum ibidem commorantibus & commoraturis de gracia nostra speciali ac de assensu consilii nostri approbamus, ratificamus & tenore presencium concedimus & confirmamus sicut carta & littere predicte rationabiliter testantur. Preterea ex uberiori gracia nostra de assensu consilii nostri concessimus eis pro nobis & heredibus nostris & hac carta nostra confirmauimus quod licet iidem cancellarius, magistri & scolares vel eorum predecessores libertatibus, quietanciis, priuilegiis & iurisdiccionibus in carta & litteris predictis contentis vel aliqua eorum aliquo casu emergente hactenus plene usi non fuerint, ipsi tamen & eorum successores omnibus & singulis libertatibus, quietanciis, iurisdiccionibus & priuilegiis predictis sibi ut predictum est concessis absque impedimento nostri vel heredum nostrorum, iusticiariorum, escaetorum, vicecomitum aut aliorum balliuorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque exnunc plene gaudeant & utantur imperpetuum. Hiis testibus, venerabilibus patribus S. Cantuariensi archiepiscopo tocius Anglie primate, A. Meneuensi cancellario, Th. Exoniensi thesaurario nostris, Th. Karliolensi & R. Saresbiriensi episcopis, Iohanne rege Castelle & Legionis,

Long Box 1. July 20, 1378

duce Lancastrie, Edmundo comite Cantebrigie auunculis nostris carissimis, Edmundo de Mortuo Mari, Marchie, Ricardo Arundellie & Willelmo de Monte Acuto Saresbirie comitibus, Henrico Lescrope, Ricardo de Stafforde, Ricardo Lescrope senescallo hospicii nostri & aliis. Dat' per manum nostram apud Westm' vicesimo die Iulii anno regni nostri secundo. Per breue de privato sigillo.[1] Waltham

120.

[Writ to the Chancellor and Proctors of the University that the Friars Preachers shall not be hindered in their scholastic acts.]

H. 7. May 30, 1379

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis sibi Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis Oxonie & eorum loca tenentibus salutem. Supplicarunt nobis magister Regens ac uniuersi bacallarii & scolares ordinis predicatorum Uniuersitatis predicte ut, cum nuper per litteras nostras patentes ad instantem prosecucionem ipsorum fratrum in parliamento nostro apud Gloucestriam tento factam de auisamento consilii nostri concesserimus quod iidem fratres & eorum quilibet in hiis que regimen, iurisdiccionem, constituciones ac regulam ordinis sui predicti concernunt, prout in ordine suo iuxta constituciones & regulam eiusdem racionabiliter usitatum fuisset, libere prosequi, facere, & excercere valerent, prout sibi & eorum cuilibet melius pro gubernacione ordinis predicti iuxta racionabiles constituciones & regulam eiusdem videretur expedire, & quod pretextu alicuius prohibicionis seu alterius mandati in contrarium ante factorum de premissis nullatenus impedirentur, molestarentur in aliquo seu grauarentur, ac nonnulli fratres ordinis predicti a suis actibus & gradibus scolasticis in Uniuersitate predicta pretextu cuiusdam littere de priuato sigillo ad sinistram procuracionem quorundam emulorum suorum impetrate & vobis directe adiu impediti extiterint & adhuc existunt indebite & iniuste, ut accepimus, velimus eis de remedio prouidere oportuno; Nos ad concessionem nostram predictam consideracionem habentes ac laudabile propositum scolarium in Uniuersitate predicta studencium promouere cupientes, vobis mandamus quod ab huiusmodi impedimentis & grauaminibus eisdem fratribus ibidem studentibus decetero

[1] With the royal seal, attached by silk cords, pink and green. This is in the *Calendar of Charter Rolls*, vol. v, p. 247.

inferendis penitus desistentes, ipsos fratres ad gradus & actus suos scolasticos secundum consuetudinem & statuta Uniuersitatis predicte ac consuetudinem ordinis predicti admittatis & admitti permittatis, mandato nostro predicto vobis inde directo non obstante. Teste me ipso apud Westmonasterium xxx die Maii anno regni nostri secundo.[1]

Faryngtone

121.

[Letters Patent that for five years the Chancellor of Oxford may obtain from the King's Chancery a writ *de excommunicato capiendo.*]

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Ut magistri & scolares Uniuersitatis nostre Oxonie suis studiis & scolasticis actibus vacent tranquillius & intendant & ipsi ac alii sub iurisdiccione Cancellarii dicte Uniuersitatis existentes eo vigilancius ab excessibus, offensis, contumaciis & iniuriis se abstineant committendis, quo commissa nouerint propinquius punienda, de gracia nostra concessimus speciali quod Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit a die confeccionis presencium per quinquennium proximo sequens continue numerandum per litteras suas patentes [&c. as in No. 116 . . .] et fieri consuevit. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes per dictum quinquennium duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium xxv die Iunii anno regni nostri tercio. H. 14. July 25, 1379

Waltham[2]

122.

[Writ to the Sheriff to aid the Chancellor in arresting malefactors in the neighbourhood of Oxford.]

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie vicecomiti Oxonie salutem. Quia intelleximus quod quidam malefactores & pacis nostre perturbatores tam scolares quam alii pro transgressionibus & excessibus enormibus apud Oxoniam & infra H. 15. July 25, 1379

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Close Roll; see *Cal. of Close Rolls*, p. 189.

[2] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 3 Ric. II, part 1, memb. 43.

metas & bundas Uniuersitatis eiusdem ville ante hec tempora banniti iam diuersos malefactores & pacis nostre perturbatores ad se attrahentes & diuersas alligaciones & confederaciones illicitas facientes in passibus, boscis, biuiis & quadriuiis & aliis locis suspectis ibidem hominibus insidiantes[1] tam de nocte quam de die vi armata vagantur & discurrunt, scolares ac alios verberantes & vulnerantes & bona & catalla diuersorum hominum capientes & asportantes & alia mala quamplurima perpetrantes, ad quorum castigacionem & punicionem Cancellarius Uniuersitatis predicte non sufficit nisi aliter ad hoc brachium seculare apponatur; Nos affectantes tranquillitatem & quietem scolarium Uniuersitatis predicte & aliorum ad eandem villam confluencium ac aliorum ibidem degencium conseruari & malicie dictorum malefactorum & bannitorum obuiare, & ad punicionem eorundem manum nostram volentes apponere adiutricem, tibi precipimus quod eidem Cancellario ad insequendos, arestandos & capiendos dictos malefactores & bannitos cum per ipsum super hoc ex parte nostra fueris requisitus intendens sis, consulens & auxilians, ut idem Cancellarius huiusmodi malefactores sic arestatos castigare & punire valeat iuxta libertates & priuilegia Uniuersitatis predicte. Taliter te habeas in hac parte quod non possis super aliqua neccligencia reprehendi, per quod materiam habeamus ad te grauiter capiendi. Teste me ipso apud Westmonasterium xxv die Iunii anno regni nostri tercio.[2]

Waltham.

123.

[Writ of the King to all his officials that the Chancellor shall have the jurisdiction which was confirmed to him by the charter of July 20, 1378.]

H. 4. Jan. 28, 1380

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie uniuersis & singulis iusticiariis, vicecomitibus, maioribus, balliuis, ministris & aliis fidelibus suis ad quecumque officia in comitatu Oxonie infra libertates & extra exequenda & facienda assignatis & assignandis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Cum inter ceteras libertates & quietancias Cancellario & Uniuersitati Oxonie per cartas & litteras progenitorum nostrorum quondam regum Anglie concessas

[1] insidantes, MS.

[2] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. The deed is endorsed: 'Carta ad capiendos bannitos'. This is printed in *Foedera*; see also *Cal. of Close Rolls*, p. 258.

concessum sit eisdem quod in causis clericorum ex mutuis datis aut receptis aut taxacionibus seu locacionibus domorum aut equis conductis, venditis seu commodatis seu pannis & victualibus seu aliis quibuslibet rerum mobilium contractibus in villa Oxonie & suburbiis eiusdem ortum habentibus prohibicio regia nequaquam currat nec locum habeat set cause huiusmodi coram Cancellario Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit vel eius commissario siue locum tenente, non obstantibus huiusmodi prohibicionibus regiis, perpetuo decidantur, et quod Cancellarius Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit habeat cogniciones quarumcumque transgressionum infra predictam villam factarum, ubi clericus fuerit una parcium, exceptis placitis de morte hominis & de mahemio, & quod de balliuis nostris cognoscat qui aliter se gerunt in officio suo quam facere debent, & si iidem balliui per Cancellarium se senciant grauatos veniant ad curiam nostram & ibidem iusticiam habebunt, et nos concessiones predictas per cartam nostram confirmauerimus, & insuper concesserimus per eandem cartam nostram quod licet predictus Cancellarius ac magistri & scolares Uniuersitatis predicte vel eorum predecessores libertatibus & quietanciis in dictis cartis & litteris contentis vel aliqua earundem aliquo casu emergente hactenus usi non fuerint, ipsi tamen & eorum successores libertatibus & quietanciis illis & earum qualibet decetero plene gaudeant & utantur, prout in cartis & litteris concessionum & confirmacionis nostre predictarum plenius continetur, vobis mandamus quod ipsos Cancellarium, magistros & scolares libertatibus & quietanciis predictis & earum qualibet absque impedimento aliquo uti & gaudere permittatis iuxta tenorem cartarum & litterarum concessionum & confirmacionis nostre predictarum ipsos contra tenorem earundem non molestantes in aliquo seu grauantes. Teste me ipso apud Westm' xxviii die Ianuarii anno regni nostri tercio.[1] Waltham

124.

[Letters Patent remitting to the Scholars of the University the payment of a groat a head, due from them according to the subsidy voted by Parliament.]

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod H. 8. Feb. 6. 1380

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. See *Cal. of Close Rolls*, p. 282.

de gracia nostra speciali & de assensu prelatorum & magnatum nobis in parliamento nostro assistencium perdonauimus & remisimus omnibus & singulis scolaribus Uniuersitatis Oxonie, qui iuxta formam concessionis cuiusdam subsidii nobis per clerum Cantuariensis prouincie in parliamento nostro apud Westmonasterium ultimo tento concessi singulariter grossos & non plus soluere deberent, porciones suas ipsos inde contingentes, & ipsos de huiusmodi grossis exoneramus & quietamus per presentes; prouiso tamen quod beneficiati, religiosi possessionati, & omnes alii de clero Uniuersitatis predicte qui maiores summas virtute concessionis subsidii predicti soluere tenentur porciones suas de eodem subsidio nobis fideliter soluant, ut est iustum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vi die Februarii anno regni nostri tercio.

Waltham

Per peticionem de parliamento.[1]

125.

[Letters Patent appointing commissioners, among whom are the Chancellor and the Mayor, to enforce divers statutes.]

H. 18. June 2, 1380

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis & fidelibus suis Cancellario Uniuersitatis Oxonie & eius vices gerenti in absencia ipsius Cancellarii, Roberto Tresilian, Dauid Hanemere & Willelmo Coteshale salutem. Sciatis quod assignauimus vos coniunctim & diuisim ad pacem nostram necnon ad statuta apud Wynton', Norht', & Westmonasterium pro conseruacione pacis eiusdem edita in omnibus & singulis suis articulis in villa nostra Oxonie & suburbiis eiusdem custodiendum & custodiri faciendum, et ad omnes illos quos contra formam statutorum predictorum delinquentes inueneritis castigandum & puniendum, prout secundum formam statutorum eorundem fuerit faciendum, et ad omnes illos qui aliquibus de populo nostro de corporibus suis vel de incendio domorum suarum minas fecerint ad sufficientem securitatem de pace & bono gestu suo erga nos & populum nostrum inveniendum coram vobis venire, et si huiusmodi securitatem inuenire recusauerint tunc eos in prisonis nostris

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 3 Ric. II, part 2, memb. 33.

quousque huiusmodi securitatem inuenerint saluo custodiri faciendum. Assignauimus eciam vos & duos vestrum iusticiarios nostros ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de villa & suburbiis predictis, per quos rei veritas melius sciri poterit, de quibuscumque latrociniis notorie vel aperte ac mahemiis & hominum interfeccionibus per insidias vel per maliciam precogitatam ac murdris & aliis feloniis, transgressionibus, forstallariis, regratariis & extorsionibus in villa & suburbiis predictis per quoscumque & qualitercumque factis siue perpetratis & que exnunc ibidem fieri continget, et etiam de omnibus illis qui in conuenticulis contra pacem nostram & in perturbacionem populi seu vi armata ierint vel equitauerint seu exnunc ire vel equitare presumpserint, et eciam de hiis qui in insidiis ad gentem nostram mahemiandum vel interficiendum iacuerint & exnunc iacere presumpserint, et eciam de hiis qui capiciis & alia liberatura de unica secta per confederacionem & pro manutenencia contra defensionem ac formam ordinacionum & statutorum inde ante hec tempora factorum usi fuerint & aliis huiusmodi liberata imposterum utentibus; ac eciam de hostelariis & aliis qui in abusu mensurarum & ponderum ac in vendicione victualium et eciam de quibuscumque operariis, artificibus & seruitoribus & aliis qui contra formam ordinacionum & statutorum pro communi utilitate regni nostri Anglie de huiusmodi operariis, artificibus, seruitoribus, hostelariis & aliis inde factorum deliquerint vel attemptauerint in villa & suburbiis predictis vel exnunc delinquere vel attemptare presumpserint, et ad processus versus omnes quos de feloniis huiusmodi contigerit indictari, quousque capiantur, reddantur vel utlagentur faciendum, et ad latrocinia, mahemia, interfecciones & murdra predicta ac ea omnia & singula per huiusmodi conuenticula contra pacem nostram & in perturbacionem populi nostri et eciam ea que per huiusmodi insidias ad gentem nostram mahemiandum vel interficiendum & ea eciam per usum huiusmodi capiciorum & aliarum liberaturarum per confederacionem & pro manutenencia sicut predictum est attemptata fuerint & attemptari contigerit, ac transgressiones & forstallarias predictas ad sectam nostram tantum ac extorsiones & regratarias predictas & omnia alia que per huiusmodi hostelarios & alios in abusu mensurarum & ponderum ac in vendicione victualium & omnia alia que per huiusmodi operarios, artifices & seruitores contra formam ordinacionum & statutorum predictorum seu in eneruacionem eorundem in aliquo presumpta vel attemptata fuerint tam ad sectam nostram quam aliorum quorumcumque coram vobis pro nobis vel pro se ipsis conqueri vel prosequi volencium audiendum & terminandum et

ad eosdem operarios, artifices & seruitores per fines, redempciones & amerciamenta & alio modo pro delictis suis prout ante ordinacionem de punicione corporali huiusmodi operariis, artificibus & seruitoribus pro delictis suis exhibenda factam fieri consueuit castigandum & puniendum secundum legem & consuetudinem regni nostri Anglie ac formam ordinacionum & statutorum predictorum; prouiso semper quod si casus difficultatis super determinacione extorsionum huiusmodi coram vobis euenire contigerit, quod ad iudicium inde nisi in presencia unius iusticiariorum nostrorum de uno vel altero Banco aut iusticiariorum nostrorum ad assisas in comitatu Oxonie capiendas assignatorum coram vobis minime procedatur. Assignauimus eciam vos & duos vestrum iusticiarios nostros ad felonias predictas, quarum determinacio superius declarata non existit, audiendum & terminandum secundum legem & consuetudinem predictas ac formam ordinacionum & statutorum supradictorum. Et ideo vobis & cuilibet vestrum mandamus quod circa custodiam pacis & statutorum predictorum diligenter intendatis et ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ad hoc prouideritis inquisiciones super premissis faciatis & premissa omnia & singula audiatis & terminetis ac modo debito & effectualiter expleatis in forma supradicta, facturi inde quod ad iustic*iam* pertinet secundum legem & consuetudinem regni nostri Anglie; saluis nobis amerciamentis & aliis ad nos inde spectantibus. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus predicti quod ad certos dies & loca quos vos vel duo vestrum ei scire facietis venire faciat coram vobis & duobus vestrum tot & tales probos & legales homines de villa & suburbiis predictis per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit & inquiri, & insuper vobis & cuilibet vestrum super salua custodia pacis & statutorum predictorum pareat & intendat, quando & prout per vos vel aliquem vestrum fuerit super hoc ex parte nostra racionabiliter premunitus. Nolumus tamen quod vos, prefati Roberte, Dauid & Willelmus [*sic*] de aliquibus de quibus Cancellarius Uniuersitatis predicte solus virtute libertatum Uniuersitatis ville predicte per nos & progenitores nostros concessarum cognicionem habere debet colore presentis commissionis nostre in aliquo vos intromittatis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium secundo die Iunii anno regni nostri tercio. Martyn

Per ipsum regem & consilium [1]

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. On the strip is written 'Villa Oxon'. This is on the Patent Roll of 3 Ric. II, part 3, memb. 12 *d*.

126.

[Writ to the Mayor and Bailiffs to arrest malefactors on the warning of the Chancellor.]

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie maiori & balliuis ville Oxonie salutem. Ex graui querela Cancellarii & scolarium Uniuersitatis ville predicte per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam intelleximus quod quamplures malefactores & pacis nostre perturbatores ad villam predictam & suburbium eiusdem ville frequenter accedentes & in eisdem villa & suburbio commorantes diuersas transgressiones ibidem perpetrant & post transgressiones per ipsos in eisdem villa & suburbio factas quandoque infra villam predictam & quandoque infra diuersas libertates in eodem suburbio receptantur & hospitantur, per quod transgressiones huiusmodi multociens impunite remanent in ipsorum Cancellarii & scolarium dampnum non modicum & effectus studii retardacionem ac populi parcium illarum terrorem manifestum; Nos huiusmodi maliciis obuiari & transgressores predictos iuxta eorum demerita in hac parte puniri volentes, vobis precipimus firmiter iniungentes quod propter aliquam libertatem in villa & suburbio predictis cuiuscumque fuerit non omittatis quin ad huiusmodi transgressores qui transgressiones aliquas alicubi infra villam vel suburbium predicta perpetrarint & infra libertates dicti suburbii vel eciam in villa predicta receptantur & hospitantur tam infra huiusmodi libertates quam infra balliuam vestram predictam recenter insequendos & deprehendendos pro pace nostra in hac parte ac quiete & tranquillitate studencium in Uniuersitate predicta conservandis, quociens transgressores illos ibidem inueniri contigerit & per Cancellarium dicte Uniuersitatis super hoc premuniti fueritis, taliter intendatis quod propter tepiditatem vestram in hac parte querela ad nos non perueniat iterata, per quod ad vos capiendi ex causa predicta materiam habeamus. Teste me ipso apud Westmonasterium xi die Iunii anno regni nostri tercio. Waltham.[1]

H. 13. June 11, 1380

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. The deed is endorsed: 'Carta de malefactoribus non recipiendis per villanos'. It is on the Close Roll (see *Cal. of Close Rolls*, p. 312).

127.

[Letters Patent to the Chancellor and Mayor that they should compel residents in Oxford to repair the road before their houses.]

H. 6. Oct. 2, 1380

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis sibi Cancellario Uniuersitatis & maiori Oxonie salutem. Sciatis quod cum pauimentum in villa nostra Oxonie & eius suburbiis dirutum sit & confractum in locis quamplurimis ad graue dampnum tam scolarium quam aliorum ibidem commorancium, ut accepimus, volentes super hoc apponi remedium oportunum, dedimus vobis potestatem distringendi omnes tam clericos quam laicos in villa predicta & eius suburbiis tenementa optinentes tam per redditus quam per catalla in eisdem inuenta ad pauimentum coram tenementis suis reparandum & sustentandum, ita quod nulli in hac parte parcatur. Et si maior ville predicte in hac parte negligens vel remissus fuerit & premissa una vobiscum, prefate Cancellarie, facere recusauerit, tunc volumus & concedimus quod vos, prefate Cancellarie, per vos & vestros premissa singula expleatis, ita quod clamor iteratus inde ad nos non perueniat. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes per triennium duraturas. Teste me ipso apud Westmonasterium secundo die Octobris anno regni nostri quarto.[1]

128.

[Mandate to the University to be active in preserving the peace and to resist those who planned to come to Oxford to cause disturbance.]

H. 5. June 17, 1381

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis sibi Cancellario Uniuersitatis Oxonie ac procuratoribus, necnon uniuersis & singulis magistris regentibus & non regentibus ac scolaribus eiusdem Uniuersitatis salutem. Cum nos pacem nostram ubique in regno nostro Anglie integram & illesam custodiri facere teneamur, vobis & cuilibet vestrum sub forisfactura omnium que nobis forisfacere poteritis iniungimus & mandamus quod in villa predicta taliter pro

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 4 Ric. II, part 1, memb. 18. It is also in *Munim. Acad.*, p. 702, taken from Reg. A, fol. 41, but with two misprints, *Hestone* for *Bertone* in the heading of the deed, and *octodecimo* for *secundo*.

dicta pace inuiolabiliter conseruanda ordinari & fieri faciatis quod quicquam contra eandem pacem nostram in turbacionem populi nostri & ligeorum nostrorum ibidem per quoscumque de villa predicta vel aliunde ibidem minime fiat vel aliqualiter attemptetur; et si forte aliquos quoscumque ad dictam vilam in pacis nostre lesionem & populi nostri eiusdem turbacionem armata potencia seu vi aliqua ad dampna aliqua ibidem facienda accedere parare se contingat, pro resistencia eorundem contra maliciam suam in hac parte cum toto posse vestro & tocius ville predicte & alio modo, prout melius & celerius vobis videbitur fore faciendum, ordinari & fieri faciatis sub forisfactura antedicta. Teste me ipso apud London' xvii die Iunii anno regni nostri quarto.

Per ipsum regem[1]

129.

[Letters Patent renewing the grant of Edward III, by which he remitted the payment of a groat a head, due from unbeneficed clerks by the subsidy voted in 51 Ed. III.]

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod cum dominus E. nuper rex Anglie, auus noster, de gracia sua speciali remisisset & perdonasset omnibus & singulis scolaribus Uniuersitatis Oxonie qui, iuxta formam concessionis cuiusdam subsidii unius grossi de qualibet persona in statu clericali existente per clerum Cantuariensis prouincie eidem auo nostro anno regni sui quinquagesimo primo concessi, singulariter grossos & non plus soluere deberent, porciones suas ipsos inde contingentes, & ipsos inde exonerasset, sicut satis docti sumus; Nos nolentes ipsos scolares de eodem subsidio contra remissionem & perdonacionem predictas ulterius onerari vel vexari, omnes & singulos scolares dicte Uniuersitatis non promotos qui, iuxta dictum subsidium prefato auo nostro sic concessum, singulariter unum grossum de capite tantum soluere tenebantur, tenore presencium exoneramus & quietamus, nolentes quod Cancellarius seu procuratores dicte Uniuersitatis, qui tunc fuerunt vel postea succederent, ad respondendum seu ad computandum de eodem subsidio per dictum auum nostrum & nos sic perdonato nullatenus[2] onerentur, set inde penitus sint quieti; prouiso tamen quod beneficiati, religiosi &

H. 17. Mar. 16, 1381

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed.

[2] *sic.*

possessionati & omnes alii de clero Uniuersitatis predicte, qui maiores summas virtute concessionis dicti subsidii soluere tenebantur, porciones suas de dicto subsidio fideliter soluant ut tenentur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xvi die Marcii anno regni nostri quarto.

Faryngtone.

Per consilium.[1]

130.

[Letters Patent by which the King exonerates the authorities of the University from any payment under the two subsidies lately voted.]

H. 3. Feb. 24, 1382

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Cum dominus E. nuper rex Anglie auus noster de gracia sua speciali remisisset & perdonasset omnibus & singulis scolaribus Uniuersitatis Oxonie, qui, iuxta formam cuiusdam subsidii unius grossi de qualibet persona in statu clericali existente per clerum prouincie eidem auo nostro anno regni sui Anglie quinquagesimo primo concessi, singulariter grossos & non plus soluere deberent, porciones suas ipsos inde contingentes & ipsos inde exonerasset, sicut satis docti sumus; et nos postmodum, nolentes ipsos scolares de eodem subsidio contra remissionem & perdonacionem predictas ulterius onerari vel vexari, omnes & singulos scolares dicte Uniuersitatis non promotos qui iuxta dictum subsidium prefato auo nostro sic concessum singulariter unum grossum de capite tantum soluere tenebantur per litteras nostras patentes exonerauerimus & quietauerimus nolentes quod Cancellarius vel procuratores dicte Uniuersitatis qui tunc fuerunt vel postea succederent ad respondendum seu ad computandum de eodem subsidio per dictum auum nostrum & nos sic perdonato aliquatenus onerentur set penitus sint quieti; subsequenterque sexto die Februarii anno regni nostri tercio de gracia nostra speciali & de assensu prelatorum & magnatum nobis in parliamento nostro tunc assistencium perdonauerimus & remiserimus omnibus & singulis scolaribus Uniuersitatis predicte qui, iuxta formam cuiusdam alterius subsidii nobis per clerum Cantuariensis prouincie in parliamento nostro apud Westmonasterium tunc ultimo tento concessi, singulariter grossos & non plus soluere deberent porciones suas ipsos

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 4 Ric. II, part 2, memb. 13.

inde contingentes & ipsos de huiusmodi grossis per alias litteras nostras patentes exonerauerimus & quietauerimus, prouiso tamen quod beneficiati, religiosi possessionati, & omnes alii de clero Uniuersitatis predicte qui maiores summas virtute commissionis[1] subsidii predicti soluere tenebantur porciones suas de eisdem subsidiis nobis fideliter soluerent, prout in litteris nostris predictis plenius continetur; Nos iam pro eo quod predicti beneficiati, religiosi, possessionati & alii de clero Uniuersitatis predicte qui dictas maiores summas soluere tenebantur, prout superius est prouisum, porciones ipsos de subsidiis predictis & aliis quibuscumque per dictum clerum hactenus nobis concessis contingentes collectoribus eorundem subsidiorum in locis, ubi beneficiati & possessionati fuerunt, inter alios de clero prouincie predicte persoluerunt, sicut episcopi & prelati regni nostri Anglie examinati super hoc in presenti parliamento nostro veraciter sunt testati; Volentes perdonaciones & remissiones predictas cum augmento gracie nostre in suo robore permanere & pro maiori quiete Uniuersitatis predicte, ut Cancillarius, procuratores & scolares eiusdem a prosecucionum dispendiis & iacturis in hac parte securius preseruentur, de uberiori gracia nostra prouidere, predictos Cancellarium, procuratores & scolares qui nunc sunt, necnon nuper Cancellarios eorumque commissarios & procuratores ibidem ac heredes & executores suos de subsidiis predictis seu de compotis nobis inde reddendis excusamus, exoneramus & pro perpetuo quietamus; volentes quod omnes processus versus ipsos seu eorum aliquem per thesaurarium & barones nostros de scaccario nostro predicto seu alios ministros nostros pretextu subsidiorum predictorum qualitercumque facti penitus cessent & cassentur, et quod nulla fiat eis districcio seu impeticio hiis occasionibus per nos vel heredes nostros aut ministros nostros quoscumque in futurum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xxiiii die Februarii anno regni nostri quinto. Waltham.

Per ipsum regem & consilium in parliamento[2]

[1] *concessionis* must be meant.

[2] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 5 Ric. II, part 2, memb. 28. A contemporary endorsement: 'Irrotulatur in memorandis scaccarii, videlicet inter recorda de termino sancte Trinitatis anno quinto regis Ricardi secundi post conquestum ex parte rememoratoris regis in quodam videlicet processu tangente Cancellar*ios*, eorum commissar*ios* & procuratores Uniuersitatis Oxonie'.

131.

[Mandate to the Chancellor that the five pounds due at the Exchequer yearly for the assize of bread and ale should be paid to Edmund Tettesworth.]

H. 9. Apr. 17, 1382

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis sibi Cancellario & scolaribus Uniuersitatis Oxonie qui nunc sunt uel qui pro tempore fuerint salutem. Cum dominus E. nuper rex Anglie auus noster per litteras suas patentes, quas decimo die Maii anno regni nostri primo confirmauimus, de gracia sua speciali & pro bono seruicio sibi per dilectum seruientem suum Edmundum Tetteseworthe impenso & impendendo concesserit eidem Edmundo centum solidos percipiendos & habendos quolibet anno a vicesimo quinto die Nouembris anno regni sui quadragesimo secundo ad totam vitam suam de assisa panis & ceruisie, in villa sua Oxonie fracta, per manus Cancellarii & scolarium Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerint ad terminos Pasche & sancti Michaelis per equales porciones, eodem modo quo Ricardus Englisshe qui iam mortuus est in vita sua habuit vigore concessionis ipsius aui nostri eidem Ricardo inde facte, prout in litteris ipsius aui nostri & confirmacione nostra predictis plenius continetur; vobis mandamus quod eidem Edmundo id quod ei aretro est de predictis centum solidis annuis a predicto decimo die Maii & eosdem centum solidos annuos exnunc singulis annis ad terminos predictos de assisa predicta soluatis, iuxta tenorem litterarum ipsius aui nostri & confirmacionis nostre predictarum, recipientes a prefato Edmundo de tempore in tempus litteras suas acquietancie que pro nobis sufficientes fuerint in hac parte, per quas & presens mandatum nostrum vobis ad scaccarium nostrum super compoto vestro debitam allocacionem habere faciemus. Teste me ipso apud Westmonasterium xvii die Aprilis anno regni nostri quinto.[1] Bool.

132.

[Letters Patent that the Chancellor and Proctors should make inquiry about those of the University who hold heretical opinions.]

H. 16. July 13, 1382

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed.

Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis Oxonie qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint salutem. Zelo fidei Cristiane, cuius sumus & semper esse volumus defensores, moti salubriter & inducti, volentes summo desiderio impugnatores dicte fidei, qui suas prauas & peruersas doctrinas infra regnum nostrum Anglie seminare & dampnatas conclusiones eidem fidei notorie obuiantes tenere & predicare iam nouiter pessime presumpserunt & conantur, in peruersionem populi nostri, ut accepimus, antequam ulterius in suis procedant erroribus & maliciis vel alios inficiant reprimere & condigna castigacione cohercere, assignauimus vos ad inquisicionem generalem, assistentibus vobis theologis Uniuersitatis predicte regentibus, faciendam ab omnibus & singulis graduatis theologis & iuristis Uniuersitatis eiusdem, si quos de iurisdiccione Uniuersitatis illius agnouerint qui sint eis probabiliter suspecti de fauore, credencia vel defensione alicuius heresis vel erroris & maxime quarundam conclusionum per venerabilem patrem Willelmum archiepiscopum Cantuariensem de consilio sui cleri publice dampnatarum vel eciam alicuius conclusionis alicui earundem consimilis in sentencia vel in verbis; et si aliquos decetero inueneritis qui quicquam predictorum heresum vel errorum vel quemcumque consimilem crediderint, fouerint seu defenderint vel qui magistros Iohannem Wyclyf, Nicholaum Herford, Philippum Reppyngdone vel Iohannem Astone vel aliquem alium de aliquo predictorum heresum vel errorum vel alio simili in verbis vel sentencia probabili suspicione notatum in domos & hospicia ausi fuerint receptare, seu cum eorum aliquo communicare vel sibi defensionem aut fauorem prebere presumpserint aliqualem, ad huiusmodi fautores, receptatores, communicantes & defensores infra septem dies, postquam premissa vobis constiterint, ab Uniuersitate & villa Oxonie banniendos & expellendos, donec coram archiepiscopo Cantuariensi pro tempore existente suam innocenciam manifesta purgacione monstrauerint, ita tamen ut se purgare cogantur [et] ipsos tales esse nobis & eidem archiepiscopo de tempore in tempus infra mensem sub sigillis vestris certificetis; mandantes insuper quod per uniuersas aulas Uniuersitatis predicte diligenter inquiri & scrutari faciatis indilate si quis aliquem librum siue tractatum de edicione vel compilacione predictorum magistrorum Iohannis Wyclyf vel Nicholai habuerint & quod librum illum siue tractatum ubicumque contigerit inueniri, arestari, capi & prefato archiepiscopo infra mensem absque correccione, corrupcione vel mutacione quacumque quo ad eius sentenciam vel verba presentari faciatis. Et ideo vobis in fide & ligeancia quibus nobis tenemini & sub forisfactura omnium & singu-

lorum libertatum & priuilegiorum Uniuersitatis predicte & omnium aliorum que nobis forisfacere poteritis iniungimus & mandamus quod circa premissa bene & fideliter exequenda diligenter intendatis & ea faciatis & exequamini in forma predicta & quod prefato archiepiscopo & eius mandatis licitis & honestis vobis in hac parte dirigendis pareatis prout decet. Damus autem vicecomiti & maiori Oxonie pro tempore existentibus ac uniuersis & singulis vicecomitibus, maioribus, balliuis, ministris & aliis fidelibus & subditis nostris tenore presencium in mandatis quod vobis in execucione premissorum auxilientur, pareant & intendant. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xiii die Iulii anno regni nostri sexto. Waltham.

Per consilium.[1]

133.

[Writ that proclamation should be made against those who would hinder St. Frideswide's Fair.]

H. 10. Oct. 19, 1382

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis Oxonie ac Iohanni de Hereforde seruienti suo ad arma & maiori & balliuis ville Oxonie salutem. Sciatis quod cum dilecti nobis in Cristo Prior & conuentus sancte Frideswide Oxonie quandam feriam apud Oxoniam ad festum sancte Frideswide [et] per certum tempus sequens semper hactenus habuerint & de iure habere debeant, sicut satis nobis constat; Nos volentes huiusmodi feriam absque impedimento more solito teneri, vobis & cuilibet vestrum iniungimus & mandamus quod in villa predicta, in locis ubi melius expedire videritis, pupplice ex parte nostra proclamari & inhiberi faciatis ne quis cuiuscumque status vel condicionis existat feriam predictam nec aliquos ad huiusmodi feriam venire volentes ad feriam illam tenendam & proficuum suum inde faciendum, prout hactenus fieri consueuit, aliqualiter impedire presumat quouis modo sub forisfactura omnium que nobis forisfacere poterit. Et hoc nullatenus omittatis. Teste me ipso apud Westmonasterium xix die Octobris anno regni nostri sexto.

Per cons*ilium* in parliamento.[2]

[1] With the royal seal, white wax, on a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 6 Ric. II, part 1, memb. 32. It is printed in *Foedera*.

[2] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed.

134.

[Letters Patent to six members of the Southern Convocation to settle a dispute between the University and the Prior of St. Frideswide's.]

H. 19 Nov. 18, 1382

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie venerabilibus in Cristo patribus Willelmo archiepiscopo Cantuariensi tocius Anglie primati, Willelmo episcopo Wynton', Thome episcopo Eliensi, Iohanni episcopo Lincoln', Thome episcopo Exon' & Thome episcopo Roffensi ac dilecto seruienti nostro Waltero de Cloptone salutem. Sciatis quod cum quamplures diuerse lites, dissensiones, discordie & controuersie inter dilectos nobis in Cristo priorem & conuentum sancte Frideswide Oxonie & domum suam, que de fundacione progenitorum nostrorum & nostro patronatu existit, ex una parte et Cancellarium & procuratores ac Uniuersitatem nostram Oxonie ex altera parte super iuribus, libertatibus, priuilegiis, immunitatibus & iurisdiccionibus, que utraque parcium illarum se habere & habere debere vendicat & pretendit, a longeuis temporibus pendentes fuerint & in presenti pendeant indecise, quamquam plures de consilio nostro ante hec tempora super hiis sepius fuerint fatigati, fine aliquo non suscepto; Nos ut dampna grauia & incommoda que ex tali rixa odibili iminere conspicimus penitus restringantur, et ut domus & Uniuersitas predicte, que sub alis nostris regi debent in via iuris, in pace & quiete futuris temporibus maneant & consistant totis desideriis affectantes, assignauimus vos, sex, quinque, quatuor & tres vestrum ad euocandum & venire faciendum coram vobis vice & auctoritate nostris quoscumque de partibus predictis quos noueritis in hac parte fore euocandos, & ipsos communiter vel diuisim per eorum sacramenta vel alio modo iuxta discreciones vestras super premissis plenarie examinandum, et ad inquirendum etiam si necesse fuerit per sacramentum aliorum proborum & legalium hominum per quos melius inde poteritis informari, necnon ad informandum vos omnibus aliis viis & modis quibus melius & circumspeccius sciueritis vel poteritis super veritate rei ac cause & materie inter partes illas inde qualitercumque pendencium, ac ad omnes & singulas lites, dissensiones, discordias & controuersias inter partes illas sic pendentes super iuribus, libertatibus, priuilegiis, immunitatibus & iurisdiccionibus huiusmodi tam generaliter quam specialiter audiendum, examinandum, sedandum & pacificandum ac plenarie decidendum & fine debito discuciendum & terminandum. Et ideo vobis

mandamus quod ad certos dies & loca quos vos, sex, quinque, quatuor vel tres vestrum ad hoc prouideritis circa premissa omnia diligenter intendatis & ea faciatis & exequamini in forma predicta. Damus autem tam prefatis Priori & conuentui quam prefatis Cancellario, procuratoribus & Uniuersitati ac singulis personis eorundem, necnon maiori & balliuis ville Oxonie & eorum cuilibet sub forisfactura omnium, que nobis forisfacere poterunt, tenore presencium firmiter in mandatis quod vobis sex, quinque, quatuor & tribus vestrum in premissis omnibus & singulis ad mandatum vestrum vel trium vestrum obediant & respondeant diligenter & intendant. Et de omnibus & singulis que super premissis per vos fieri contigerit nobis in Cancellaria nostra sub sigillis vestris, sex, quinque, quatuor vel trium vestrum distincte & aperte certificetis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium, xviii die Nouembris anno regni nostri sexto. Faryngtone

Per magnum consilium.[1]

135.

[The King revokes letters of protection which he had issued on behalf of Thomas Dolle of Oxford.]

H. II. Aug. 20, 1385

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Licet vicesimo septimo die Iunii ultimo preterito per litteras nostras patentes per unum annum duraturas suscepimus in proteccionem & defensionem nostram Thomam Dolle de Oxonia qui in obsequium nostrum in comitiua dilecti & fidelis nostri Iohannis Harpedene militis senescalli nostri Aquitanie ad partes Aquitanie profecturus est, ibidem in eodem obsequio moraturus, homines, terras, res, redditus & omnes possessiones ipsius Thome, omnibus & singulis inhibentes ne quis eis iniuriam, molestiam, dampnum inferret aut grauamen, ac volentes quod idem Thomas interim esset quietus de omnibus placitis & querelis, exceptis certis placitis in dictis litteris nostris specificatis, prout in eisdem litteris nostris plenius continetur; Quibusdam tamen certis de causis coram nobis & consilio nostro propositis dictas litteras

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 6 Ric. II, part 1, memb. 1 *d.* The Convocation of Canterbury was gathered at Oxford at this time: see Wilkins, *Concilia*, iii. 172.

nostras de proteccione prefato Thome in hac parte factas, tenore presencium duximus reuocandas. Et hoc omnibus quorum interest innotescimus per presentes. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud villam Noui Castri super Tinam xx die Augusti anno regni nostri nono.[1]

Brudnell.

136.

[A Charter that no official or justice of the King shall allow a suit to be tried before him that was of the Chancellor's jurisdiction.]

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, iusticiariis, uicecomitibus, prepositis, maioribus, balliuis, ministris & omnibus aliis fidelibus suis salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali & pro quiete, saluacione & augmentacione Uniuersitatis Oxonie concessimus & hac carta nostra confirmauimus pro nobis & heredibus nostris Cancellario & scolaribus eiusdem Uniuersitatis, quod ipsi & successores sui imperpetuum habeant priuilegia & libertates subscripta, uidelicet quod Cancellarius predicte Uniuersitatis & successores sui & eorum commissarii & locum tenentes coram se ipsis imperpetuum habeant cognicionem omnimodorum placitorum personalium tam debitorum, compotorum & quorumcumque aliorum contractuum & iniuriarum quam transgressionum contra pacem & mesprisionum & omnium aliarum accionum personalium infra villam Oxonie & suburbia eiusdem & alia loca quecumque infra procinctum Uniuersitatis predicte factorum, felonia & mahemio dumtaxat exceptis, ubi magister uel scolaris seu seruiens magistri vel scolaris aut communis minister vel aliqua quecumque persona que aliquibus priuilegiorum vel libertatum dicte Uniuersitatis gaudere debeat, quos predictus Cancellarius vel successores sui aut eorum commissarii siue locum tenentes pro talibus calumpniare voluerit [*sic*], est vel erit una parcium, tam de huiusmodi placitis iam pendentibus in quacumque placea existat[2] [*sic*] quam tempore futuro incipiendis, & huiusmodi placita teneant in quocumque loco infra villam predictam & suburbia

H. 2. July 15, 1390

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 9 Ric. II, part 1, memb. 39.

[2] *existant* is meant; see No. 152.

eiusdem & in aliis locis quibuscumque infra procinctum predicte Uniuersitatis eis placuerit & inde execucionem secundum eorum leges & consuetudines vel per legem regni nostri ad voluntatem predicti Cancellarii & successorum suorum commissariorum seu locum tenentium suorum faciant, & de huiusmodi transgressionibus tam ex officio quam ad sectam partis per scolares & laicas gentes eiusdem ville & per alios inquirant & omnia huiusmodi placita coram dicto Cancellario & successoribus suis eorum commissariis siue locum tenentibus in forma predicta audiant & terminent & transgressores contra pacem inuentos culpabiles per incarceracionem[1] vel alio modo racionabili debite castigent, et quod tam iusticiarii ad placita coram nobis & heredibus nostris tenenda assignati & assignandi, ac iusticiarii nostri & heredum nostrorum tam de communi Banco quam alii iudices quicumque in presencia & absencia nostra & heredum nostrorum prefato Cancellario & successoribus suis ac eorum commissariis & locum tenentibus de omnimodis placitis supradictis faciant allocacionem sine difficultate vel impedimento quocumque, et quod nullus iusticiarius siue iudex in presencia vel absencia nostra seu heredum nostrorum, vicecomes, maior, balliuus, seu alius minister quicumque de huiusmodi placitis vel aliquibus eorundem se intromittat nec partem ad respondendum inde coram ipsis ponat, set quod pars illa coram dicto Cancellario & successoribus suis, eorum commissariis siue locum tenentibus, inde solummodo castigetur & puniatur in forma predicta; et quod idem Cancellarius & successores sui, eorum commissarii siue locum tenentes supradicti, imperpetuum execucionem de uniuersis personis coram se ipsis de huiusmodi transgressionibus & mesprisionibus conuictis & aliis manutenentibus fieri & transgressores infra Castrum nostrum Oxonie & alibi in dicta uilla & suburbiis eiusdum iuxta discrecionem suam imprisonari faciant; et quod vicecomes Oxonie seu custos Castri predicti aut maior & balliui ville predicte pro tempore existentes huiusmodi transgressores ad ordinationem & mandatum predicti Cancellarii & successorum suorum ac eorum commissariorum & locum tenencium recipere, custodire & deliberare teneantur; hiis testibus, venerabilibus patribus R. London', W. Wynton' cancellario nostro, W. Dunolm' episcopis, carissimo auunculo nostro Iohanne duce Aquitannie & Lancastrie, Ricardo Arundell', Thoma de Bello Campo Warrewyk' & carissimo fratre nostro Iohanne de Holand' Huntyngdon' comitibus, Iohanne Deuereux senescallo hospicii nostri, Iohanne de Cobeham, magistro Edmundo de Stafforde custode priuati sigilli nostri & aliis.

[1] inceracionem, MS.

Dat' per manum nostram apud Westmonasterium quintodecimo die Iulii anno regni nostri quartodecimo.[1] Faryngtone [2]

Per breue de priuato sigillo

Pro quadraginta solidis solutis in hanaperio.

137.

[Writ to the Chancellor and Proctors to suspend Henry Crump from scholastic acts and to summon him to appear in the King's Chancery.]

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis sibi Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis nostre Oxonie salutem. Ad nostri & consilii nostri intellectum, fama celebri flebiliter diuulgante, iam nouiter peruenit, quod quidam frater Henricus Crumpe monachus ordinis Cisterciensis in Uniuersitate predicta scolatizans, sue salutis immemor & tanquam filius perdicionis, quamplures oppiniones nepharias & allegaciones detestabiles, fidei catholice notorie repugnantes ac in diuersarum personarum scandalum & obprobrium manifeste redundantes, nequiter communicauit, publicauit & tanquam zizania in populo seminauit, & adhuc in huiusmodi proposito dampnabili & maligno animo indurato pertinaciter perseuerat, in fidei catholice lesionem & Uniuersitatis predicte subuersionem & scandalum manifesta; Nos nolentes huiusmodi nepharias oppiniones & allegaciones detestabiles contra statum ecclesie perperam publicatas, que eciam aliquas personas innocentes faciliter aggrauarent, quod nollemus, aliqualiter tolerare, sicuti nec debemus, vobis districcius quo possimus iniungimus & mandamus quod prefatum Henricum aliquos actus scolasticos in Uniuersitate predicta usque quindenam Pasche proximo futuram facere & excercere minime permittatis, premunientes insuper eundem Henricum quod sit coram nobis & dicto consilio nostro in Cancellaria nostra ad diem predictum, ad respondendum ibidem super premissis & aliis que sibi tunc obicientur ex parte nostra, & ad faciendum ulterius & recipiendum quod Curia nostra considerauerit in

H. 12. Mar. 21, 1392

[1] Two contemporary endorsements: 'Ista carta allocatur & irrotulatur in communi Banco termino sancti Michaelis anno regnorum Ricardi regis Anglie & Francie quartodecimo; rotulo DCLV', and 'Ista carta allocatur & irrotulatur coram domino rege apud Westm' termino sancti Hillarii anno r. r. Ricardi secundi post conquestum quartodecimo; rotulo XXV inter placita communia'.

[2] With royal seal, green wax, attached by silk strings, one blue, the other red and brown interwoven.

hac parte. Et hoc sub periculo quod incumbit nullatenus omittatis. Teste me ipso apud Westmonasterium xxi die Marcii anno regni nostri quintodecimo.[1] Hertilpole.

138.

[Grant for five years that the Chancellor of Oxford may signify to the King's Chancellor the names of those he has excommunicated, that they may be arrested.]

H. 1. June 16, 1393

Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Ut magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie suis studiis & scolasticis actibus vacent tranquillius & intendant & ipsi ac alii sub iurisdiccione Cancellarii dicte Uniuersitatis existentes eo vigilantius ab excessibus, offensis, contumaciis & iniuriis se abstineant committendis que [*sic*] comissa nouerint propinquius punienda [&c. as in No. 116 *verbatim*]. Teste me ipso apud Westmonasterium xvi die Iunii anno regni nostri sextodecimo.[2] Maupas

139.

[Letters Patent confirming the Letters of Richard II, whereby he granted to William Cousin a payment of five pounds a year due to the Exchequer from the University for the assize of bread and ale.]

G. 2. Nov. 2, 1399

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus litteras patentes domini Ricardi nuper regis Anglie secundi post conquestum factas in hec verba:—Ricardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali & pro bono seruicio quod dilectus seruiens noster Willelmus Cousin nobis impendit & impendet in futurum concessimus ei centum solidos percipiendos singulis annis de amerciamentis panis & ceruisie ville nostre Oxonie per manus Cancellarii ibidem qui nunc est & qui pro tempore erit, ad terminos Pasche & sancti Michaelis per equales porciones, ad

[1] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed.

[2] With the royal seal, white wax, attached to a strip of the deed. This is on the Patent Roll of 16 Ric. II, part 3, memb. 1.

totam vitam ipsius Willelmi, vel quousque pro statu suo aliter duxerimus ordinandum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Wodestoke decimo die Octobris anno regni nostri undecimo. Nos autem concessionem predictam ratam habentes & gratam eam pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus, approbamus & tenore presencium de gracia nostra speciali confirmamus prout littere predicte racionabiliter testantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium secundo die Nouembris anno regni nostri primo. Cliderhowe

Per breue de privato sigillo & pro dimidia marca soluta in hanaperio. Examinatur per Iacobum Billyngford & Iohannem Cliderhowe, clericos.[1]

140.

[A Charter of Inspeximus by Henry IV.]

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus baronibus, militibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, balliuis, ministris & aliis fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam confirmacionis quam dominus Ricardus nuper rex Anglie secundus post conquestum fieri fecit in hec uerba:—Ricardus [&c. as in No. 119 . . .] secundo. Inspeximus eciam quamdam aliam cartam quam predictus nuper rex R. fieri fecit in hec uerba:—Ricardus [&c. as in No. 136 . . .] quartodecimo. Nos autem concessiones, ordinaciones, libertates, iurisdicciones, priuilegia, concordias, & confirmaciones predicta quatenus dictos Cancellarium, magistros, scolares & Uniuersitatem Oxonie dumtaxat concernunt rata habentes & grata, ea pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus, approbamus, & ea dilectis nobis nunc Cancellario, magistris & scolaribus Uniuersitatis predicte & eorum successoribus de gracia nostra speciali concedimus & confirmamus, prout carte & littere predicte racionabiliter testantur. Preterea volentes prefatis Cancellario, magistris & scolaribus graciam in hac parte facere uberiorem, concessimus pro nobis & heredibus nostris & hac carta nostra confirmauimus eisdem Cancellario, magistris & scolaribus & eorum successoribus, quod licet ipsi vel eorum predecessores aliquo vel aliquibus libertatum, quietanciarum & priuilegiorum

Long Box 4. Nov. 20, 1399

[1] With the royal seal, white wax, attached to a tag of parchment.

& iurisdiccionum in cartis & litteris predictis contentorum, aliquo casu contingente, hactenus plene usi non fuerint, iidem tamen Cancellarius magistri et scolares & eorum successores libertatibus, quietanciis, priuilegiis & iurisdiccionibus illis & eorum quolibet exnunc plene gaudeant & utantur imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum, iusticiariorum, escaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum vel heredum nostrorum quorumcumque; hiis testibus, venerabilibus patribus Thoma Cantuariensi tocius Anglie primate, R. Eboracensi Anglie primate archiepiscopis, R. Londoniensi, W. Wyntoniensi, I. Eliensi episcopis, Edmundo duce Ebor' auunculo nostro carissimo, Henrico de Percy, Northumbr', constabulario Anglie, Ricardo de Neuille, Westmerl' marescallo Anglie, Iohanne Beauford, Somerset, camerario nostro, comitibus, Iohanne Scarle clerico Cancellar', Iohanne Norbury thesaurario nostris, Thoma Rempston senescallo hospicii nostri, magistro Ricardo Clifford custode priuati sigilli nostri & aliis. Dat' per manum nostram apud Westmonasterium vicesimo die Nouembris, anno regni nostri primo. Aghtone

Per ipsum regem.[1]

141.

[A Charter enlarging the bounds of the University.]

G. 13. May 13, 1401

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, balliuis, ministris & aliis fidelibus suis salutem. Sciatis quod cum dominus Ricardus nuper rex Anglie secundus post conquestum predecessor noster per cartam suam, quam per cartam nostram cum clausula 'licet' confirmauimus, concesserit dilectis sibi in Cristo Cancellario & scolaribus Uniuersitatis Oxonie quod Cancellarius eiusdem Uniuersitatis & successores sui & eorum commissarii & locum tenentes coram se ipsis in perpetuum habeant cognicionem omnimodorum placitorum personalium tam debitorum compotorum & quorumcumque aliorum contractuum & iniuriarum quam transgressionum contra pacem & mesprisionum & omnium aliarum accionum personalium infra villam Oxonie & suburbia eiusdem & alia loca quecumque infra procinctum Uniuersitatis predicte factorum, felonia & mahemio dumtaxat exceptis ubi magister vel scolaris seu seruiens magistri vel scolaris aut com-

[1] With a fragment of the royal seal, dark green, attached by silk cords, red and green.

munis minister vel aliqua quecumque persona que aliquibus priuilegiorum vel libertatum dicte Uniuersitatis gaudere debeat quos predictus Cancellarius vel successores sui aut eorum commissarii siue locum tenentes pro talibus calumpniare voluerit, est vel erit una parcium tam de huiusmodi placitis tunc pendentibus in quacumque placea extiterant quam extunc incipiendis, & huiusmodi placita teneant in quocumque loco infra villam predictam & suburbia eiusdem & in aliis locis quibuscumque infra procinctum predicte Uniuersitatis eis placuerit, & inde execucionem secundum eorum leges & consuetudines vel per legem regni nostri ad voluntatem predicti Cancellarii & successorum suorum commissariorum seu locum tenencium suorum faciant & de huiusmodi transgressionibus tam ex officio quam ad sectam partis per scolares & laicas gentes eiusdem ville & per alios inquirant, & omnia huiusmodi placita coram dicto Cancellario & successoribus suis, eorum commissariis siue locum tenentibus in forma predicta audiant & terminent, & transgressores contra pacem inuentos culpabiles per incarceracionem vel alio modo racionabili debite castigent & quod tam iusticiarii ad placita coram ipso Ricardo nuper rege & heredibus suis tenenda assignati & assignandi ac iusticiarii sui & heredum suorum tam de communi Banco quam alii iudices quicumque in presencia & absencia eiusdem Ricardi nuper regis & heredum suorum prefato Cancellario & successoribus suis ac eorum commissariis & locum tenentibus de omnimodis placitis supradictis faciant allocacionem sine difficultate vel impedimento quocumque, et quod nullus iusticiarius siue iudex in presencia vel absencia ipsius Ricardi nuper regis seu heredum suorum, vicecomes, maior, balliuus seu alius minister quicumque de huiusmodi placitis vel aliquibus eorundem se intromittat nec partem ad respondendum inde coram ipsis ponat, set quod pars illa coram dicto Cancellario & successoribus suis, eorum commissariis siue locum tenentibus inde solummodo castigetur & puniatur in forma predicta, et quod idem Cancellarius & successores sui, eorum commissarii siue locum tenentes supradicti imperpetuum execucionem de uniuersis personis coram se ipsis de huiusmodi transgressionibus & mesprisionibus convictis & aliis manutenentibus fieri & transgressores infra castrum nostrum Oxonie & alibi in dicta villa & suburbiis eiusdem iuxta discrecionem suam imprisonare faciant; et quod vicecomes Oxonie seu custos castri predicti aut maior & balliui ville predicte pro tempore existentes huiusmodi transgressores ad ordinacionem & mandatum predicti Cancellarii & successorum suorum ac eorum commissariorum & locum tenencium recipere, custodire & deliberare

teneantur, prout in cartis & confirmacione predictis plenius continetur; Iamque dilecti nobis in Cristo nunc Cancellarius & scolares Uniuersitatis predicte nobis supplicauerint ut cum ipsi pro eo quod procinctus ville predicte per certas metas & bundas in speciali in dictis carta & confirmacione non limitatur, ac insuper pro eo quod diuersa de libertatibus & priuilegiis predictis sub verbis generalibus conceduntur sepius fuerint & sint indies impediti quominus ipsi libertatibus & priuilegiis illis iuxta piam intencionem ipsius nuper regis uti possint & gaudere, velimus pro maiori securitate & quiete predictorum Cancellarii & scolarium ac successorum suorum & ambiguitatibus & controuersiis in hac parte delendis infuturum generosius prouidere, Nos ob dei reuerenciam ac in Uniuersitate predicta studencium augmentum & multiplicacionem infuturum necnon ob specialem & internam affeccionem quam ad personam dilecti nobis in Cristo Philippi Repyngdone, abbatis Leycestrie & Cancellarii Uniuersitatis predicte, suis exigentibus meritis & obsequiis gerimus & habemus, de gracia nostra speciali volumus, concessimus & hac presenti carta nostra declaramus & confirmamus pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est quod procinctus Uniuersitatis predicte limitetur, fiat, sit & se extendat ab orientali parte eiusdem ville usque ad hospitale sancti Bartholomei iuxta Oxoniam & ab occidentali parte eiusdem ville usque ad villam de Boteley et a parte boriali eiusdem ville usque ad pontem vocatum Godstowebrygg' et ab australi parte eiusdem ville usque ad quendam boscum vocatum Bagley et sic in circuitu per loca predicta & quemlibet locum eorundem imperpetuum; ac eciam volumus, concessimus & hac presenti carta nostra confirmauimus pro nobis & heredibus nostris predictis quantum in nobis est quod predictus Cancellarius & successores sui ac eorum commissarii & locum tenentes omnia & singula libertates & priuilegia predicta tam in presencia quam in absencia nostra & heredum nostrorum infra huiusmodi procinctum dicte Uniuersitatis per nos sic factum & limitatum imperpetuum habeant & teneant ac eis & eorum quolibet plene gaudeant & utantur, et quod idem Cancellarius & successores sui ac eorum commissarii & locum tenentes tam in presencia quam in absencia nostra & heredum nostrorum tam de huiusmodi transgressionibus & mesprisionibus quam de extorsionibus, ignoranciis, negligenciis, excessibus, conspiracionibus, confederacionibus, cambipartiis, ambidextriis, manutenenciis, falsis alliganciis, nocumentis, forestallariis, regratariis ac omnibus aliis articulis itineris que poterunt cadere in finem vel redempcionem seu in aliam penam pecuniariam ac aliis contractibus, placitis & querelis personalibus &

aliis causis & materiis quibuscumque, quocumque nomine censeantur seu censeri poterunt, licet tangant nos vel heredes nostros seu ministros nostros quoscumque, felonia & mahemio ac assisis & placitis de libero tenemento dumtaxat exceptis, infra dictam villam Oxonie ac suburbia & procinctum predicta qualitercumque emergentibus, factis siue perpetratis aut faciendis siue perpetrandis tam ex officio seu ad sectam nostram & heredum nostrorum quam ad sectam partis vel alio modo quocumque ubi magister vel scolaris seu seruientes magistrorum & scolarium vel aliqua alia persona que aliquibus priuilegiorum vel libertatum dicte Uniuersitatis gaudere debeat, quos predictus Cancellarius vel successores sui aut eorum commissarii siue locum tenentes pro talibus calumpniare voluerit, est vel erit una parcium, per scolares & laicas gentes eiusdem ville Oxonie & per alios inquirant & inquirere possint & plenam cognicionem & correccionem inde habeant & huiusmodi placita, querelas, causas & materias teneant in quocumque loco infra dictam villam Oxonie aut suburbia vel procinctum eiusdem eis placuerit & execucionem inde secundum eorum leges & consuetudines vel secundum legem regni nostri Anglie ad voluntatem predicti Cancellarii & successorum suorum commissariorum & locum tenencium suorum faciant ac omnes & singulos materias, querelas, causas & articulos huiusmodi, exceptis preexceptis, audiant & terminent & omnimoda amerciamenta, exitus & proficua inde proveniencia ad commodum & utilitatem tocius Uniuersitatis predicte habeant, leuent & percipiant per se & deputatos suos imperpetuum; ita quod nullus iusticiarius ad placita coram nobis seu heredibus nostris tenenda assignatus vel assignandus, iusticiarius de communi banco, iusticiarius ad assisas capiendas vel gaolas deliberandas vel custodes pacis seu iusticiarii seruientum, laboratorum & artificum seu alii iusticiarii vel iudices quicumque, senescallus vel mareschallus vel clericus mercati hospicii nostri vel heredum nostrorum, vicecomes, maior, ballivus seu alius officiarius vel minister noster vel heredum nostrorum quicumque de huiusmodi placitis, querelis, contractibus, articulis, causis, materiis vel aliis rebus predictis seu eorum aliquo, exceptis preexceptis, infra dictam villam Oxonie aut suburbia seu procinctum eiusdem factis vel faciendis in presencia nec absencia nostri vel heredum nostrorum se in aliquo intromittant. Et si iidem iusticiarii aut alii ministri predicti seu eorum aliquis in presencia vel absencia nostra vel heredum nostrorum super aliquibus premissis, exceptis preexceptis, inquirere seu aliqualiter cognoscere vel intromittere presumpserint infuturum, iidem iusticiarii ac alii ministri & officiarii predicti ad certificacionem,

notificacionem seu significacionem Cancellarii Uniuersitatis predicte qui pro tempore fuerit aut eius commissarii siue locum tenentis inquisicionibus & cognicionibus huiusmodi ac cuicumque processui & execucioni inde qualitercumque faciendis omnino supersedeant & se inde ulterius in aliquo nullatenus intromittant. Et preterea cum inter cetera libertates & priuilegia Cancellario & scolaribus Uniuersitatis predicte per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Anglie quas per cartam nostram predictam confirmauimus concessas, concessum sit eisdem quod idem Cancellarius imperpetuum habeat custodiam assise panis, vini & ceruisie ac correccionem & punicionem eiusdem infra dictam villam Oxonie & suburbia eiusdem cum finibus, amerciamentis & aliis proficuis prouenientibus in hac parte, reddendo prefatis progenitoribus nostris & heredibus suis centum solidos annuatim, nos volentes prefatis Cancellario & scolaribus graciam in hac parte facere ampliorem, de gracia nostra speciali dedimus, concessimus ac remisimus & relaxauimus pro nobis & heredibus nostris predictis quantum in nobis est prefatis Cancellario & scolaribus ac successoribus suis predictos centum solidos, nobis & heredibus nostris sic ut premittitur annuatim reddendos, habend*um* & percipiend*um* eisdem Cancellario & scolaribus & successoribus suis ad communem utilitatem Uniuersitatis predicte imperpetuum, ita quod ipsi & successores sui nobis & heredibus nostris predictis ad scaccarium nostrum & heredum nostrorum pro huiusmodi custodia & punicione unum denarium dumtaxat absque pluri ad festum sancti Michaelis singulis annis decetero soluant & reddant imperpetuum. Hiis testibus, venerabilibus patribus Th' Archiepiscopo Cantuariensi tocius Anglie primate, R. London', W. Wynton', H. Lincoln' fratre nostro carissimo, I. Hereforden', E. Exon' cancellario nostro, episcopis, Edmundo duce Ebor' auunculo nostro carissimo, Edwardo Roteland', Iohanne de Beaufort fratre nostro Somers', Henrico de Percy Northumbr', Radulfo de Neuill Westmerland', Thoma de Percy Wygorn', senescallo hospicii nostri, comitibus, Iohanne de Norbury thesaurario nostro, Iohanne de Grey de Codenore, Reginaldo de Grey de Ruthyn, magistro Ricardo Clifford custode privati sigilli nostri & aliis. Dat' per manum nostram apud Westmonasterium terciodecimo die Maii anno regni nostri secundo.

Faryngtone

Per ipsum regem[1]

[1] With the royal seal, green wax, attached by silk strings, red and green. There is an endorsement: 'Ista carta irrotulatur & allocatur coram domino rege apud Westmonasterium termino sancte Trinitatis anno regni regis Henrici quarti post conquestum Anglie secundo. Rotulo XIII° inter placita Regis'.

142.

[Letters Patent pardoning members of the University their offences against the Crown.]

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali perdonauimus Cancellario, procuratoribus, magistris, scolaribus, bedellis, stacionariis & aliis quibuscumque Uniuersitatis nostre Oxonie, quos Cancellarius eiusdem Uniuersitatis seu eius commissarius vendicare vel nominare voluerit, sectam pacis nostre que ad nos versus eos pertinet pro omnibus & omnimodis prodicionibus, eciam personam nostram tangentibus, & feloniis per ipsos ante diem confeccionis presencium ubicumque factis siue perpetratis, unde indictati, rettati vel appellati existunt; aceciam utlagaria si que in ipsos hiis occasionibus fuerint promulgate; & firmam pacem nostram eis inde concedimus; prouiso semper quod iidem Cancellarius, procuratores, magistri & scolares, bedelli, stacionarii & alii quicumque, quos dictus Cancellarius Uniuersitatis predicte seu eius commissarius vendicare vel nominare voluerit, ad murdrum carissimi auunculi nostri ducis Glocestrie non extiterint; ita tamen quod stent recto in curia nostra, si qui versus eos loqui voluerint de prodicionibus & feloniis predictis vel aliquo eorundem. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes; teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo octauo die Iunii anno regni nostri quarto. G. 1. June 28, 1403

Bubbewyth

Per ipsum regem.[1]

143.

[Charter by which the King grants that members of the University accused of felony are to be tried before a Steward to be nominated by the Chancellor of the University.]

Henricus dei gracia Rex Anglie & Francie & dominus Hibernie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, ministris, & omnibus A. 1. June 2, 1406

[1] With the royal seal, white wax, attached to a tag of parchment. Endorsed: 'Littera regis Henrici quarti de indulgencia post bellum inter scolares et villanos'. No fight between scholars and townsmen is recorded at this time.

balliuis & fidelibus suis salutem. Sciatis quod cum, ut dediscimus, dilecti nobis Cancellarius & Scolares Uniuersitatis Oxonie habeant diuersas franchesias, tam ex concessione nostra quam ex concessione progenitorum nostrorum quondam regum Anglie, quibus quidem franchesiis ipsi & predecessores sui semper hactenus a tempore concessionis earundem pacifice usi fuerunt, quousque iam tarde per maliciam laicarum gentium ville predicte ac per couinam abbettatorum suorum iidem Cancellarius & scolares, officiarii & ministri sui, occasione exercicii franchesiarum suarum predictarum ac execucionum earundem, fuerunt & de die in diem existunt indictati, rettati & appellati de diuersis prodicionibus, insurreccionibus, feloniis & mahemiis, & inde male tractati, arrestati, imprisonati & imposterum coram iudicibus secularibus allocuti & ad mortem adiudicati, aliter quam retroactis temporibus fieri consueuit in verisimilem destruccionem Uniuersitatis predicte; Nos huiusmodi malicie obuiare & Uniuersitatem predictam quatinus poterimus illesam conservare volentes, de gracia nostra speciali concessimus eisdem Cancellario & Scolaribus & eorum successoribus imperpetuum, quod si Cancellarius, Commissarius, locumtenens, magister, scolaris, officiarius vel minister dicte Uniuersitatis seu alia persona quecumque sub vel de priuilegio eiusdem Uniuersitatis pro tempore existens coram iusticiariis ad placita coram nobis tenenda, iusticiariis ad assisas, iusticiariis ad gaolas deliberandas, vel iusticiariis ad prodiciones, felonias & alia malefacta audiendas & terminandas assignatis vel assignandis, iusticiariis pacis seu aliis iusticiariis, coronatoribus, senescallis & marescallis hospicii nostri vel heredum nostrorum, vicecomitibus aut aliis iusticiariis siue commissariis vel ministris nostris vel heredum nostrorum quibuscumque aut coram maiore seu balliuis dicte ville per laicas gentes infra eandem villam vel quatuor hundreda eidem adiacencia residentes vel possessiones infra eadem villam & hundreda habentes de aliquibus prodicionibus, insurreccionibus, feloniis vel mahemiis infra comitatus Oxon' vel Berk' ante hec tempora factis vel exnunc faciendis, indictatus, rettatus, vel appellatus existat vel in futurum indictari, rettari vel appellari contigerit & postmodum vigore huiusmodi indictamenti, retti vel appelli, arestatus vel imprisonatus fuerit infra procinctum Uniuersitatis predicte, tunc si Cancellarius, Commissarius seu locumtenens dicte Uniuersitatis pro tempore existens, ipsum calumpniare voluerit, ipse in cuius custodia huiusmodi imprisonatus vel arestatus existit corpus eiusdem arestati vel imprisonati Senescallo Cancellarii vel locumtenentis dicte Uniuersitatis pro tempore existentis, per commissionem nostram sub magno

sigillo nostro per Cancellarium nostrum vel custodem dicti sigilli nostri pro tempore existentem ex officio suo concedendam ad nominacionem & ordinacionem dicti Cancellarii vel locumtenentis dicte Uniuersitatis in hac parte, si ille qui sic dicto Cancellario nostro siue custodi sigilli nostri siue heredum nostrorum nominabitur eidem Cancellario siue custodi ad hoc videbitur habilis & sufficiens, prefici-end*o* & constituend*o*, statim post huiusmodi calumpniam factam, sub pena forisfacture ducentarum librarum ad opus nostrum & heredum nostrorum soluendarum, liberari; ipseque in cuius custodia indictamentum, rettum vel appellum, per quod huiusmodi imprisonatus vel arestatus indictatur, rettatur, vel appellatur, indictamentum, rettum, vel appellum illud coram prefato Senescallo statim cum per ipsum Senescallum inde fuerit requisitus cum processibus & omnibus aliis illud tangentibus sub pena predicta, in forma predicta soluenda, mitti faciant; ita quod idem imprisonatus vel arestatus stet recto in hoc parte coram dicto Senescallo, si nos versus eum loqui voluerimus vel aliquis alius loqui voluerit & non coram aliquo alio iudice. Et si idem arestatus vel imprisonatus super huiusmodi indictamento, retto vel appello placitet ad verificacionem siue inquisicionem patrie, tunc predictus Senescallus inde faciat processum per precepta sub sigillo suo vicecomitibus comitatuum predictorum dirigenda ad venire faciendum coram dicto Senescallo apud Guyhaldam dicte ville Oxonie ad certum diem per ipsum Senescallum prefigendum & assignandum decem et octo probos & legales homines de visneto loci ubi huiusmodi prodicio, insurreccio, felonia vel mahemium per huiusmodi indictamentum, rettum vel appellum supponitur fore factum; et eciam quod idem Senescallus similiter faciat processum per alia precepta Bedell*is* dicte Uniuersitatis dirigenda ad venire faciendum coram eo apud Guyhaldam predictam ad diem predictum decem & octo probos & legales laicos homines sub vel de priuilegio & iurisdiccione Uniuersitatis predicte existentes, quodque predictus Senescallus huiusmodi duobus panellis coram eo sic retornatis ulterius ad deliberacionem huiusmodi arestati vel imprisonati per verificacionem siue inquisicionem huiusmodi, cuius quidem verificacionis siue inquisicionis una medietas sit de predictis hominibus per vicecomitem comitatus predicti retornandis & alia medietas de predictis hominibus laicis sub vel de priuilegio & iurisdiccione Uniuersitatis predicte existentibus per predictos Bedellos retornandis, procedat, prout de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Anglie ac priuilegia, libertates & consuetudines Uniuersitatis predicte ac vigore presencium fuerit faciendum. Et si

huiusmodi arestatus vel imprisonatus coram dicto Senescallo allocutus allegauerit se fore clericum seu aliquod aliud per quod priuilegio sancte ecclesie gaudere debeat & per loci ordinarium vel eius deputatum calumpniatus fuerit, tunc idem Senescallus ipsum eidem ordinario vel deputato suo liberari faciat prout decet. Quare volumus & firmiter precipimus pro nobis & heredibus nostris quod prefati Cancellarius & scolares & eorum successores libertates & priuilegia predicta eis sic concessa habeant & teneant sibi & successoribus suis predictis in forma predicta & eisdem plene gaudeant & utantur imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, iusticiariorum, escaetorum, vicecomitum aut aliorum balliuorum seu ministrorum nostrorum vel heredum nostrorum quorumcumque; hiis testibus, venerabilibus patribus Thoma archiepiscopo Cantuariensi tocius Anglie primate, P. Lincolniensi, I. Eliensi, E. Exoniensi, R. Wygoriensi episcopis, Edwardo duce Ebor' carissimo fratre nostro, Iohanne Somerset camerario nostro, Edmundo Kancie & Ricardo Warrewike comitibus, Willelmo Roos de Hamelake, Willelmo de Wylughby, Thoma Longley cancellario, Thoma domino de Furnyuall thesaurario nostris, Iohanne Stanley senescallo hospicii nostri, Nicholao Bubbewythe custode priuati sigilli nostri & aliis. Dat' per manum nostram apud Westmonasterium secundo die Iunii anno regni nostri septimo.

Waker'

Per ipsum regem et consilium.[1]

144.

[A Bond by the University to observe an agreement with Oriel College.]

G. 5. Mar. 19, 1410

Hec indentura facta inter Iohannem Posselle prepositum & scolares domus beate Marie Oxonie Oryelle alias Aule Regalis vulgariter nuncupate ex una parte & dominum Thomam Prestbury Cancellarium Uniuersitatis Oxonie, Robertum Aclom & Ricardum Baron procuratores eiusdem & magistros regentes Uniuersitatis antedicte ex parte altera testatur quod licet predicti Thomas Cancellarius, Robertus & Ricardus procuratores eiusdem & magistri regentes Uniuersitatis antedicte sub suo sigillo Uniuersitatis communi se obligauerint quodam suo scripto obligatorio in centum libris sterlingorum bone & legalis monete dictis Iohanni Posselle & scolaribus domus beate Marie supradicte fideliter

[1] With the royal seal, dark green, attached by silk cords, purple and white.

persoluendis in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste proximo futuro post datam presencium, prout in dicto scripto obligatorio inde confecto plenius continetur; Predicti tamen Iohannes & scolares domus supradicte pro se & successoribus suis pro tempore perpetuo volunt & per presentes concedunt quod si predicti Thomas cancellarius, Robertus Aclom & Ricardus Baron procuratores Uniuersitatis supradicte eorumque successores, qui pro tempore fuerint, perpetuo in futurum bene, pacifice, quiete & fideliter obseruent eorumque unusquisque fideliter per se obseruet concordiam illam, confessionem, recognicionem, iuris dimissionem, relaxacionem, & ratificacionem iuris, possessionis, usus, disposicionis libere quod, quem & quas dicti Iohannes Posselle & scolares eorumque predecessores domus supradicte habuerunt & habent, omnes eciam clausulas, articulos, omnia eciam & singula in quibusdam indenturis inter partes predictas plenius contentos, contentas & contenta sub data [anno] domini MCCCC nono & regni regis Henrici quarti undecimo mense Marcii die decima septima in ecclesia parochiali beate Marie virginis Oxonie, nec illos eorumve aliquem successorem vel successores in futurum contra ea in indenturis predictis contenta molestent, grauent nec aliquis eorum grauet vel molestet in futuro, quod extunc dicta obligacio pro nulla habeatur; si autem in aliquo contrauenerint, molestauerint vel turbauerint, seu eorum aliquis [seu aliquis][1] alius eorum nomine perturbaverit vel gravaverit, quod extunc dicta obligacio in suo robore permaneat & effectu, & statim sit executoria. Dat' decimo nono die mensis Marcii anno regni regis Henrici quarti post conquestum undecimo.

145.

[A confirmation by the King of an agreement between Oriel College and the University.]

Henricus[2] dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus quasdam litteras indentatas inter Cancellarium & scolares Uniuersitatis nostre Oxonie et prepositum & scolares Collegii nostri de Orielle eiusdem Uniuersitatis factas in hec verba:—'Omnibus Cristi fidelibus presentes indentatas litteras inspecturis, nos Iohannes Posselle, pre- G. 6. Apr. 19, 1410 Mar. 17, 1410

[1] Not in MS.

[2] It is impossible to construe this deed in some places, though its meaning is obvious enough. There are three copies of this deed.

positus & scolares domus beate Marie Oxonie collegii de Orielle, alias Aule Regalis vulgariter nuncupate, salutem in domino sempiternam & fidem indubiam presentibus adhiberi. Cum, ex fama veteri crebrescente, librorum & munimentorum antiquorum aspectibus experimur quod quondum & ab antiquo domus quedam, in cimiterio ecclesie beate Marie virginis Oxonie, ex parte boriali cancelli situata ecclesie supradicte, domus congregacionis Uniuersitatis Oxonie vulgariter nuncupata, per quemdam ab Uniuersitatis quondam antiquo scolarem, licencia preuia legitima omnium quorum interfuit in hac parte, elemosinarie edificata fuerat & constructa, per dictamque Uniuersitatem, Cancellarium videlicet & scolares, antequam dicta ecclesia beate Marie nobis & domui nostre supradicte fuerat appropriata, unita quomodolibet vel annexa, habita, possessa in disposicioneque libera Uniuersitatis antedicte ante, citra & continue in hunc diem recognicionis presencium tam in parte inferiori quam superiori cum omnibus suis pertinenciis una cum libero & perpetuo ingressu & egressu ad easdem, cum potestate etiam libera aliam siue nouam domum ibi si voluerit & cum voluerit seu quiscumque alius vel quicumque alii Uniuersitatis intuitu voluerit vel voluerint, Cancellarius videlicet & scolares antedicti, construendi; cuius quidem domus congregacionis dominium, possessionem pacificam, usumque quietum & disposicionem liberam cum pertinenciis eiusdem ut predicitur per predictos Uniuersitatem, Cancellarium videlicet & scolares, habitum & habitas, possessum & possessas, recognitum & recognitas, retentum & retentas ab antiquo predecessores nostri nostre domus, nostra eciam & nos domus antedicta sub sigillo eorum, eiusdem, nostrumque communi, postquam legitime ecclesia predicta appropriata nobis fuerat & annexa, Cancellario & scolaribus antedictis in nostrum, nostre domus & ecclesie melioracionem, commodum & augmentum in benefactorum compensam diuersorum tum in oblacionibus gratuitis ornamentisque diuersis dicte iam nostre ecclesie per eosdem Cancellarium & scolares pluries certis anni festis & temporibus factis gratuiteque concessis in maius commodum, uberiorem eciam utilitatem dicte nostre iam ecclesie & domui redundancium, quam usus disposicionis libere vel possessionis pacifice congregacionis domus accresceret supradicte oblacionibus ornamentisque predictis non factis inibi nec concessis a nobis eciam & ecclesia nostra retentis, ratificauit, confirmauit, concessit & recognouit, ratificarunt, confirmarunt, concesserunt, & recognouerunt, ratificauimus, confirmauimus, concessimus & recognouimus communi sub sigillo, reseruato eis nobisque & domui nostre infuturum

perpetuo denario annuo Anglicano in festo Assumpcionis beate Marie virginis, si petitus fuerit, fideliter persoluendo, reseruatis eciam oblacionibus in domo predicta tam inferiori quam superiori in diuinis siue ad ymaginem ymaginesve tempore quocumque futuro ibi imposterum existentem vel existentes in pecuniis vel iocalibus offerendis si que fuerint nobis & ecclesie supradicte nostre, impetracionibus seu concessionibus priuilegiorum quorumcumque domini nostri Pape vel cuiusvis alterius dictis Uniuersitati, Cancellario videlicet & scolaribus congregacionis predicte domuive concessis vel alias impetratis, concedendis imposterum vel quomodolibet impetrandis in hac parte, non obstantibus; Considerantes vero temporibus iam modernis, desiderio eciam omni cordis, vocis & operis realiter affectantes quod Uniuersitas antedicta iure, dominio, usu, possessione, disposicioneque libera tam sub quam supra domus congregacionis antedicte cum suis pertinenciis una cum libero & perpetuo ingressu & egressu ad easdem, inferiorem videlibet & superiorem, cum potestate eciam libera aliam & nouam domum ibi si voluerint & cum voluerint seu quiscumque alius quicumqueve alii Uniuersitatis intuitu deuote, elemosinarie, voluntarieve voluerit Uniuersitas, magistri videlicet & scolares antedicti construendi bene, pacifice, plene & ubere, plenius, melius fruantur uberius & utantur perpetuis temporibus extunc & imposterum exnunc futuri; Nos prepositus & scolares antedicti recognoscentes & per presentes sigillo nostro communi roboratas & munitas recognoscimus, scimus veraciter & fatemur, testimonium perhibentes in hac parte veritati, pro nobis & successoribus nostris perpetuo quod a tempore ante & citra illius libere disposicionis continue in hunc diem Uniuersitas antedicta, Cancellarius videlicet & scolares, in illa domo totali congregacionis antedicta tam alta quam bassa cum pertinenciis suis ut predicitur habuerunt, habere consueuerunt, quiete, continue & iuridice habent & possident usque pacifice presentem in hunc diem, prout nobis liquet manifeste per presentes, in Uniuersitatis Thome Prestbury, Cancellarii videlicet, magistrorum & scolarium presencia asserentibus, confitentibus, dicentibus sepius, pluries & ex certa recognoscentibus sciencia habuit & habuerunt & iam habent disposicionem liberam per consuetudinem approbatam, possessionem ut predicitur pacificam, legitimeque prescriptam per decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta ultra & citra necnon per tempus & tempora cuius contrarii memoria non existit cum potestate ut predicitur libera aliam & nouam ibi domum construendi cum libero & perpetuo ingressu & egressu ad easdem cum pertinenciis suis ut predicitur superius hic expressis;

quam quidem domum cum pertinenciis ut predicitur ex causis premissis aliisque legitimis sic per Uniuersitatem, Cancellarium videlicet & scolares antedictos habitam, possessam, dispositam & retentam eidem Uniuersitati traditam & recognitam, ratificatam ut prefertur consuetudinatam per tempus & tempora cuius contrarii memoria hominum non existit laudabiliterque prescriptam penes Uniuersitatem predictam, Cancellarium uidelicet & scolares existere volumus & perpetuo remanere in bonisque Uniuersitatis consistere antedicte, nos successoresque nostros temporibus futuris perpetuis existentes & domum nostram ab omni iuris & facti accione, peticione, clameo & titulo nobis, successoribus nostris & domui nostre beate Marie supradicte contra predictos Uniuersitatem, Cancellarium videlicet & magistros racione, occasione vel causa domus predicte congregacionis cum pertinenciis & descripcionibus ut predicitur competenti vel competituris imposterum penitus & perpetuo fore & esse exclusos & privatos & exutos discernimus & fatemur per presentes, hoc excepto quod nos & successores nostri domum predictam congregacionis ingredi possumus libere sicut alii Uniuersitatis scolares gradus consimilis prout moris est vel erit communis cum voluerint supradictam, saluis semper nobis & successoribus nostris & realiter reseruatis ecclesie nostre & domui in futurum perpetuo predicto annuo denario, si petitus per nos vel nostros fuerit successores, oblacionibus eciam nobis reseruatis sub eisdem modo & forma clare superius expressatis cum potestate libera nobis que subsequitur reseruata, videlicet quod si contingat dictum denarium annuum vel oblaciones in domo predicta factas si que sint aretro existere in parte vel in toto non solutum vel solutas post trinam requisicionem Cancellario, procuratoribus & regentibus pro tempore existentibus tribus diebus in domo predicta congregacionis ex causa congregacionis vel convocacionis prout moris est in unum congregatis per habentem ad hoc specialem potestatem a domo predicta beate Marie eisdem sub eodem sigillo communi ostensam presentibus annexo, quod tunc bene liceat nobis & successoribus nostris dictam domum superiorem tantum ingredi & ibidem bona existencia eciam & domum occupare & retinere quousque de dicto denario & oblacionibus aretro existentibus plenarie fuerit satisfactum recognicione, concessione, relaxacione predictis in aliquo non obstantibus. Ut autem huiusmodi concessio, confessio, recognicio, tradicio & dimissio domus congregacionis antedicte per nos & nostram domum facte, concesse, tradite & dimisse, per Uniuersitatem eciam magistros & scolares ex hiis supra scriptis & aliis consuetudinate legitime ultra eciam memoriam hominum ut predicitur laudabiliterque

prescripte, nostra eciam et domus nostre confessio, recognicio & concordia premissorum uberius Uniuersitati Cancellario magistris & scolaribus accrescat & accrescant, firmius eciam & solidius in Uniuersitatis bonis consistat perpetuo domus congregacionis antedicta, siue clameo, accione iuris vel facti remedio, impeticione, molestacione, inquietacione, perturbacioneve aliquibus, nisi ut premittitur per nos, nostrosve successores vel nostram domum aliquem vel alium nomine nostro vel successorum nostrorum vel domus nostre predicte contra prefatos Uniuersitatem, Cancellarium magistros & scolares racione, occasione vel causa domus congregacionis predicte in inferiori & superiori & cum pertinenciis ut prefertur, imposterum mouendis, suscitandis vel fiendis, Reverendissimus in Cristo pater & dominus, dominus Thomas Arundell Cantuariensis archiepiscopus, tocius Anglie primas, apostolice sedisque legatus in nostre domus & ecclesie melioracionem, commodum & augmentum, domus contemplacione congregacionis in usus perpetuos Uniuersitatis & quietos permansuros existere & permanere debere in futurum, quinquaginta marcas bone & legalis monete Anglicane nobis domuique ecclesie nostris predictis realiter pre manibus persoluit pro maiori concordiaque perhenni iam inter nos propter hoc solidata & ex habundanti quiete sempiterna seruanda fideliter parcium predictarum. In cuius rei testimonium partes predicte Uniuersitas videlicet & domus beate Marie antedicta sigilla sua communia hiis litteris indentatis alternatim apposuerunt. Dat' Oxonie in ecclesia beate Marie virginis decimo septimo die mensis Marcii anno domini millesimo cccc nono, et regni regis Henrici quarti post conquestum undecimo.' Nos autem litteras predictas ac omnia & singula in eisdem litteris contenta, rata habentes & grata, ea pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus, approbamus & tenore presencium confirmamus, prout littere predicte racionabiliter testantur. Et ulterius ex mero motu nostro & ob internam affeccionem quam ad Uniuersitatem nostram predictam gerimus & habemus, de gracia nostra speciali concessimus prefatis Cancellario & scolaribus & eorum successoribus quod, licet dicta domus congregacionis prefatis Cancellario & scolaribus post statutum de Religiosis de terris seu tenementis ad manum mortuam non ponendis vel ante dictum statutum seu aliud statutum causam forisfacturam[1] vel quemcumque titulum qui ad nos vel heredes nostros in dicta domo pertinere poterit data concessa vel appropriata fuerit, iidem tamen Cancellarius & scolares & eorum successores inde per nos vel heredes nostros, iusticiarios, escaetores,

[1] Some word or words must have been omitted by the scribe.

balliuos vel ministros nostros vel heredum nostrorum quoscumque futuris temporibus non impetantur, molestentur, inquietentur vel grauentur, set dictam domum habeant & ea gaudeant iuxta effectum litterarum predictarum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium decimo nono die Aprilis anno regni nostri undecimo. Aghtone.

Per breue de privato sigillo[1]

Examinatur per Willelmum Aghtone & Iohannem Thoralby clericos.[2]

146.

[Charter of Henry V giving an Inspeximus of two Charters.]

Long Box 4. Dec. 7, 1413

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, iusticiariis, vicecomitibus, prepositis, ministris & omnibus balliuis et fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam domini H. nuper regis Anglie patris nostri factam in hec uerba:—Henricus [&c. as in No. 140 . . .] primo. Inspeximus eciam quamdam aliam cartam eiusdem patris nostri similiter factam in hec uerba:—Henricus [&c. as in No. 141 . . .] secundo. Nos autem concessiones, ordinaciones, libertates, iurisdicciones, priuilegia, concordias & confirmaciones predicta quatenus dictos Cancellarium, magistros, scolares & Uniuersitatem Oxonie dumtaxat concernunt rata habentes et grata [&c. as in No. 140 . . .] quorumcumque; hiis testibus venerabilibus patribus Th. archiepiscopo Cantuariensi, tocius Anglie primate, consanguineo nostro carissimo, H. Wyntoniensi auunculo nostro carissimo, cancellario nostro, Th' Dunolm, N. Bathoniensi & Wellensi, & H. Menevensi episcopis, Thoma Arundelle thesaurario nostro, Ricardo Warrewike comitibus, consanguineis nostris carissimis, Henrico fitz-Hugh camerario nostro, Thoma Erpyngham senescallo hospicii nostri militibus, Iohanne Prophete custode priuati sigilli & aliis. Dat' per manum nostram apud Westmonasterium septimo die Decembris anno regni nostri primo. Haseley

Per ipsum regem.[3]

[1] One of the three copies adds: '& pro una marca soluta in hanaperio'.

[2] Each of the three copies has the royal seal, green wax, attached by silk strings; in two cases the strings are green and red, in one case white and red.

[3] At the foot of the charter is: 'Irrotulatur coram domino rege apud Westmonasterium termino sancti Hillarii, anno sexto regis Henrici V, rotulo 8o'.

147.

[A list of the *insignia* which had been handed over to Thomas Chace, when he became Chancellor.]

A. 36. Apr. 10, 1427

Hec indentura facta anno domini MCCCCXXVII,[1] mensis Aprilis die decimo, inter Uniuersitatem Oxon' ex parte una et magistrum Thomam Chace, sacre pagine professorem, eiusdem Uniuersitatis Cancellarium, ex parte altera testatur quod Uniuersitas prefata liberauit dicto magistro Thome pro insigniis sui officii bona dicte Uniuersitati pertinencia que sequuntur; primo recepit antedictus Cancellarius ab Uniuersitate prefata librum sui officii, uidelicet statutorum Uniuersitatis, cum unico firmatorio de argento. Item recepit sigillum argenteum cum cathena argentea ponderis III unc' & dimid'; item unum ciphum argenteum cum coopertorio stante super III leones deauratos ponderis XXXIII unc'; item unum registrum sui officii de papiro; item tres mensuras ereas pro granis, uidelicet unum modium, medietatem modii & unam quartam modii; item quatuor alias mensuras ereas pro liquoribus, scilicet unam lagenam, potellam, quartam & unam pintam; item duos cumulos ponderum de auricalco, quorum unus XVI marcarum est ponderis de troy & deseruit pro pane & pecuniis ponderandis; et alius est IIII librarum, et dicitur vulgariter lyggyng weght, & deseruit pro speciebus & candelis ponderandis. Item recepit II equilibras pro ponderibus maioribus et minoribus cum cistula lignea pro eisdem; item unam virgam de auricalco deaurato ad mensurandum pannos cum una capsula viridi de corio; item recepit II sigilla ferrea unum ad signandum mensuras ligneas pro granis, et alium [*sic*] ad signandum ollas & mensuras pro vino et seruicia [*sic*] et pondera plumbea pistorum & aliorum, & fiunt sigilla secundum formam capitis bovini. Item recepit unam incudem & unum malleum de ferro &c. Item recepit II quaternos de copiis bullarum dampnacionis heresum & errorum.

[1] The Patent Rolls record that Thomas Chace, Chancellor of the University, was appointed Justice of the Peace as early as June 11, 1426. Our document, therefore, does not mean that Chace became Chancellor in April, 1427. It is printed in *Munim. Acad.*, p. 283, from Registrum A.

148.

[A Bond from Balliol College to the University.]

B. 5. July 7, 1427

Nouerint uniuersi nos Robertum Burley magistrum siue custodem collegii uulgariter nuncupati Baylyolhalle in suburbio ville Oxonie & eiusdem loci socios siue scolares ac eorum successores teneri & firmiter obligari Thome Chace cancellario Uniuersitatis Oxon, magistris Henrico Seuer & Ricardo Babthorpe, procuratoribus, ceterisque magistris & eorum successoribus predicte Uniuersitatis in mille marcis legalis monete Anglicane, soluendis eisdem T., H., & R. ceterisque magistris aut eorum successoribus predicte Uniuersitatis in festo Natalis domini proximo futuro post datam presencium. Ad quam quidem solucionem bene & fideliter faciendam obligamus nos & successores nostros ac omnia bona predicti collegii mobilia & immobilia ubicumque fuerint inuenta per presentes. In cuius rei testimonium sigillum commune predicti collegii presentibus est appensum. Dat' in capella dicti collegii septimo die mensis Iulii anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo, et anno regni regis Henrici sexti post conquestum Anglie quinto.[1]

149.

[Licence to the University to acquire lands in Mortmain to the value of forty shillings a year.]

E. 14. Nov. 16, 1451

Henricus dei gracia Rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Sciatis quod nos de gracia nostra speciali concessimus & licenciam dedimus dilectis nobis Gilberto Kymer cancellario, Iohanni Ketill & Thome Balsall procuratoribus Uniuersitatis nostre Oxonie, eiusdem Uniuersitatis cetuique unanimi magistrorum regencium & eorum successoribus pro tempore existentibus quod ipsi & successores sui terras, tenementa & redditus ad valorem quadraginta solidorum per annum, licet de nobis aut de aliquo alio teneantur, perquirere possint & tenere sibi & successoribus suis in releuamen & sustentacionem suam imperpetuum;

[1] With a fragment of the seal of Balliol. This bond is referred to, and explained, in the document printed in *Oxford Balliol Deeds*, p. 154; the bond was to be void if Balliol warranted to the University the site of the Divinity School.

nolentes quod iidem Cancellarius, procuratores, magistri aut eorum successores racione premissorum seu statuti de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis editi per nos vel heredes nostros, iusticiarios, escaetores, uicecomites, coronatores, balliuos aut alios officiarios seu ministros nostros uel heredum nostrorum quoscumque impetentur, molestentur, perturbentur, inquietentur in aliquo seu grauentur, dumtamen per inquisicionem in hac parte debite capiendam & in Cancellariam nostram vel heredum nostrorum rite retornandam compertum fuerit quod id fieri possit absque dampno vel preiudicio nostri vel heredum nostrorum aut aliorum quorumcumque. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium sextodecimo die Nouembris anno regni nostri tricesimo. Kyrkham

Per breue de priuato sigillo & de data predicta auctoritate Parliamenti.[1]

150.

[An Agreement between the Town and the University.]

This endenture made the xxiii^ti^ day of the monethe of Feuerer the yere of the regne of king Henr' the VI^te^ xxxvii^ti^ betwene Maister Thomas Chaundeler, doctour of Diuinite and Chaunceller of the Uniuersite of Oxenford and the Scolers of the same Uniuersite on the oon partie and Robert atte Wode mair of the toune of Oxenford and the Burgeises and Comon*ers* of the same Toune on the other partie witnesseth, where as diuerse dissenciouns, contrauersies and debates haue be late had and meved betwene the said Chaunceller and scolers and their predecessours on the oon partie and the said Mair, Burgeises and Comminalte and their predecessours on the other partie, especially of and in iii poyntes followyng, first for the demenyng and the deliueraunce of alle manere of Scolers of the said Uniuersite, their seruauntz and alle other persones hauyng the priuilege of the same Uniuersite, beyng arrested and imprisoned in the said toune under the keping of the Mair and Baillifs therof or eny of theym for eny felonye or treasone in the common prisone of the same toune, claymed by a priuilege graunted to the said Uniuersite by King Henr' the IIII^the^; The secunde for the priuileges that the said Chaunceller, Scolers, their L. 3. Feb. 23, 1459

[1] With the royal seal, attached by a tag, on which is written 'Irrotulatur'. This is on the Patent Roll of 30 Hen. VI, part 2, memb. 9.

seruauntz and other hauyng the priuilege of the said Uniuersite clayme to haue in any plee or accione meved or takene by theym or ageyn eny of theym in the Kinges Court holdene in the Gyldhalle of the said toune bifore the Mair and Baillifs or eny of theym; The IIIde for the correccione and punysshment of eny assaute, affray or wepyn drawen ageyn the Kinges peas within the said Uniuersite by eny persone of the said Toune or eny other not beyng of the said Uniuersite, not hauyng the priuilege therof, that by the comaundement, assent and agrement of the most Cristen Prince our said souerain lord the said parties be accorded of and uppon the premisses in the manere and fourme that folowethe. First as to the poynte and article bifore first reherced, it is accorded and agreed that the said Mair, Baillifs, Burgeises and Comminalte of the said toune shall suffre fro hensforward as ferr' as they can or may the Chaunceller, the Scolers and alle other under the priuilege of the same Uniuersite pesibly to enioye and use the priuileges of whiche aboue is made mensione, so that the said Mair, Baillifs and Burgeises, or suche deliuerance by theym be made haue a sufficient and a lawfull discharge for the same prisoner, if the same prisoner be claymed by the said Chaunceller or his Styward for the tyme beyng within IIII wykes next after his takyng and imprisonyng in the common prisone of the toune, so that the said Chaunceller, his Styward and ether of theym do their true part and effectuell diligence, withoute fraude, that the said prisoner be deliuered, acquit, or atteynt of suche treasone and felonye, for the whiche he was arrested and so imprisoned, within XII wykes next after the deliuerance of the said prisoner to the said Chaunceller or his Styward so made; prouyded alwey that the godes and catelx of eny such prisoner so arrested, be arested and put in sure and sauf garde by the Chaunceller and Mair for the tyme beyng, unto the tyme that the said prisoner so arrested be acquit or atteynt of the said felonye or treasone or of eny other bifore the same Styward at that tyme attained to that entent that at such tyme that eny suche prisoner be atteynt that then the said godes and catelx be deliuered to the said Mair or Baillifs for the tyme beyng as thing perteyning to the fee ferme of the said Toune. And also as to the secunde poynt and article of trauers betwene the said parties, it is accorded by the said parties that fro hensforward that these and none other enioye the priuileges of the Uniuersite, that is to say, the Chaunceller, alle Doctours, Maistres and other graduats, alle studientz, alle Scolers, and alle clerkes dwellyng within the procinct of the Uniuersite of what condicion, ordre or degree so euere they be,

euery dailly continuell seruaunt to eny of theym bifore rehersed belonging, the Styward of the Uniuersite and feed[1] men of the same Uniuersite with their menyalle men, also alle Bedells with their dailly seruauntz and their housholdes, alle Stacioners, alle bokebynders, lympnours, wryters, pargemeners, barbours, the bellerynger of the Uniuersite with alle their houshold, alle catours, manciples, spencers, cokes, lavenders, pouere childrene of scolers or clerkes within the procincte of the said Uniuersite, also alle other seruauntz takyng clothing or hyre by the yere, half yere, or quarter of the yere, takyng atte leste for the yere vi s. viii d., for the half yere iii s. iiii d., and the quarter xx d. of eny doctour, Maister, graduat, Scoler or Clerc withoute fraude or malengyne, also alle common caryers, bryngers of scolers to the Uniuersite or their money, letter or eny especiall message to eny scoler or clerk, or feccher of eny Scoler or clerk fro the Uniuersite for the tyme of such fecchyng or bryngyng or abiding in the Uniuersite for that entent; provyded alwey that if eny Clerk or Scoler hauyng a wyfe and houshold within the procinct of the Uniuersite, or eny Scolers seruaunt selle eny opyn merchaundise by wey of merchaundising, that as touching such merchaundising they be talliable with the burgeises of the said Toune. Also it is accorded that if eny scolers seruaunt by liuere or hyre under fourme abouesaid not dwellyng in houshold with the same Scoler be arrested by the Mair or baillifs or eny officers of theirs, if eny inhibicion be sent fro the Chaunceller or his Commissarie to the Mair or baillifs for the said persone so arrested that the officer of the Uniuersite that executeth the said inhibicione with an officer of the said mair or baillifs brynge withoute delaye the said persone so arrested to the said Chaunceller or his Commissarie and there by streite examinacione after the discrecione of the said Chaunceller or his Commissarie by an othe to be p*r*ived,[2] whether he ought to enioye the priuilege of the Uniuersite or not; and if it be prived that he be not of the said priuilege that then he be remitted by the said officers to the Mair or baillifs, so for him inhibite. And as to the iii^de^ poynt and article of contrauersie betwene the said parties, it is agreed and accorded that if the peas be broken betwene eny ii persones, of which two the oon is of the priuilege of the Uniuersite, that the correccion and punysshment therof only perteyne to the Chaunceller, according to the statute of the Uniuersite;

[1] Not *fred* as in *Mun. Ac.*, p. 346.

[2] 'proved' in *Mun. Ac.*, p. 347, but the word must be 'preved' or 'prived', both of which are old forms of 'proved'.

and if the peas happe to be broken betwene eny II laymen of the Toune of Oxenford or of the Suburbes of the same or elles betwene eny foreyns or eny foreyn & a layman of the Toune, that then if the Mair, Alderman, Baillifs or eny of their officers first arreste such brekers of the peas, that the correccion and punysshment of the said trespasse, perteyne holly to the said Mair and Baillifs; and if such brekers of the peas be first arrested by the Chaunceller, procutours or eny of their officers that then the correccion and punysshment of such trespasse perteyne only to the Chaunceller, accordyng to the statute of the Uniuersite; provyded allway that yf nother partie be of the priuilege of the said Uniuersite, ne no suche persone as is bifore rehersed that shuld haue the priuilege of the Uniuersite, that then the sute for the partie greved or wronged be sued and determyned bifore the Mair or Baillifs of the said Toune. In witnesse of alle whiche thinges aswell the seall of office of the Chaunceller as the seall of the Uniuersite aforesaid to that oo part of this present endenture remaynyng toward the said Mair and Comminalte ben set, and to that other part of the same endenture as well the seall of office of the Mairalte as the seall of the Comonalte of the said Toune of Oxenford remaynyng toward the said Chaunceller and Uniuersite bene put. Youen the day and yere abouesaid[1]

151.

[An exemplification of the preceding Agreement.]

L. 4. Feb. 26, 1459

Henricus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus alteram partem cuiusdam indenture inter magistrum Chaundeler sacre theologie doctorem ac Cancellarium Uniuersitatis Oxonie & scolares eiusdem Uniuersitatis ex una parte et Robertum atte Wode maiorem ville Oxonie burgenses & communes eiusdem ville ex altera parte tam sub sigillo officii maioratus quam sub sigillo communitatis dicte ville Oxonie sigillatam, penes prefatos Cancellarium & Uniuersitatem remanentem, factam in hec uerba :—'This endenture [&c. . . .] aboueseid.' Nos autem tenorem indenture predicte ad requisicionem predictorum Cancellarii & Scolarium duximus exemplificandum per

[1] With the seals of the Town and of the Mayor. This document is printed in *Mun. Ac.*, pp. 344–8, but the version is not quite accurate; also *Ep. Ac.*, p. 343.

presentes. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo sexto die Februarii anno regni nostri tricesimo septimo. Upton

Examinatur per Ricardum Fryston, Willelmum Bolton clericos.[1]

152.

[Letters Patent[2] by which the King remits to the University the annual payment of £5 at the Exchequer, gives the Chancellor powers for the cleansing of the streets, and grants that he may banish for ten miles.]

Edwardus dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus cartam domini Ricardi nuper regis Anglie secundi post conquestum, progenitoris nostri, factam in hec uerba :—Ricardus [&c. as in No. 119 . . .] secundo. Inspeximus eciam quandam aliam cartam quam predictus nuper rex R. fieri fecit in hec uerba :—Ricardus [&c. as in No. 136 . . .] quarto decimo. Nos autem cartas predictas de huiusmodi libertatibus, franchesiis, quietanciis, priuilegiis & iurisdiccionibus ac omnia & singula in eisdem contenta rata habentes & grata, pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus, approbamus & ea dilectis nobis nunc Cancellario magistris et scolaribus Uniuersitatis predicte & eorum successoribus concedimus & confirmamus prout carte predicte racionabiliter testantur. Preterea volentes prefatis Cancellario, magistris, & scolaribus graciam in hac parte facere uberiorem concessimus pro nobis et heredibus nostris & hac carta nostra confirmauimus eisdem Cancellario, magistris & scolaribus & eorum successibus quod licet ipsi [&c. as in No. 140 . . .] heredum nostrorum quorumcumque. Et insuper cum predictus Ricardus nuper rex Anglie per cartam suam concesserit dilectis sibi in Cristo Cancellario & scolaribus Uniuersitatis Oxonie quod Cancellarius eiusdem Uniuersitatis & successores sui & eorum commissarii & locumtenentes coram se ipsis imperpetuum haberent cognicionem omni-

Long Box 12. July 3, 1461

[1] With the royal seal, white wax, attached by a tag of parchment. Endorsed: 'Carta domini Regis concessa Uniuersitati per instancias et mediaciones venerabilis viri magistri Thome Chaundeler sacre pagine professoris, custodis collegii beate Marie Wynton in Oxonia pro tunc Cancellarii Uniuersitatis Oxonie'.

[2] The deed begins as if it were a Patent, and ends as if it were a Charter. In the next deed it is called Letters Patent. It is on the Patent Roll of 1 Ed. IV, m. 8.

modorum placitorum personalium tam debitorum, compotorum & quorumcumque aliorum contractuum & iniuriarum quam transgressionum contra pacem & mesprisionum & omnium aliarum accionum personalium infra villam Oxonie & suburbia eiusdem & alia loca quecumque infra procinctum Uniuersitatis predicte factorum, felonia & mahemio dumtaxat exceptis, ubi magister & scolares,[1] seu seruiens magistri uel scolaris aut communis minister vel alia quecumque persona que aliquibus priuilegiorum vel libertatum dicte Uniuersitatis gaudere deberet, quos predictus Cancellarius vel successores sui aut eorum commissarii siue locumtenentes pro talibus calumpniare voluerit, erat vel foret una parcium tam de huiusmodi placitis tunc pendentibus in quacumque placea extiterant quam extunc incipiendis, & huiusmodi placita tenerent in quocumque loco infra villam predictam & suburbia eiusdem & in aliis locis quibuscumque infra procinctum predicte Uniuersitatis eis placeret, & inde execucionem secundum eorum leges & consuetudines vel per legem regni sui ad voluntatem predicti Cancellarii & successorum suorum commissariorum seu locumtenencium suorum facerent, et de huiusmodi transgressionibus tam ex officio quam ad sectam partis per scolares & laicas gentes eiusdem ville & per alios inquirant et omnia huiusmodi placita coram dicto Cancellario & successoribus suis, eorum commissariis siue locumtenentibus in forma predicta audirent & terminarent & transgressores contra pacem inuentos culpabiles per incarceracionem vel alio modo racionabili debite castigarent; et quod tam iusticiarii ad placita coram ipso Ricardo nuper rege & heredibus suis tenenda assignati vel assignandi ac iusticiarii sui & heredum suorum tam de communi banco quam alii iudices quicumque in presencia & absencia eiusdem nuper regis & heredum suorum prefato Cancellario & successoribus suis ac eorum commissariis & locumtenentibus de omnimodis placitis supradictis facerent allocacionem sine difficultate vel impedimento quocumque, & quod nullus iusticiarius siue iudex in presencia vel absencia ipsius nuper regis seu heredum suorum, vicecomes, maior, balliuus seu alius minister quicumque de huiusmodi placitis vel aliquibus eorundem se intromittat, nec partem ad respondendum inde coram ipsis poneret, set quod pars illa coram dicto Cancellario & successoribus suis, eorum commissariis siue locumtenentibus inde solummodo castigaretur & puniretur in forma predicta; et quod idem Cancellarius & successores sui, eorum commissarii siue locumtenentes supradicti imperpetuum execucionem de uniuersis personis coram se ipsis de huiusmodi

[1] *vel scolaris* in No. 140.

transgressionibus & mesprisionibus conuictis & aliis manutenentibus fieri & transgressores infra Castrum nostrum Oxonie & alibi in dicta villa & suburbiis eiusdem iuxta discrecionem suam imprisonare[1] facerent, et quod vicecomes Oxonie seu Custos castri predicti aut maior & balliui uille predicte pro tempore existentes huiusmodi transgressores ad ordinacionem & mandatum predicti Cancellarii & successorum suorum ac eorum commissariorum & locumtenencium recipere, custodire & deliberare tenerentur, prout in cartis[2] & confirmacione predictis plenius continetur; Et quia ex humili insinuacione dilectorum nobis in Cristo nunc Cancellarii & scolarium Uniuersitatis predicte intelleximus quod ipsi ac predecessores sui pro eo quod procinctus uille predicte per certas metas & bundas in speciali in cartis & confirmacionibus sibi in ea parte factis & concessis non limitatur, ac pro eo quod quedam de libertatibus & priuilegiis sibi concessis sub verbis generalibus conceduntur sepius fuerunt & sunt impediti, quominus ipsi libertatibus & priuilegiis illis iuxta piam intencionem progenitorum nostrorum predictorum uti possint & gaudere, Nos Uniuersitatem nostram predictam in omnibus libertatibus & priuilegiis suis iuxta uim, formam & effectum eorundem protegere & defendere & omnes ambiguitates & controuersias in futurum deleri volentes, ob dei reuerenciam ac in Uniuersitate predicta studencium augmentum & multiplicacionem in futurum, necnon ob specialem & internam affeccionem & dileccionem quam ad personam precarissimi consanguinei nostri ac venerabilis in Cristo patris Georgii episcopi Exoniensis, Cancellarii Uniuersitatis predicte, suis exigentibus meritis & obsequiis gerimus & habemus, de gracia nostra speciali volumus, concedimus & hac presenti carta nostra declaramus & confirmamus pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est quod procinctus Uniuersitatis predicte limitetur [&c. as in No. 141 . . .] nullatenus intromittant. Et insuper de uberiori gracia nostra pro maiori securitate & quiete Uniuersitatis nostre Oxonie ac Cancellarii & scolarium eiusdem pro tempore existencium concessimus eisdem nunc Cancellario & scolaribus & eorum successoribus imperpetuum, quod si Cancellarius [&c. as in No. 143 . . .] factam & faciend*am* sub pena forisfacture ducentarum librarum, una medietate inde nobis & heredibus

[1] *imprisonari* in No. 136; either word is adequate.

[2] *carta* is meant; the word is copied from No. 141, where *cartis* is required. It is not clear why the charter of Henry IV, No. 141, was not confirmed by way of Inspeximus, as was customary. Probably the explanation is that the King wished to give an Inspeximus, but could not do so without speaking of Henry IV as king.

nostris & altera medietate inde ad usum & proficuum Uniuersitatis predicte, ipsique in quorum custodia indictamentum, rettum, vel appellum per quod huiusmodi imprisonatus vel arrestatus indictatur, rettatur vel appellatur pro tempore extiterit indictamentum, rettum vel appellum illud coram prefato Senescallo statim cum per ipsum Senescallum inde fuerit requisitus cum processibus & omnibus aliis illud tangentibus sub pena predicta in forma predicta soluenda mitti faciant seu deliberari, ita quod idem imprisonatus [&c. as in No. 143[1] . . .] supponitur fore factum, et quod idem vicecomes precepta illa coram prefato Senescallo ad diem predictum debite retornet sub pena quadraginta librarum in forma predicta similiter soluenda, et eciam quod idem Senescallus [&c. as in No. 143 . . .] prout decet. Et preterea cum inter ceteras libertates & priuilegia Cancellario & scolaribus Uniuersitatis predicte per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Anglie concessas concessum sit eisdem quod idem Cancellarius imperpetuum habeat custodiam assise panis vini et seruisie ac correccionem & punicionem eiusdem infra dictam uillam Oxonie & suburbia eiusdem cum finibus, amerciamentis & aliis proficuis prouenientibus in hac parte, reddendo prefatis progenitoribus nostris & heredibus suis centum solidos annuatim, Nos volentes prefatis Cancellario & scolaribus graciam in hac parte facere ampliorem, de gracia nostra speciali dedimus, concessimus ac remisimus et relaxauimus pro nobis et heredibus nostris predictis quantum in nobis est prefatis Cancellario & scolaribus ac successoribus suis predictos centum solidos, nobis & heredibus nostris sic ut premittitur annuatim reddendos[2], habendos & percipiendos eisdem Cancellario & scolaribus & successoribus suis ad communem utilitatem Uniuersitatis predicte imperpetuum; ita quod ipsi & successores sui nobis & heredibus nostris predictis ad Scaccarium nostrum & heredum nostrorum pro huiusmodi custodia & punicione unum denarium dumtaxat absque pluri ad festum sancti Michaelis singulis annis de cetero soluant et reddant imperpetuum. Et insuper cum Cancellarius & scolares Uniuersitatis predicte ab antiquo habeant punicionem & correccionem per censuras ecclesiasticas illorum qui truncos, petras, terram, fimum seu aliquas alias sordes aut feditates in vicis infra dictam villam Oxonie & suburbia eiusdem ponunt & proiciunt, que quidem punicio et correccio ob grauitatem huiusmodi periculose correccionis pro tam exili delicto execucioni sunt postposite, quodque occasione illa vici

[1] But reading *insurreccionem* for *inquisicionem*, absurdly.
[2] *reddendo*, MS.

predicti cum truncis, petris, fimis et sordibus adimplentur et pauimentum in plurima sui parte confractum non solum in Cancellarii et scolarium predictorum ac aliorum ligeorum nostrorum ad Uniuersitatem predictam confluencium graue nocumentum, verumeciam infecciones graues et infirmitates per huiusmodi corrupciones multipliciter contigerunt, Nos premissorum consideracione ac in euitacionem huiusmodi nocumentorum concessimus prefatis Cancellario & scolaribus et successoribus suis imperpetuum auctoritatem et potestatem ad amerciandum omnibus futuris temporibus omnes et singulos quos per debitam inquisicionem vel publicam evidenciam poterit reperiri aliqua huiusmodi pauimenta confracta, truncos, petras, fimum, sues, terram, sordes aut feditates infra vicos ville predicte et vicos suburbiorum eiusdem ad nocumentum ibidem habitancium et illuc confluencium habere; et quod Cancellarius ibidem pro tempore existens extractus inde fieri et ballivis ville predicte pro tempore existentibus liberari faciat ad ea leuanda, si post racionabilem premunicionem defectus tales minime emendentur ac talia impedimenta et feditates non auferantur, et quod dicti balliui recipiant eadem amerciamenta ad supportacionem solucionis firme sue imperpetuum, et si iidem balliui negligentes fuerint ad execucionem inde faciendam nec leuacionem huiusmodi amerciamentorum infra tres dies post recepcionem dictorum extractuum faciant tunc eadem amerciamenta capiantur ad opus Cancellarii dicte Uniuersitatis pro tempore existentis aut illius cui idem Cancellarius ea pro tempore assignabit. Et insuper licet Cancellarius Uniuersitatis predicte pro tempore existens habeat eciam ex concessionibus progenitorum nostrorum predictorum, quas eciam confirmauimus, auctoritatem et potestatem banniendi omnes criminosas et viciosas personas, obstinaces, rebelles et incorrigibiles a dicta Uniuersitate & procinctu eiusdem, persone tamen sic bannite ad villas et villatas prope dictam Uniuersitatem se retrahunt ibidem commorantes huiusmodi crimina et viciosam conuersacionem detestabiliter magis ibidem quam in Uniuersitate predicta ducendo & excercendo, Nos igitur de uberiori gracia nostra concessimus Cancellario Uniuersitatis predicte pro tempore existenti auctoritatem & potestatem quod ipse bannire possit a dicta Uniuersitate per decem miliaria circumiacencia omnes pronebas, meretrices et mulieres incontinentes infra eandem Uniuersitatem aut procinctum eiusdem notabiliter delinquentes, ita quod nulla huiusmodi mulier sic bannita infra decem miliaria circa dictam Uniuersitatem Oxonie commorari presumat, et si aliqua earum infra decem miliaria circumiacencia commoretur, quod dominus loci

siue habitacionis alicuius mulieris bannite, aut ipsius domini deputatus super premunicione huiusmodi bannicionis per Cancellarium dicte Uniuersitatis pro tempore existentem sibi facta[1] dictam bannitam imprisonet et post huiusmodi imprisonamentum eam a dominio illo expellat et amoueat. Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus nostris quod prefati Cancellarius et scolares, et eorum successores, libertates et priuilegia predicta habeant et teneant sibi et successoribus suis predictis in forma predicta et eisdem plene gaudeant et utantur imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri uel heredum nostrorum, iusticiariorum, escaetorum, uicecomitum aut aliorum balliuorum seu ministrorum nostrorum uel heredum nostrorum quorumcumque. Hiis testibus, venerabilibus in Cristo patribus Thoma Cantuariensi & W. Eboracensi archiepiscopis, Th. Londoniensi & G. Exoniensi, cancellario nostro Anglie, episcopis, precarissimo fratre nostro Georgio Clarencie & carissimo consanguineo nostro Iohanne Norff' ducibus ac carissimis consanguineis nostris Ricardo Warrewik', et Henrico Essex', thesaurario nostro Anglie, comitibus, dilectisque & fidelibus nostris Edwardo de Bergevenney, Iohanne Neuill' de Monte Acuto militibus, necnon dilecto et fideli clerico nostro Roberto Styllyngtone, custode priuati sigilli nostri & aliis. Dat' per manum nostram apud Palacium nostrum Westmonasterii tercio die Iulii anno regni nostri primo[2]

153.

[Letters Patent containing an Inspeximus of a petition from the University for the remission of an annual payment of £5, and of the King's assent.]

P. XIII. 3. Dec. 3, 1472

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus quandam peticionem nobis in Parliamento nostro apud Westmonasterium sexto die Octobris ultimo preterito inchoato & tento per

[1] factam, MS.

[2] With the royal seal, dark green wax in a tin box, attached by silk cords, red and purple. Endorsed: 'Irrotulatur in Memorandis Scaccarii uidelicet inter recorda de termino sancti Hillarii anno duodecimo regis Edwardi quarti rotulo quodam ex parte rememoratoris regis'; another hand has written: 'scilicet rotulo XIII'. Much of the latter part of this grant is taken from the Letters Patent of Feb. 25, 1459, by which Henry VI conferred powers on the Chancellor for the mending of roads and for banishing to a distance of ten miles.

Cancellarium & scolares Uniuersitatis in villa nostra Oxonie exhibitam in hec verba:—'To the kyng our aller soueraigne lege lord mekely besechen unto youre highnes youre humble oratours and subiectes the Chaunceller and Scolers of the Uniuersite in youre toune of Oxonforde that where ye by youre lettres patentes bering date the third day of Juyl in the first yere of youre most noble reigne reciting by the same among other that where among certeine libertees and priuileges by Chartres of youre most noble progenitours sumtyme kinges of England graunted unto the Chaunceller and Scolers of the seide Uniuersite it hathe be graunted unto theym that the same Chaunceller shoulde haue for euermore the keping of assise of brede, wyne and ale and correccion and punicion therof within the seide Toune of Oxonford and the subarbes of the same with fines, amerciamentes and other proufites growyng in that behalf, yeldyng to youre seide progenitours and theire heires C s. yerely, of youre grace especial yave and graunted, remitted and relessed for you and youre heires to the seid Chaunceller and Scolers and their successours the seide C s. yerely to you and to youre heires to be paid, to be had and perceived unto the same Chaunceller and Scolers and theire successours to the comen profite of the seide Uniuersite for euermore; so that they and theire successours shoulde paye unto youre highnes and to youre heires at thescheker for the seide keping and punicion Id. onely withoute more at fest of seint Michel for euermore as in the seide your lettres patentes therof is conteyned more at large, the which graunte, remissione and relesse bene resumed and voide for lak of certeine prouisions apone certeine actes of resumpcione hereafore made, Please it youre seide highnes of youre most noble and haboundant grace for the especial Wele and relief of the seide scolers by thassent of the lordes spirituelle and temporal and of the Comens of this youre Reame in this youre present parlement assembled and by auctorite of the same to ordeine and estabelissh that the seide graunte, remission and relesse and youre seide lettres patentes bering date the seide third day of Juyl, as to the same graunte, remission and relesse in theym specified, be good, auailabel and effectuel and auctorised by auctorite of this youre present parlement, any acte of resumpcion or other acte made or to be made in this parliament or any other parliament afore this tyme holden whatsoeuer notwithstonding; and the seide scolers shal pray continuelly for the preseruacion of your most noble and roial estate.' Inspeximus eciam quendam assensum eidem peticioni per communitates regni nostri Anglie in dicto parliamento existentes factum & in

eadem peticione specificatum in hec uerba:—'A cest bille les communenz sont assentuz.' Inspeximus insuper quandam responsionem eidem peticioni per nos de assensu dominorum spiritualium & temporalium in dicto parliamento similiter existencium ac communitatis predicte necnon auctoritate eiusdem parliamenti factam & in dorso eiusdem peticionis insertam in her uerba:—'Soit fait come il est desire.' Nos autem tenores peticionis, assensus & responsionis predictorum ad requisicionem prefatorum Cancellarii & scolarium duximus exemplificandos per presentes. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium tercio die Decembris anno regni nostri duodecimo Gunthorpe

Examinatur per Iohannem Gunthorpe & Thomam Bayen clericos[1]

154.

[Letters Patent by which the King, Henry VII, gives an Inspeximus of the grant of Edward IV.]

Long Box 20. Mar. 1, 1487

Henricus dei gracia rex Anglie et Francie & dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus quandam cartam domini E. nuper regis Anglie quarti progenitoris [*sic*][2] nostri factam in hec uerba:—Edwardus [&c. as in No. 152 . . .] primo. Nos autem cartam predictam ac omnia et singula in eadem contenta rata habentes & grata ea pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus & approbamus dilectis nobis in Cristo nunc Cancellario, magistris & scolaribus Uniuersitatis predicte & successoribus suis ratificamus & confirmamus prout carta predicta inde racionabiliter testatur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium primo die Marcii anno regni nostri secundo. Skypton

155.

[Henry VIII repeats the grant of his father.]

Long Box 3. Oct. 10, 1510

Henricus [&c.] omnibus ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Inspeximus litteras patentes incole[3] memorie precarissimi

[1] Endorsed: 'Irrotulatur in memorandis Scaccarii videlicet inter recorda de termino sancti Michaelis anno duodecimo regis Edwardi quarti ex parte Rememoratoris Regis.'

[2] Edward IV was father-in-law of Henry VII, but not his ancestor.

[3] *inclite* must be meant.

patris nostri domini H. nuper regis Anglie septimi de confirmacione factas in hec uerba:—Henricus [&c. as in No. 154 . . .] secundo. Nos autem cartas & litteras predictas ac omnia & singula in ea contenta rata habentes & grata ea pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus & approbamus ac dilectis nobis in Cristo nunc Cancellario, magistris & Scolaribus Uniuersitatis predicte & successoribus suis ratificamus & confirmamus, prout in cartis & litteris predictis inde racionabiliter testantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium decimo die Octobris anno regni nostri secundo.

Lychefeld

Examinatur per Willelmum Lychefeld, Iohannem Forster, clericos.

156.

[A new Charter granted at the petition of Cardinal Wolsey.]

Henricus[1] octauus dei gracia Anglie et Francie rex, fidei defensor, et dominus Hibernie, omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Cum uno omnium consensu naciones uniuerse et regna, omnis quoque respublica, maximeque Christiana, tum precipue florere existimantur verissime, cum in his alantur et educentur non magis qui foris domique imperium[2] protegant, hostes repellant, quam qui consiliis, studiis, scienciis, sapiencia regant & gubernent, corporum animarumque saluti consulant, religionem Christianam tueantur, sustentent, hereses & errores sagaciter inuestigent & prosternant, quales huic nostro regno Oxoniensis Academia iamdiu progenuit indiesque, ut speramus, est progenitura, eoque plures et perfecciores quo quietiorem et tranquilliorem peragant vitam; Nos itaque non tam incitati & accensi assiduis precibus reuerendissimi in Christo patris ac domini Thome Wulsey, Eboracensis archiepiscopi, qui ob singularem prudentiam, fidem & doctrinam in consilium nostrum adhibitus ab eadem Academia ad nos alumnus processit integerrimis,[3] quam nostrorum progenitorum longo ordine exemplis ac[4] sincera in bonas

Long Box 3. Apr. 1, 1523

[1] This Charter is printed in *Registrum privilegiorum Universitatis Oxon* (Oxford, 1770), pp. 53–75. Mr. Ogle, in *Royal Letters addressed to Oxford* (p. 146), says that this edition contains many errors, but the words and phrases he mentions are not errors, and the edition is by no means inaccurate. The numbering of the paragraphs in the edition of 1770 is reproduced here.

[2] Not *imperpetuum*, nor *impetus*, as in the reprint of 1770.

[3] Not *integerrimus*.

[4] et ac, MS.

litteras & studencium quietem pietate inflammati, expetentes quoque maxime fidei Christiane firmamentum, nedum augmentum, & omnium scienciarum absolutissimum & uberrimum prouentum, his que a nostris progenitoribus munificentissime sunt donata, ea que videntur potissimum ad eorum conducere emolumentum, commoditatem, tranquillitatem
2 quoque adiicimus. Nos igitur precibus dicti reuerendissimi patris fauorabiliter inclinati de gracia nostra speciali ac ex certa sciencia & mero motu nostris dedimus & concessimus ac per presentes damus & concedimus pro nobis, heredibus & successoribus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo cancellario & scolaribus Uniuersitatis nostre Oxonie & successoribus suis quod Cancellarius dicte Uniuersitatis, & eius commissarius pro tempore existens, ac deputatus prefati Commissarii pro tempore existens, sint & erunt conseruatores & iusticiarii nostri pacis nostre, heredum & successorum nostrorum, et quilibet eorum sit & erit conseruator & iusticiarius noster pacis nostre, heredum & successorum nostrorum infra villam nostram Oxonie in comitatu nostro Oxonie & suburbia eiusdem & quatuor hundreda eidem ville & suburbiis proximo adiacencia, necnon infra comitatus nostros Oxon' & Berk', conseruand*e* omnium & quorumcumque scolarium eiusdem Uniuersitatis, seruientum & ministrorum suorum & omnium aliarum personarum de vel sub aliquo priuilegio dicte Uniuersitatis qui nunc sunt & in posterum erunt & cuiuslibet eorum, necnon quarumcumque aliarum personarum pacem nostram versus eosdem scolares, seruientes & ministros suos aut aliquas personas de vel sub priuilegio Uniuersitatis predicte aut versus aliquos siue aliquem eorum infra villam, suburbia, hundreda & comitatus predictos infringentium, seu infringere attemptantium siue volentium, ac illarum omnium personarum, de qua vel de quibus iidem scolares vel eorum aliquis seu eorum seruientes aut ministri siue eorum aliquis se metuunt
3 vel metuit de vita aut mutilacione membrorum suorum; et quod iidem Cancellarius ac deputatus eius pro tempore existens & quilibet eorum & successores imperpetuum easdem potestatem & auctoritatem predictorum scolarium, seruientum, ministrorum & aliarum personarum predictarum & cuiuslibet eorum, qui nunc sunt & imposterum erunt infra villam & suburbia, hundreda & comitatus predictos habeant & exerceant, & quilibet eorum habeat & exerceat in omnibus & per omnia quales habent aliqui & quicumque iusticiarii pacis nostre in comitatibus nostris Oxon' & Berk' aut in aliquo alio comitatu regni nostri Anglie de & super aliis subditis nostris, ac omnia que ad iusticiarios pacis nostre pertinent infra dictam villam, suburbia,

hundreda & comitatus predictos iidem Cancellarius, Commissarius, ac deputatus eius pro tempore existentes exequentur & facient & quilibet eorum faciet & exequetur imperpetuum, mahemio & felonia tantummodo exceptis; necnon ad omnia alia ordinaciones & statuta facta & fienda pro conseruatione & bono regimine pacis nostre, heredum & successorum nostrorum ac quieto regimine & gubernacione dictorum scolarium, seruientum, ministrorum, ac aliarum personarum predictarum inquirend*a*, audiend*a*, terminand*a*, faciend*a* & exequend*a*, felonia & mahemio ut prefertur tantummodo exceptis. Et ulterius 4
per presentes concedimus eisdem Cancellario, & scolaribus dicte Uniuersitatis Oxonie, quod idem Cancellarius pro tempore existens & successores sui per litteras suas sigillo officii sui sigillatas assignare, constituere & facere possint imperpetuum Senescallum dicte Uniuersitatis pro tempore existentem ac eius Subsenescallum necnos duos legisperitos, seu tres aut duos eorundem, iusticiarios nostros ad pacem (quorum idem Senescallus vel Subsenescallus pro tempore existens sit semper unus) infra villam, suburbia, hundreda & comitatus predictos conseruandam, necnon iusticiarios nostros ad omnia & omnimoda prodiciones, murdra, & felonias, mahemia & alia malefacta quecumque infra villam, suburbia, hundreda & comitatus predictos contingentia siue emergentia per aliquos dictorum scolarium, ministrorum seu seruientum suorum aut illarum personarum que aliquo priuilegio dicte Uniuersitatis gaudere debet, aut per quascumque alias personas eisdem scolaribus, ministris seu seruientibus suis seu eorum alicui aut illis personis que aliquo priuilegio gaudere debent, sic illata, facta siue perpetrata, siue imposterum fienda aut perpetranda, ad inquirendum, audiendum & terminandum tam ad sectam nostram, quam ad sectam partis; ita quod nec maior, balliui dicte ville nostre Oxonie 5
neque aliqui iusticiarii siue commissionarii nostri ad pacem in dicta villa, suburbiis, hundredis, & comitatibus predictis, neque aliqui alii iusticiarii vel commissionarii regni nostri Anglie, heredum aut successorum nostrorum nisi tantummodo predictus Cancellarius, Commissarius eis, uel deputatus pro tempore existens, Senescallus, Subsenescallus & iusticiarii predicti per dictum Cancellarium ut premittitur assignandi infra villam Oxonie, suburbia, hundreda & comitatus predictos de aliquo premissorum aliquem dictorum scolarium, ministrorum seu seruientum suorum aut aliquem dictarum personarum priuilegiatarum tangente vel tangendo, concernente vel concernendo, emergente vel emergendo inquirant nec se in aliquo intromittant nec eorum aliquis in premissis nec aliquo premissorum inquirat nec intro-

6 mittat quouismodo; et si iidem maior & balliui dicte ville Oxonie, aut alii iusticiarii, commissionarii siue ministri nostri heredum vel successorum nostrorum seu eorum aliquis in presencia vel absencia nostra, heredum vel successorum super aliquibus premissis vel aliquo premissorum inquirere seu aliqualiter cognoscere uel intromittere presumpserint in futurum, quod iidem maior & balliui dicte ville Oxonie ac alii iusticiarii, commissionarii & officiarii nostri predicti ad certificacionem, notificacionem seu significacionem siue calumpniam Cancellarii Uniuersitatis predicte, qui pro tempore fuerit, eiusue commissarii aut deputati eiusdem commissarii pro tempore existentis, inquisicionibus, cognicionibus huiusmodi, aut cuicumque processui & execucioni inde qualitercumque inde faciendis omnino supersedeant &
7 se inde ulterius in aliquo nullatenus intromittant; quodque habeant seu facere et habere possint iidem Cancellarius & scolares & successores sui gaolam infra villam predictam ad felones & alios malefactores quoscumque, si sint scolares aut aliquis seruientum seu ministrorum predictorum scolarium siue aliqua alia persona que aliquo priuilegio dicte Uniuersitatis gaudere debet, aut aliqua alia persona siue persone eis siue eorum uni, ut prefertur, offendentes, delinquentes siue malefacientes, pro qua offensa seu pro quo delicto penam imprisonamenti habere meretur siue merentur, infra dictam villam, suburbia hundreda & comitatus predictos captos seu capiendos, in eadem gaola quousque ad eadem secundum legem & consuetudinem regni nostri Anglie
8 deliberentur saluo custodiendos & castigandos; et quod dicti Cancellarius, Commissarius eiusue deputatus, Senescallus, Subsenescallus, duo legislatores, tres aut duo eorundem iusticiarii [nostri] [1], heredum & successorum nostrorum per dictum Cancellarium pro tempore existentem seu successores suos ut premittitur assignandi, quorum trium aut duorum predictus Senescallus aut Subsenescallus sit semper unus, ad gaolam illam de prisonibus in ea siue in alia gaola infra villam siue suburbia eiusdem existentibus, ex quacumque causa committend*is* [2], de
9 tempore in tempus habeant auctoritatem & potestatem deliberandi; et quod vicecomes vel subuicecomes comitatuum predictorum Oxon' & Berk' pro tempore existentes omnia iurata, panellas, inquisiciones, attachiamenta, processus quoscumque & intendencias Cancellario, Commissario pro tempore existenti, ac eius deputato siue vicem gerenti & successoribus suis & aliis iusticiariis per eundem Cancellarium pro tempore existentem, ut premittitur, assignandis & cuilibet eorum, ut predictum est, ad omnia que ad officia sua siue alicuius eorum

[1] Not in MS. [2] Better than *committendi*.

spectant de tempore in tempus faciat retornet & intendat, ac precepta, mandata, warranta & iudicia eorundem iusticiariorum & cuiuslibet eorum pro tempore existentis ut predictum est faciat & exequatur in omnibus eisdem modo & forma prout idem vicecomes aut alii iusticiarii ad pacem nostram siue ad gaolas nostras deliberandas in comitatibus Oxon' & Berk tenentur, sub pena forisfacture ducentarum librarum, una medietate inde nobis, heredibus & successoribus nostris, & altera medietate inde ad usum predicte Uniuersitatis soluenda. Et ulterius 10
de uberiori gracia nostra volumus et concedimus per presentes quod iidem Cancellarius et scolares et eorum successores imperpetuum habeant omnimoda fines, amerciamenta et forisfacturas quecumque assessa, adiudicata, taxata, siue taxanda vel adiudicanda pro transgressionibus, oppressionibus, riotis, routis, illicitis assemblis, conuenticulis, congregacionibus unitis, extorcionibus, negligenciis, escapiis felonum, conspiracionibus, concelamentis, regratariis et forstallariis, manutenenciis, ambidextriis, falsitatibus, retencionibus illicitis, et aliis delictis et mesprisionibus ac malefactis quibuscumque, factis siue fiendis, perpetratis siue perpetrandis contra communem legem nostram siue contra ordinaciones quorumcumque stututorum editorum siue in posterum edendorum; necnon omnimoda fines, amerciamenta, re- 11
dempciones, exitus, forisfacturas et forisfacta tam per brevia nostra et heredum nostrorum de premunire fac*iendo*[1] adiudicata et adiudicanda, quam per omnia alia brevia, querelas, inquisiciones et mandata nostra, heredum seu successorum nostrorum in quibuscumque curiis nostris et heredum nostrorum tam videlicet coram nobis et heredibus nostris in Banco nostro vel coram nobis aut heredibus nostris in Cancellaria nostra et heredum nostrorum seu coram Thesaurario et baronibus nostris et heredum nostrorum de Scaccario, iusticiariis nostris et heredum nostrorum de uno Banco et de altero, Senescallo et Marescallo ac clerico mercati hospicii nostri vel heredum nostrorum, iusticiariis nostris et heredum nostrorum itinerantibus ad communia placita et placita corone nostre vel ad placita foreste, iusticiariis nostris vel heredum nostrorum ad felonias, prodiciones, transgressiones, excessus et alia grauamina et malefacta, tam ad sectam nostram et heredum nostrorum quam ad sectam partis, ac coram iusticiariis nostris ad pacem nostram seu heredum nostrorum ad assisas, et iusticiariis nostris et heredum nostrorum ad statuta et ordinaciones de artificibus, laboratoribus, seruientibus, vitellariis, forstallariis ac de ponderibus et mensuris conseruandis assignatis, quam coram quibus-

[1] Read as fac*ta*, in the printed edition.

cumque aliis iusticiariis, officiariis et ministris nostris et heredum nostrorum, tam in presencia nostra et heredum nostrorum quam in absencia nostra et heredum nostrorum, necnon coram predicto Cancellario, Commissario, deputato vel eius vicemgerente, iusticiariis predictis per dictum Cancellarium assignandis adiudicata et adiudicanda, ubi ipsos scolares aut eorum seruientes, ministros aut alias personas priuilegiatas, siue alicuius eorum aut dicte Uniuersitatis ministros, seu aliam personam siue personas predictas[1] versus dictos scolares, seruientes seu ministros suos aut personas priuilegiatas seu aliquem eorum quouismodo offendentes, ut premittitur, siue quoquomodo delinquentes, fines facere vel fecisse, amerciari vel amerciatos fuisse, exitus siue aliquod quodcumque forisfacere vel forisfecisse contigit siue in futurum con-
12 tigerit. Ac insuper de uberiori gracia damus et concedimus predictis Cancellario et scolaribus dicte Uniuersitatis quecumque annum, diem, streppum, vastum, deodandum, et thesaurum inventum, catalla felonum, utlagatorum, fugitivorum, dampnandorum, felonum de se, et felonum in exigendis positorum, siue aliter delinquencium, pro quo bona siue catalla sua amittere siue forisfacere debeant infra villam Oxonie predictam et suburbia eiusdem, cuiuslibet et quorumcumque legeorum siue subditorum nostrorum necnon omnium bonorum et catallorum quorumcumque manuopere captorum, et quod bene liceat eisdem Cancellario, Commissario, deputato siue vicemgerenti, et scolaribus et successoribus suis omnia predicta fines, amerciamenta, redempciones, exitus, forisfacturas, deodanda, thesaurum inuentum, annum diem vastum, catalla felonum, utlagatorum, fugitiuorum, dampnandorum, felonum de se, felonum in exigendis positorum et cetera premissa quecumque et qualitercumque forisfacta siue forisfacienda et omnia que ad nos, heredes et successores nostros de dictis finibus, amerciamentis, exitibus, die et anno, vasto, streppo, deodandis, catallis felonum, utlagatorum, fugitivorum, dampnandorum, felonum de se, [felonum][2] in exigendis positorum siue aliter, ut predicitur, forisfactis quoquomodo pertinere possit, per ipsos et ministros suos leuare, colligere, percipere et habere, tam per manus suas proprias siue assignatorum suorum siue deputatorum suorum, quam per manus vicecomitis, escaetoris et aliorum officiariorum nostrorum quorumcumque, et seipsos in seisinam inde ponere absque calumpnia, impeticione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, officiari-

[1] This word seems to spoil the sense. It would be in place if it came after the next *personas*.

[2] Not in MS.

orum vel ministrorum nostrorum vel heredum nostrorum predictorum aut aliorum iusticiariorum, escaetorum, vicecomitum, coronatorum, maiorum, balliuorum, constabulariorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque. Et insuper volumus et per presentes concedimus 13
quod predicti Cancellarius et scolares ac omnes eorum seruientes et cuiuslibet eorum seruiens aut eorum seu dicte Uniuersitatis ministri, firmarii et tenentes sui et eorum quilibet, ubicumque fuerint, exonerati et quieti sint de quibuscumque prisis, chiminagiis, capcionibus carrigiariorum equorum, carectarum, plaustrorum et aliorum carrigiariorum, necnon frumenti, ordei, feni, siliginis, auenarum, fabarum, pisarum, boum, bouiculorum, vaccarum, iumentorum omnium, porcorum, porcellorum, caprarum, edorum, agnorum, vitulorum, aucarum, anatum, caponum, gallinarum, pullorum, columbarum, dentricum, anguillarum et aliorum[1] piscium recencium quorumcumque et aliorum volatilium, victualium, cuniculorum et ferarum, salis, straminis, maeremii, bosci, subbosci, carbonis, aliorumque utensilium suorum quorumcumque. Et ulterius de uberiori gracia nostra concedimus pre- 14
dictis Cancellario et scolaribus dicte Uniuersitatis quod nullus emptor, prouisor, seu captor victualium huiusmodi pro hospicio nostro, heredum aut successorum nostrorum aut alius minister noster, heredum vel successorum nostrorum aut aliorum quorumcumque infra viginti milliaria eidem Uniuersitati Oxonie proximo adiacencia aliquod seu aliqua premissorum aut aliorum quorumcumque nec pro aliqua alia causa quacumque pro hospicio nostro, heredum aut successorum nostrorum capiendorum ingrediatur quouismodo absque licencia speciali et voluntate dicti Cancellarii aut eius Commissarii vel eiusdem [deputati][2] et scolarium dicte Uniuersitatis et successorum suorum petitis et obtentis imperpetuum. Et ulterius volumus et per presentes 15
concedimus eisdem Cancellario et scolaribus et successoribus suis, quod quodlibet indictamentum, captum siue imposterum capiendum tam de murdro et felonia quibuscumque, quam de riotis, routis, assemblis, conuenticulis et retencionibus illicitis perpetratis siue imposterum perpetrandis et alia indictamenta, et presentaciones quecumque de omnimodis malefactis infra villam Oxonie, suburbia, hundreda, et comitatus predictos contra legem terre nostre siue prouisiones statutorum editorum siue edendorum, capta seu imposterum capienda coram maiore et aldermannis seu balliuis ville predicte vel coram quocumque siue quibuscumque alio vel aliis iusticiario vel

[1] *aliarum*, MS. [2] Not in MS.

iusticiariis nostris siue commissionariis nostris in quibuscumque curiis nostris pretextu tam alicuius commissionis quam auctoritate aliqua eis facta siue fienda, quorumcumque scolarium aut seruientum seu ministrorum suorum siue alicuius seu aliquorum eorundem aut aliarum personarum aut alicuius eorundem que aliquo priuilegio dicte Uniuersitatis gaudere debent vel debet, aut aliarum personarum aut alicuius siue aliquorum eorundem versus eosdem scolares, seruientes, ministros suos aut aliquas alias personas predictas priuilegiatas siue versus aliquem eorum siue eorum uni offendentes, siue quoquomodo delinquentes, ad certificacionem, significacionem, notificacionem siue calumpniam de huiusmodi indictamento vel indictato factam per Cancellarium, Commissarium, eiusve deputatum seu per eorum unum aut eorum certum attornatum in hac parte pro tempore existentem, per maiorem seu aldermannos, balliuos, iusticiarios, seu commissionarios predictos et quemlibet eorum prefato Cancellario, pro tempore existenti, seu eius commissario seu eorum vicegerenti seu alicui eorum aut attornato predicto, per indenturas inter prefatum Cancellarium siue Commissarium aut eius deputatum et predictos maiorem et aldermannos, siue inter dictum Cancellarium, Commissarium, eiusve deputatum et iusticiarios siue commissionarios predictos siue eorum aliquem omnia et singula predicta indictamenta quecumque scolares et personas predictas tangencia, prefato Cancellario, eius deputato seu uni eorum aut eorum certo attornato in hac parte statim & immediate post huiusmodi notificacionem siue calumpniam prefato maiori seu aldermannis, balliuis, iusticiariis seu commissionariis predictis factam deliberentur; et processibus et execucionibus huiusmodi indictamentorum quibuscumque faciendis iidem maior, balliui ac iusticiarii siue commissionarii nostri, heredum et successorum nostrorum quicumque, et quilibet eorum, omnino supersedeant et se inde ulterius in aliquo nullatenus intromittant sub pena quadraginta librarum nobis forisfacturarum ; sed tantum coram prefato Cancellario siue Commissario aut eius deputato siue iusticiariis predictis per Cancellarium ut prefertur assignandis omnia et singula huiusmodi indictamenta iuxta vim, formam et effectum huius concessionis nostre audiri et terminari
16 volumus per presentes imperpetuum. Et si contingat huiusmodi indictamenta siue eorum aliquod sic capta coram predictis maiore et aldermannis siue balliuis ville predicte vel coram predictis iusticiariis, siue eorum aliquo, aut aliqua alia indictamenta capta vel capienda coram Cancellario, Commissario seu eius deputato aut coram Senescallo seu Subsenescallo dicte Uniuersitatis aut coram dictis iusticiariis

per predictum Cancellarium factis, siue coram aliquo eorundem versus aliquem predictorum scolarium, seruientum aut ministrorum suorum aut uersus aliquos seu aliquem eorundem siue aliarum personarum priuilegiatarum quoquo offendens*ium* [*sic*] siue delinquencium per breuia nostra de cerciorando, heredum siue successorum nostrorum aut aliqua alia breuia quecumque, siue aliquo quocumque modo, coram nobis, heredibus aut successoribus nostris, aut coram iusticiariis nostris, heredum aut successorum nostrorum de uno Banco vel de altero seu coram nobis in Cancellaria nostra, heredum seu successorum nostrorum aut coram quocumque vel quibuscumque aliis iusticiariis nostris infra regnum nostrum Anglie remota sint, vel aliquod eorum sit remotum, vel coram nobis et heredibus nostris aut iusticiariis nostris predictis siue coram aliquo eorum aliquo modo posita sint et adducta, siue eorum aliquod positum sit vel adductum, quod tunc ex insinuacione, significacione siue calumpnia per dictum Cancellarium, commissarium, eiusve deputatum pro tempore existentem, nobis seu iusticiariis predictis, coram quo vel quibus huiusmodi indictamenta pendent vel existunt, omnia et singula eadem indictamenta predicto Cancellario aut Commissario seu eius deputato siue eorum certo attornato deliberentur, et quodlibet eorum deliberetur; ac iidem iusticiarii predicti cuicumque processui siue execucioni inde faciendis omnino supersedeant, et se ulterius in premissis vel aliquo premissorum nullatenus intromittant sub pena quadraginta librarum nobis ut premittitur forisfacturarum; ac omnia exitus et proficua, fines et amerciamenta et 17
forisfacture quecumque coram eisdem iusticiariis siue eorum aliquo assessa, affurata seu forisfacta, assessanda, affuranda, siue forisfacienda, racione huiusmodi indictamentorum, sint ad usum, opus et proficuum dicte Uniuersitatis imperpetuum. Et si contingat aliquem scolarem 18
seu aliquem seruientum aut ministrorum predictorum seu aliquam siue aliquas personas predictos scolares, seu aliquem eorum siue aliquem ministrorum predictorum offendentes, siue aliquam personam seu personas priuilegiatas dicte Uniuersitatis coram maiore seu aldermannis, siue balliuis dicte ville aut aliquo alio iusticiario seu commissionario quibuscumque predictis seu aliquo eorum indictari vel indictatum esse, arrestari vel arrestatum esse, arrectari vel arrectatum esse, appellari siue appellatum esse seu impetiri occasione premissorum, et super hoc imprisonari siue imprisonatum esse, quod extunc ipse in cuius custodia huiusmodi arrestatus vel imprisonatus ubicumque infra regnum nostrum Anglie existat, statim et immediate post calumpniam per dictum Cancellarium, Commissarium siue eius deputatum factam predictis

maiori seu aldermannis aut balliuis siue dictis iusticiariis aut commissionariis, predictus scolaris, serviens seu minister ac predicta persona siue persone priuilegiate aut aliqua predictarum personarum sic arrestati seu imprisonati cum eorum causa seu causis prefato Cancellario pro tempore existenti siue commissario, eiusve deputato seu eorum certo attornato in hac parte deliberentur, et coram prefato Cancellario, Commissario aut eius deputato siue coram prefato Senescallo dicte Uniuersitatis in forma predicta siue coram predictis iusticiariis per predictum Cancellarium, ut predicitur assignatis siue
19 assignandis audiantur, iustificentur et determinentur; et quod non liceat nec imposterum licebit prefatis maiori, balliuis seu iusticiariis, commissionariis supradictis nec alicui eorundem post calumpniam seu certificacionem eis per dictum Cancellarium, Commissarium, eiusve deputatum aut per eorum siue alicuius eorum certum attornatum factam siue fiendam aliquos processus pro aliquo siue de et super aliquo quocumque indictamento siue presentacione coram eis capto seu capiendo, necnon de et super aliquibus siue aliquo appellis, murdris, feloniis seu mahemiis aut aliquibus siue aliquo indictamentis supradictis siue aliquibus querelis siue placitis seu materiis aut causis quibuscumque supradictis versus aliquem scolarem, seruien*tum*[1] siue ministrorum predictorum, siue versus aliquam personarum predictarum siue versus aliquam earundem facere seu assignare; et hoc sub pena
20 quadraginta librarum nobis forisfacturarum. Et quia volumus omnes & quascumque discordias contrauersias [*sic*] & ambiguitates que possunt in futurum inter prefatos Cancellarium & scolares dicte Uniuersitatis nostre & successores suos & burgenses dicte ville totaliter cedare[2] & finire, ut tranquilliorem inibi studentes peragant vitam, dedimus & per presentes concessimus quod Cancellarius & omnes scolares dicte Uniuersitatis & eorum ministri & seruientes eorundem & quilibet eorum cum eorum familia & omnes alii qui nunc sunt aut imposterum erunt registrati in registro dicte Uniuersitatis deinceps in perpetuum habeant & gaudeant & quilibet eorum habeat & gaudeat omnes libertates & priuilegia dicte Uniuersitatis nunc et preantea concessa absque difficultate, ambiguitate, dubio seu interpretacione, impedimento per nos, heredes & successores nostros seu aliquos quorumcumque ligeorum nostrorum in contrarium faciendo vel fiendo.
21 Et volumus et concedimus quod ad quemlibet visum franci plegii in posterum infra dicte Uniuersitatis precinctum per dictum Cancellarium

[1] The scribe must have missed *sive versus aliquem* before *seruientum*.
[2] i. e. *sedare*.

siue Commissarium aut eius deputatum tenendum, quod dictus Cancellarius, Commissarius seu eius deputatus seu unus eorum faciat precepta & mandata ministris vel alicui ministro dicte Uniuersitatis; et quod dicti ministri, seu unus eorum, pro tempore existentes habeant & habeat plenariam potestatem & auctoritatem precepta, mandata, panellas & attachiamenta de tempore in tempus coram dicto Cancellario, Commissario seu eius deputato retornandi & ulterius exequendi et faciendi totum & quicquid, ut ministri nostri solent & debent infra regnum nostrum Anglie, ad omnia ea que ad dictum visum franci plegii pertinent aut pertinere debent. Et ulterius concedimus prefatis 22
Cancellario & scolaribus dicte Uniuersitatis quod habeant & faciant seu habere & facere possunt[1] unum parcum vulgariter dictum a pownde vel pynfold infra villam Oxonie siue suburbiis eiusdem & ibidem possunt licite imparcare omnia & singula aueria bona & catalla omnium & singulorum que per legem terre nostre imparcari possunt & debent, ac omnia & singula proficua amerciamenta & auantagia & libertates eidem parco spectancia siue pertinencia recipere & habere possunt adeo plene et integre sicut nos, heredes & predecessores & successores nostri habemus seu unquam habuimus, haberemus siue perciperemus, ad usum et proficuum dicte Uniuersitatis nostre predicte [*sic*] imperpetuum. Et volumus & concedimus quod si aliquis scolaris, 23
seruiens seu minister eorum seu aliqua alia persona priuilegiata aut aliqua alia persona personarum predictarum arrestata, incarcerata seu imprisonata infra precinctum dicte Uniuersitatis, hundreda & comitatus predictos vel alibi infra regnum nostrum Anglie, post noticiam ex insinuacione & significacione prefati Cancellarii siue Commissarii siue eius deputati pro tempore existentis factam custodi prisone & carceris in quo huiusmodi arestatus vel imprisonatus existit per indenturas inter dictum Cancellarium seu comissarium et custodes prisone siue carceris huiusmodi factas per eosdem custodes predictis Cancellario, Commissario aut eius deputato aut eorum siue alicuius eorum certo attornato statim deliberentur et hoc absque fine, feodo, seu regardo seu aliquo alio ab ipsis capiendo seu dando sub pena decem librarum nobis forisfacturarum, ut ipsi Cancellarius, Commissarius seu eius deputatus aut iusticiarii per dictum Cancellarium in forma predicta assignandi huiusmodi personas predictas, sic captas & incarceratas iuxta eorum demerita & secundum legem terre nostre aut secundum statuta & consuetudines dicte Uniuersitatis nostre puniant & castigent. Volumus insuper & per presentes concedimus Cancellario & scolaribus 24

[1] The indicative is intentional; it is so all through the deed.

dicte Uniuersitatis & successoribus suis quod omnes scolares, eorum seruientes & ministri cum eorum familiis ac omnes alie persone priuilegiate faciant seu facere possunt & quilibet eorum faciat seu facere potest imperpetuum omnem & quarumcumque mercaturam, ac emant & vendant seu emere & vendere possunt omnes & quascumque res venales, & huiusmodi res in retalliam ponant seu ponere possunt vel alio modo quocumque, necnon exerceant seu exercere possunt omnia & singula artificia manualia & alia quecumque ad huiusmodi artificia spectantia infra villam Oxonie predicte & suburbia eiusdem publice, quiete & libere cum omnibus libertatibus & franchesiis suis, quas habent aliqui & quicumque burgenses dicte ville in villa predicta & suburbiis eiusdem; et quod predicti scolares, seruientes, ministri & persone predicte priuilegiate vigore presentis concessionis nostre exonerati, liberi sint & quieti ab omni & quacumque contribucione, solucione, concordia siue licencia pro dicta libertate & franchesia maiori, aldermannis siue balliuis aut camerariis aut alicui ministro seu communitati dicte ville Oxonie facienda, fienda, reddenda seu soluenda
25 imperpetuum. Preterea concedimus & per presentes volumus quod dictus Cancellarius ac [in][1] eius absencia commissarius, seu eius deputatus & eorum successores imperpetuum ex assensu magistrorum in congregacione, pro tempore existencium, assemblatorum, unitorum & congregatorum, faciant & auctoritatem faciendi habeant corporaciones, statuta & ordinaciones cum penis ad obligandum omnes & singulos inhabitantes dicte ville Oxonie tam mercandisas suas quam vitellarios sua victualia & alios quoscumque vulgariter dictos Glovers, Cordewyners & Chaundelers ibidem commorantes res suas venales quascumque enormiter vendentes de tempore in tempus ordinent, statuant & faciant[2] imperpetuum, aliquo statuto in contrarium ante
26 hec tempora edito siue ordinato non obstante. Ac eciam volumus et concedimus predictis Cancellario et scolaribus, seruientibus et ministris suis, ac aliis personis priuilegiatis, qui bona sua siue catalla furto vel vi amiserint, quod ipsi & quilibet eorum vel Cancellarius siue procuratores dicte Uniuersitatis eorum nomine absque inquietacione vel molestacione nostri, heredum seu successorum nostrorum, siue ministrorum nostrorum quorumcumque bona et catalla sic furata vel depredata a dictis furibus seu depredatoribus vel aliis quibuscumque, ad quorum manus huiusmodi bona & catalla peruenerint, licite recipere & tenere possint, licet contra dictos fures uel depredatores ad penam sanguinis non fuerint prosecuti, quamquam eadem bona & catalla per

[1] Not in MS. [2] *ordinent, statuent & facient,* MS.

uicecomitem, subvicecomitem, escaetorem, balliuos, officiarios aut alios ministros nostros, heredum aut successorum nostrorum primitus capta & seisita fuerint. Et eciam volumus & concedimus Cancellario & 27
scolaribus dicte Uniuersitatis & successoribus suis quod propter aliquam sentenciam in aliquo iudicio iuste vel iniuste per dictum Cancellarium, Commissarium aut eius deputatum seu per aliquem eorundem latam siue imposterum ferendam infra precinctum dicte Uniuersitatis nostre uersus siue contra aliquas personas siue aliquam personam, que persone vel persona auctoritate & racione priuilegiorum & libertatum dictis Cancellario & scolaribus & successoribus suis concessorum vel concedendorum recte tenentur vel tenetur stare in iudicio coram dictis Cancellario, Commissario aut eius deputato aut aliquo eorundem, volumus tunc pro huiusmodi sentencia sic per dictum Cancellarium, Commissarium siue eius deputatum siue aliquem eorum iuste uel iniuste lata vel ferenda & pro eiusdem sentencie execucione sic iuste uel iniuste late vel ferende, quod nec predicti Cancellarius, Commissarius, aut eius deputatus nec aliquis eorundem nec aliquis minister dicte Uniuersitatis nostre de aut pro eadem causa per aliqua breuia nostra aut alia mandata nostra, heredum & successorum nostrorum vel alio modo quocumque inuiti trahantur, nec aliquis eorum inuitus trahatur, extra Uniuersitatem predictam aut precinctum eiusdem ad iudicium nec coram nobis aut consiliariis nostris nec coram quibuscumque iusticiariis nostris in quibuscumque curiis nostris vel in quacumque curia nostra vexentur, perturbentur, molestentur in aliquo seu grauentur nec eorum aliquis vexetur, perturbetur, molestetur in aliquo seu grauetur in futurum, dummodo predicti Cancellarius, Commissarius, eiusve deputatus sic iniuste facientes sint parati & obedientes infra precinctum dicte Uniuersitatis iudicio procuratorum & aliorum iudicio, secundum statuta, ordinaciones & consuetudines dicte Uniuersitatis nostre ad hoc deputandorum, & sentenciis eorundem stare et obedire; et in omnes et singulos huic nostre ordinacioni contra-venientes vel non parentes, volumus & per presentes ordinamus quod omnes & eorum quilibet penam viginti librarum ad usum et[1] opus dicte Uniuersitatis forisfacturarum incurrant & incurrat ipso facto, tociens quociens imperpetuum. Et quia laici plerumque sicut scolaribus 28
sic et eorum seruientibus sunt infesti, ideo ordinamus, concedimus & hac presenti carta nostra confirmamus pro nobis, heredibus & succes-soribus nostris predictis Cancellario et scolaribus et successoribus suis quod cum scolares dicte Uniuersitatis, eorum seruientes et ministri,

[1] *ad*, MS.

necnon alie persone quecumque priuilegiate ad aliquam quintamdecimam & decimam siue ad medietatem quintedecime & decime nobis, heredibus aut successoribus nostris imposterum soluendam de bonis & catallis aut terris & tenementis suis in villa predicta & suburbiis eiusdem assidendi fuerint vel taxandi, Cancellarius siue Commissarius aut eius deputatus pro tempore existens & maior dicte ville Oxonie aut eius vicem gerens pro tempore existens coniunctim & non diuisim habeant ac virtute presentis concessionis nostre habebunt imperpetuum auctoritatem & plenariam potestatem coniunctim, ut predicitur, et non diuisim assidendi & taxandi quamcumque parochiam in villa predicta & suburbiis eiusdem iuxta & secundum quantitatem integram dicte ville & suburbiorum eiusdem taxatam, limitatam & assessam in scaccario nostro ad huiusmodi quintamdecimam & decimam soluendam, deductis & deducendis omnibus & singulis allocacionibus & solucionibus que solui & allocari debent in partem solucionis vel allocacionis huiusmodi quintedecime et decime, racione aliquarum composicionum vel conuencionum inter aliqua collegia siue alia loca quecumque infra villam et suburbia predicta siue inter aliqua alia loca extra villam et suburbia eiusdem ex una parte et maiorem, aldermannos, balliuos et
29 burgenses dicte ville ex altera parte factarum siue fiendarum. Et preterea volumus quod cessione[1] siue taxacione in forma predicta huiusmodi quintedecime & decime per dictos Cancellarium & Maiorem siue eorum deputatos sic facta & terminata, Cancellarius dicte Uniuersitatis et eius Commissarius aut deputatus pro tempore existens, & non Maior seu homines dicte ville nec aliqui commissionarii nostri, heredum aut successorum nostrorum nec eorum aliquis, virtute alicuius commissionis nostre eis vel alicui eorum per nos, heredes vel successores nostros imposterum mittende vel deliberande aut quacumque alia auctoritate eis data siue imposterum danda, predictos scolares, seruientes, ministros & alias personas priuilegiatas infra aliquam parochiarum dicte ville aut suburbiorum eiusdem commorantes siue inhabitantes predictus Cancellarius, commissarius aut eius deputatus pro tempore existens & non Maior dicte ville nec aliquis aliquorum preexceptorum iuxta quantitatem bonorum suorum taxabilium racionabiliter et fideliter, prout alii homines dicte ville assessi fuerint, assideat et taxet imperpetuum; et pecuniam sic assessam idem Cancellarius, Commissarius vel eius deputatus per ministros suos leuari faciant, Maiori, balliuis siue collectoribus ad hoc deputatis per
30 indenturam deliberandam. Et si predicti scolares, seruientes, ministri

[1] assessing.

& alie persone priuilegiate ad aliquam aliam quotam quam ad quintamdecimam & decimam, subsidium, contribucionem aut auxilium nobis, heredibus aut successoribus nostris soluendum assidendi & taxandi de bonis, catallis, terris & tenementis suis fuerint, quod tunc Cancellarius, Commissarius et eius deputatus, associatis sibi presidente Collegii beate Marie Magdalene & custodibus Collegiorum beate Marie Wynton' & Omnium Animarum pro tempore existentibus vel duobus eorundem, & non Maior seu homines dicte ville nec aliqui commissionarii nostri, heredum aut successorum nostrorum, dictos scolares, seruientes, ministros & alias personas priuilegiatas infra villam & suburbia eiusdem commorantes secundum quantitatem bonorum suorum taxabilium fideliter & racionabiliter taxent & assideant imperpetuum & pecuniam sic per eos assessam per ministros suos leuari faciant, & Maiori, balliuis, seu collectoribus ad hoc deputatis per indenturam, ut premittitur, deliberent.[1] Et ulterius de uberiori gracia 31
nostra speciali perdonamus, remittimus & relaxamus per presentes predictis Cancellario & scolaribus, seruientibus & ministris suis ac quibuscumque aliis personis priuilegiatis, qui nunc sunt vel fuerunt & eorum cuilibet omnes & omnimodi prodiciones quascumque, murdra, homicidia, felonias, roberias, burgularias, abiuraciones, escapia & euasiones voluntarias et non voluntarias quorumcumque proditorum, murdratorum, homicidarum, felonum, burgulatorum & quorumcumque suspectorum prodicionis, murdri, homicidii, roberie et felonie, necnon accessar*itatem*[2] murdri, homicidii, quarumcumque feloniarum, roberiarum & aliarum feloniarum quarumcumque, necnon omnimoda transgressiones, rebelliones, riotas, routas, conuenticula illicita, confederaciones, conspiraciones, mesprisiones, contemptus, extorciones, oppressiones, periuria et alia malefacta quecumque per ipsos Cancellarium & scolares siue eorum aliquem ante datam presencium qualitercumque facta, habita siue perpetrata, licet iidem Cancellarius & scolares seu eorum aliquis de premissis vel aliquo premissorum indictati, appellati, rectati, adiudicati, utlagati, condempnati, conuicti uel attincti existant vel non existant; necnon omnes et singula utlagarias in ipsos Cancellarium & scolares seu in eorum aliquem occasione premissorum siue eorum alicuius ante datam presencium promulgatas, ac eciam omnia et singula iudicia, penas mortis et execuciones racione seu occasione premissorum vel eorum alicuius habenda vel exequenda, et firmam pacem nostram eis inde concedimus per presentes, ita tamen quod

[1] deliberand', MS.

[2] Some such word is required by the sense, but whether this form exists is unknown.

stent recto in curia nostra, si quis uersus eos seu eorum aliquem inde
32 loqui voluerit. Et ulterius ex habundanciori gracia & motu nostris volumus & concedimus quod si iste littere nostre in aliqua parte earundem minus valide & insufficientes fuerint aut in lege existunt, aut aliqui defectus in eisdem inueniri contigerit,[1] sicque littere ille in materia, forma vel alio modo quocumque necessario aut in melius habeant reformari, extunc Cancellarius Anglie, qui pro tempore fuerit, potestatem habeat & auctoritatem, ad prosecucionem predictorum Cancellarii et scolarium et successorum suorum aut alicuius eorum easdem litteras nostras debite reformandi, & alias litteras patentes prefatis Cancellario & scolaribus et successoribus suis & eorum cuilibet, pro pociori commodo & proficuo predictorum Cancellarii & scolarium & successorum suorum in hac parte, in forma debita prout casus exigerit fieri conficiendi absque aliqua prosecucione inde penes nos vel heredes nostros aut successores nostros, et absque aliquo alio warranto siue mandato pro reformacione dictarum litterarum ex causis
33 huiusmodi quouismodo faciendo vel habendo; et quod littere nostre predicte eis inde generaliter facte, eciam omnes & singule alie carte per nos aut progenitores nostros eisdem Cancellario et scolaribus quovismodo ante hec tempora concessa, sint & fiant eiusdem vigoris, virtutis & effectus quales essent, si omnia superius specificata plus specialiter legitime & particulariter in eisdem litteris exprimerentur & specificentur[2]; et quod legantur, intelligantur & iudicentur[3] pro parte ipsorum Cancellarii & scolarium & successorum suorum erga nos, heredes & successores nostros prout melius sciri poterit & intelligi, non obstante aliqua omissione, defectu, negligencia, repugnancia seu contrariositate in eisdem, aliquo actu, ordinacione, statuto seu re-
34 striccione in contrarium edito ordinato seu prouiso non obstante. Que omnia et singula libertates, priuilegia et quietancias predicta ac omnia alia priuilegia et libertates per nos aut progenitores nostros, predictis Cancellario et scolaribus Uniuersitatis predicte preantea concessa, tam in presencia quam in absencia nostra, heredum & successorum nostrorum infra procinctum[4] dicte Uniuersitatis habeant & teneant, et
35 eis et eorum quolibet plene gaudeant et utantur imperpetuum. Et quod idem Cancellarius, Commissarius eiusue deputatus & eorum successores seu Senescallus, Subsenescallus & alii iudices per dictum Cancellarium in forma predicta deputati, tam de huiusmodi trans-

[1] Either read *contigerint* or *aliquos*.
[2] The scribe means *specificarentur*.
[3] The printed edition has *indicentur*.
[4] The scribe writes *procinctum* and *vrecinctum* indifferently.

gressionibus & malefactis predictis, quam de mesprisionibus, extorcionibus, conspiracionibus, confederacionibus, manutenenciis, falsis alleganciis, compotis, contractibus & iniuriis quibuscumque ac omnibus aliis articulis qui poterunt cadere in finem vel redempcionem seu in aliam penam pecuniariam, ac de aliis contractibus, placitis & querelis personalibus & aliis causis et materiis quibuscumque, quocumque nomine censeantur, seu censeri poterunt, licet tangant nos, heredes vel successores nostros (assisis & placitis de libero tenemento dumtaxat exceptis), infra villam Oxonie, suburbia, hundreda aut comitatus predictos vel alibi infra regnum nostrum Anglie qualitercumque emergentibus, factis siue perpetratis aut faciendis siue perpetrandis tam ad sectam nostram, heredum & successorum nostrorum quam ad sectam partis vel alio modo quocumque, ubi scolares aut eorum seruientes seu ministri aut alique alie persone que aliquo priuilegio dicte Uniuersitatis gaudere debeant vel debeat quos vel quem predicti Cancellarius, Commissarius eiusue locumtenens siue eorum successores calumpniari [*sic*] voluerint, est vel erit una parcium, per scolares seu eorum seruientes aut laicas gentes eiusdem ville Oxonie aut per alios inquirant et inquirere possint et plenam cognicionem & correccionem inde habeant et huiusmodi placita, querelas, causas & materias in quocumque loco infra villam nostram Oxonie aut suburbia eiusdem aut procinctum Uniuersitatis predicte eis placuerit, & execucionibus inde secundum eorum statuta & consuetudines vel secundum legem regni nostri Anglie ad voluntatem predictorum Cancellarii, Commissarii siue eius deputati et successorum suorum faciant; ac omnes et singulos articulos, causas, materias & querelas, exceptis preexceptis, audiant et terminent, ac omnia et omnimoda amerciamenta, exitus, 36
forisfacturas et proficua inde proueniencia ad commodum et utilitatem Uniuersitatis predicte habeant, leuent et percipiant per se & deputatos suos imperpetuum, ita quod nullus iusticiarius ad placita coram nobis 37
seu heredibus nostris tenenda assignatus vel assignandus, iusticiarius de communi Banco, iusticiarius ad assisas capiendas, vel gaolas deliberandas vel custodes pacis seu iusticiarii seruientum, laboratorum & artificum seu alii iusticiarii vel iudices quicumque, senescallus vel marescallus vel clericus mercati hospicii nostri vel heredum nostrorum, vicecomes, maior, balliuus, seu alius officiarius vel minister noster vel heredum nostrorum quicumque de huiusmodi placitis, querelis, contractibus, articulis, causis, materiis vel aliis rebus predictis seu eorum aliquo, exceptis preexceptis, infra dictam villam Oxonie, suburbia seu procinctum eiusdem vel alibi infra regnum nostrum

Anglie factis vel faciendis in presencia nec absencia nostri vel heredum
38 nostrorum se in aliquo intromittant. Et si iidem iusticiarii aut alii ministri nostri seu eorum aliquis, in presencia vel absencia nostri vel heredum nostrorum super aliquibus, premissis, exceptis preexceptis, inquirere seu aliqualiter cognoscere vel intromittere presumpserint in futurum, iidem iusticiarii ac alii ministri & officiarii predicti ad certificacionem, notificacionem seu significacionem Cancellarii Uniuersitatis predicte, qui pro tempore fuerit, aut eius commissarii siue locum tenentis inquisicionibus & cognicionibus huiusmodi aut cuicumque processui et execucioni inde qualitercumque faciendis omnino supersedeant & se inde ulterius in aliquo nullatenus intromittant, nec partem ad respondendum coram ipsis ponant sed quod pars illa coram dicto Cancellario & successoribus suis, eorum commissariis siue locum tenentibus inde solummodo castigetur et puniatur in forma predicta.
39 Et volumus et concedimus quod hee littere nostre habeantur et deliberentur prefatis Cancellario et scolaribus absque fine vel feodo magno vel paruo in Cancellaria nostra vel in hanaperio Cancellarie nostre ad opus nostrum vel heredum nostrorum soluendo seu reddendo. Volumus eciam custodem siue clericum hanaperii nostri predicti in computo suo ad Scaccarium nostrum inde exonerari per presentes, eo quod expressa mencio de vero valore annuo aut de certitudine premissorum siue eorum alicuius aut de aliis donis siue concessionibus, per nos aut progenitores siue predecessores nostros prefatis Cancellario & scolaribus ante hec tempora factis, in presentibus minime facta[1] existit, aut aliquo statuto, actu, ordinacione, prouisione seu restriccione inde in contrarium factis, editis, ordinatis siue prouisis aut aliqua alia materia, re vel causa quacumque in aliquo non obstante. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes, teste me ipso apud Westmonasterium primo die Aprilis anno regni nostri quartodecimo.

Per ipsum regem et de data predicta auctoritate Parliamenti.[2]

157.

[An Inspeximus by Philip and Mary.]

Long Box 1. Oct. 18, 1555

Philippus & Maria, dei gracia rex et regina [&c.] omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus litteras patentes

[1] Not *factis*, as in the printed edition.
[2] The royal seal, green wax, attached by green silk cords.

domini E.[1] nuper regis Anglie sexti fratris nostri precharissimi dicte regine de confirmacione factas in hec uerba:—Edwardus sextus dei gracia Anglie, Francie & Hibernie rex, fidei defensor et in terra ecclesie Anglicane et Hibernice supremum caput, omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus litteras patentes felicissime memorie precharissimi patris nostri domini H. nuper regis Anglie octaui de confirmacione factas in hec uerba:—Henricus [&c. as in No. 155 . . .] secundo. Nos autem cartas et litteras predictas ac omnia et singula in ea [*sic*] contenta rata habentes et grata, ea pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus et approbamus ac dilectis nobis in Cristo nunc Cancellario, magistris et scolaribus Uniuersitatis predicte et successoribus suis ratificamus et confirmamus, prout in cartis et litteris predictis in se racionabiliter testantur [*sic*]. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium septimo die Iunii anno regni nostri primo. Nos autem cartas et litteras predictas ac omnia et singula in eisdem contenta rata habentes et grata, ea pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus [&c. as above . . .] testantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Testibus nobis ipsis apud Westmonasterium decimo octauo die Octobris, annis regnorum nostrorum secundo et tercio.

158.

[An Inspeximus by Queen Elizabeth.]

Elizabeth dei gracia regina Anglie, Francie et Hibernie [&c.] omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Inspeximus litteras patentes domini Philippi et domine Marie sororis nostre precharissime nuper regis et regine Anglie de confirmacione factas in hec uerba:—Philippus [&c. as in No. 157 . . .] secundo et tercio. Inspeximus preterea quasdam litteras patentes predicti precharissimi patris nostri domini H. nuper regis Anglie octaui factas in hec uerba:—Henricus [&c. as in No. 156 . . .] quartodecimo. Nos autem cartas et litteras predictas ac omnia et singula in eisdem contenta rata habentes et grata ea pro nobis, heredibus et successoribus nostris

Long Box 7. Jan. 2, 1567

[1] The Charter of Edward VI to the University was shown to the Earl of Arundell in 1558, but was missing from the University Archives as early as 1631 (see *Hist. of Univ. Archives*, by R. L. Poole, p. 75).

quantum in nobis est acceptamus & approbamus ac dilectis nobis nunc Cancellario & scolaribus dicte Uniuersitatis Oxonie & successoribus suis tenore presencium ratificamus et confirmamus prout carte & littere predicte in se racionabiliter testantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipsa apud Westmonasterium secundo die Ianuarii anno regni nostri nono.

159.

A. 10. June 9, 1571

An Exemplification of the Act of Parliament of 13 Eliz. for the incorporating of both the Universities into Bodies politic, in which Charters no. 156 and no. 158 are confirmed by Parliament. This is printed in *Enactments in Parliament* (O. H. S.), vol. i, p. 183.

TENEMENTS OF THE UNIVERSITY

Among the University Archives are preserved the title deeds of all the University property, and for the period ending with the year 1485, there are some sixty charters, all of them about houses or land in Oxford. During the thirteenth century the University was given some ten houses in Oxford, and doubtless more would have been given in the next century, had it not become the fashion for the lovers of learning to found Colleges within the University instead of endowing the University itself. After about 1280 the University received nothing until the reign of Queen Mary, if we except Wulstan Hall, given in 1479, but at that time of little value.

The property that was given to the University was not used for Academical purposes; it was not turned into Lecture rooms, or Examination Schools, or a University Library. It was merely a source of income, and was leased as other houses in the town might be. The University possessed no University property in the modern sense of the term, i. e. property used for University purposes, until the Divinity School was built. For though the Canon School was University property from before 1279, yet there was a hall attached to it, and the whole was let as a hall, as will be clearly seen when the Proctors' Accounts are printed.

Besides the properties that the following deeds refer to, the University had two other properties, Canon School in the parish of St. Edward and a rent in the parish of St. Peter le Bailey. The latter amounted to two shillings a year, issuing from 34 or 35 Queen Street; it was possessed by the University in 1279 (Hundred Rolls, ii. 794) and 1361 (Liber Albus, or Book of Wills, will no. 166), but in the University accounts of 1464, the earliest that exist, it is not mentioned. The former is no doubt the house in the parish of St. Edward's which in 1279 belonged to the University by the gift of mag. Reginaldus de Bathonia (Hundred Rolls, ii. 801). Its position is shown in the plan at the beginning of vol. ii of *Cartulary of the Hospital of St. John* (O. H. S.). The site seems to have belonged to the University until about 1820, when it must have been granted to Magdalen College by

some exchange. There are no title deeds about Canon School, and the earliest record is a lease (O. 11) of July 12, 1547, by which the University demises to John Waite, citizen & mercer of Oxford, a parcel of ground sometyme called the canon scholle and also a garden ground adjoining, in the parish of Allhallows, containing in length E. to W. xxiv yards, N. to S. xv yards, between a garden ground of Mary Maddalen College N. and a house or tenement sometime called Edwarde Hall S., and abutting upon a garden grounde of Richarde Gunters[1] E., and on the W. partly upon a garden ground of the late hall called Edward hall and partly upon a garden ground pertaining to the city; for 80 years; rent 5*s.* 4*d.* Also John Waite pays 40*s.* for the walles & stones of the said canon schole, and he is allowed to take away for his own use the stones & doors; but he shall maintain a sufficient stone wall about the premysses.

I

BEEF HALL

For the situation of this hall see the plan in the *Cartulary of the Hospital of St. John* (O. H. S.), vol. ii, p. 221. The following deeds show that it was owned by the family of Bellafago between 1296 and 1318, and obtained from them the name Beaufo Hall (pronounced Beefo), which was corrupted to Beef Hall. It was given to the University in 1322 by Nicholas de Tingewick, a celebrated doctor, to supply a salary for two Masters of Arts, who should have supervision of the grammar schools in the town. It was sold to Pembroke College in 1872 (Macleane's *Hist. of Pembroke Coll.*, p. 49).

I.

[Fulco de Rycot sells a tenement to Roger de Bellafago.]

O. 23. Mich. 1295–Mich. 1296

Sciant presentes & futuri quod ego Fulco de Rukote miles dedi, concessi, & hac presenti carta mea confirmaui Rogero de Bellafago & Thome de Bellafago filio Iohanne de Hertwelle & heredibus & assignatis predicti Rogeri totum illud tenementum meum cum pertinenciis quod situm est in parochia sancte Ebbe Oxonie uidelicet inter

[1] It is known from a deed at Lincoln College that Richard Gunter owned the Bear Inn about the years 1547 to 1550.

tenementum Thome de Derham ex parte orientali & tenementum Willelmi le Wilde ex parte occidentali & extendit se uersus austrum usque ad murum ville Oxonie & usque ad tenementum quod Henricus de Gamage tenuit die confeccionis istius carte; habendum & tenendum totum tenementum predictum cum pertinenciis suis predictis Rogero & Thome & heredibus ipsius Rogeri & assignatis seu cuicumque uel quibuscumque & quandocumque illud dare, uendere, legare uel aliquo alio modo assignare uoluerint libere, quiete, bene, & in pace imperpetuum; reddendo inde annuatim & faciendo capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & consueta pro omni seruicio seculari, consuetudine & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dederunt michi predicti R. & T. quinquaginta & duas marcas, quatuor solidos & octo denarios. Et ut [&c. sealing] hiis testibus, Philippo de Ew tunc maiore Oxonie, Thome de Henxteseye & Radulfo de Stoke tunc balliuis eiusdem uille, Henrico Oweyn, Iohanne de Ew, Iohanne Culuert, Thoma de Sowy, Henrico de Gamage, Willelmo le Wilde, Galfrido le Mercer, Ricardo de Waledene clerico & multis aliis.

2.

[Thomas de Bellafago sells the tenement to John de Trillowe.]

Sciant presentes & futuri quod ego Thomas de Bellafago filius Rogeri de Bellafago militis defuncti dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni de Trillowe clerico unum mesuagium cum pertinentiis in Oxonia situatum in parochia sancte Ebbe inter tenementum Iohannis de Derham ex parte orientali & tenementum Willelmi le Wylde ex parte occidentali; et extendit se uersus austrum usque ad murum ville Oxonie & usque ad tenementum quondam Henrici de Gamage; habendum & tenendum totum mesuagium antedictum cum omnibus pertinenciis suis quibuscumque prefato Iohanni de Trillowe, heredibus & assignatis suis libere, quiete, integre, bene & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum pro omni seruicio. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Iohannes de Trillowe quandam summam pecunie pre manibus. In huius uero [&c. sealing], hiis testibus, Henrico de Lenne tunc maiore Oxonie, Philippo de Ew & Ricardo de Edrope tunc balliuis

O. 24. Dec. 27, 1318

eiusdem ville, Iohanne de Dokelintone, Willelmo de Burnecestre, Iohanne de Coleshulle, Andrea de Pyria, Iohanne le Orfeuere, Roberto de Watlintone, Iohanne de Hamptone, Iohanne Culuerd, Ricardo Cary, Thoma de Alstone, Roberto de Westone, Thoma Clerico & aliis. Dat' apud Oxoniam, die Mercurii in festo sancti Iohannis apostoli & euangeliste anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi duodecimo.[1]

3.

[John de Trillowe sells the tenement to Nicholas de Tingewick.]

O. 25. June 25, 1320

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Trillawe clericus dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui magistro Nicholao de Tyngewyke unum mesuagium cum pertinenciis in Oxonia situatum in parochia sancte Ebbe inter tenementum Iohannis de Derham ex parte orientali & tenementum Willelmi le Wilde ex parte occidentali et extendit se uersus austrum usque ad murum ville Oxonie & usque ad tenementum quondam Henrici de Gamage; habendum [&c. as in no. 2]. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem [&c.] dedit michi predictus magister Nicholaus quandam summam pecunie pre manibus. In huius vero [&c. sealing] hiis testibus, Iohanne de Hamptone tunc maiore Oxonie, Rogero Mimecan & Henrico de Edrope tunc balliuis eiusdem ville, Iohanne de Dokelintone, Willelmo de Burncestre, Iohanne de Colushulle, Iohanne le Orfeuere, Thoma de Alstone, Roberto de Westone et aliis. Dat' apud Oxoniam die Mercurii proxima post festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi terciodecimo.

4.

[Nicholas de Tingewick grants the tenement to the University.]

O. 26. Apr. 25, 1322

Sciant presentes & futuri quod ego Nicholaus de Tyngewike clericus dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Cancellario & magistris et eorum successoribus Uniuersitatis Oxonie unum mesuagium cum pertinenciis in Oxonia situatum in parochia sancte Ebbe inter

[1] Seal circular, $\frac{3}{4}$ in., indistinct. S' THOME DE BEAVFOV

tenementum Iohannis de Derham ex parte orientali & tenementum Willelmi le Wylde ex parte occidentali et extendit se uersus austrum usque murum ville Oxonie & usque ad tenementum quondam Henrici Gamage ; habendum & tenendum totum mesuagium antedictum cum omnibus pertinenciis suis quibuscumque prefatis Cancellario & magistris & successoribus suis Cancellariis & magistris Uniuersitatis predicte ad inueniendum duos magistros in arte dialetica regentes ad scolas gramaticales ibidem pro profectu puerorum in gramatica studentium superuidendas imperpetuum libere, integre, bene & in pace de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Dokelyntone tunc maiore Oxonie, Andrea de Wormenhale, Iohanne de Gonewardeby tunc balliuis eiusdem, Iohanne de Hamptone, Willelmo de Berncestre, Ricardo Cary, Iohanne de Bysschopestone & aliis. Dat Oxonie die sancti Marci Euangeliste anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quintodecimo.

II

TINGEWICK'S INN

Tingewick's Hall was on the east side of Cat Street, immediately to the south of Mariole Hall, now the site of All Souls Library; it probably extended eastward as far as the garden of the Warden of New College. It was given to the University in 1322 by mag. Nicholas de Tingewick, who had owned it since 1302, and was permitted to reside in it as Principal for the duration of his life. Its earliest name was Corbet Hall, and the *Cartulary of the Hospital of St. John* (vol. i, p. 459) tells that before 1250 it was owned by William, the parson of Buckland, which no doubt is the explanation why as late as 1356 it paid a quit rent of 40 shillings to the parishioners of Buckland (see the lease of Feb. 7, 1356). When Sir Peter Besiles made his will in October, 1424 (register of Archbp. Chichele, fol. 293), he gave direction that 'suit should be made for a house in Cat Street called Tyngewykesyn, as the evidences thereof require', and as he was lord of the manor of Buckland we can understand why he might advance a claim to the house. As our deeds show that in 1340 and 1356 it was granted on lease for long terms and not to Masters of Arts, it might be assumed that it was no longer an academic hall; but this assumption would be false, for in 1401, magister David Leget and a scholar named Jen Cloghith, who both resided at 'Tensvikes Inn' in Oxford, were accused of treasonable correspondence

with Owen Glendour (*Orig. Letters*, Ser. II, vol. i, p. 8). It will be noticed that the name was Tingewick Hall in the fourteenth century, but in the next century it was also known as Tingewick's Inn, and from 1450, when it was leased to All Souls by the University, as late as 1629 it bore both names (see *Archives of All Souls College*, pp. 163–5).

5.

[Henry Simeon grants land to Roger Godeknave.]

F. 30. c. 1195

Sciant omnes tam futuri quam presentes quod ego Henricus filius Simeonis concessi & dedi Rogero Godeknaue filio Gaufridi Godeknaue totam terram in longum & in latum & in profundum que est inter terram que appellatur Hereburgehalle & terram Iohannis Brand, illi & heredibus suis, tenendam de me & heredibus meis firmiter & stabiliter in feodo & hereditate libere & quiete & integre & honorifice, reddendo inde singulis annis tres solidos ad duos terminos anni pro omni seruicio & pro omni exaccione scilicet xviii denarios ad Pasca & xviii denarios ad festum sancti Michaelis. Et pro concessione mea & donatione predicte terre prenominatus Rogerus fecit michi fidelitatem de tenemento. Et ego & heredes mei warentizabimus predictam terram sepedicto Rogero & heredibus eius contra omnes homines. Et ut mea concessio & donatio predicte tenure prefato Rogero & heredibus eius de me & heredibus meis in perpetuum firma & rata permaneat, presentis scripti attestacione & sigilli mei impressione corroboraui. Hiis testibus, Nigello decano, Iohanne Kepeharm, Laurentio Kepeharm, Thoma filio Eilrici, Gaufrido Godeknaue, Eilwino le Turnur, Waltero filio Iohannis, Turaldo Corduenero, Rogero le Turnur, Thoma filio Guidonis, Radulfo Halgot, Rogero filio Stephani, Rogero Wint', Laurentio filio Rocelini.[1]

6.

[William bookbinder grants Corbet's Hall to mag Will. de Wederhale.]

F. 27. Mich. 1282–Mich. 1283

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus ligator librorum de Cattestrete dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui magistro

[1] Seal, green, circular, $1\frac{3}{8}$ in., a pattern, SYGILL' HENRICI FIL' SIMEONIS. This is not the usual seal of Hen. Simeon. This deed might refer to land on the south side of Hereburgehall, but as it is found among the University Archives, it is natural to assume that it refers to Tingewick's Inn, which was on the north of Hereburgehall.

Willelmo de Wederhale totum illud messuagium cum omnibus pertinenciis suis quod uocatur Corbeteshalle & situm est in Cattestrete inter terram hospitalis sancti Iohannis ex una parte & terram que quondam fuit Henrici de Lyncolnia[1] ex altera in parochia beate Marie virginis in Oxonia; habendum & tenendum predicto magistro Willelmo & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, bene & in pace hereditarie imperpetuum, reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi seruicium debitum & consuetum, michi autem & heredibus meis uel meis assignatis unum clauum gariofili ad Pascha pro omni seruicio seculari & demanda. Ego uero dictus Willelmus ligator librorum & heredes mei uel mei assignati dictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis predicto magistro Willelmo & heredibus suis uel suis assignatis contra omnes homines mares & feminas [&c. warranty]. Pro hac autem donatione, concessione & presentis carte mee confirmatione, warantizatione, acquietacione & defensione dedit michi predictus magister Willelmus duodecim marcas sterlingorum pre manibus in gersummam. Et ut [&c. sealing] hiis testibus, domino Iohanne de Todemers milite tunc uicecomite Oxonie & Bark', Nicholao de Kyngeston tunc maiore Oxonie, Thoma de Sowy, Radulfo le Plumer tunc balliuis eiusdem, Henrico Oweyn, Willelmo le Especer, Willelmo de Eu, Iohanne de Eu, Philippo de Eu, Symone Scotk', Symone ligatore librorum, Paulino de Cridetone et aliis.

7.

[Ivo son of William bookbinder quitclaims the tenement.]

Sciant presentes & futuri quod ego Yuo filius & heres Willelmi ligatoris librorum de Cattestrete dimisi, concessi & omnino quietum clamaui pro me & heredibus meis uel meis assignatis magistro Willelmo de Wederhale & heredibus suis uel suis assignatis totum ius & clamium quod habui uel habere potui in illo mesuagio cum omnibus pertinentiis suis quod uocatur Corbeteshalle & situm est in Cattestrete inter terram hospitalis sancti Iohannis ex una parte & terram que quondam fuit Henrici de Lincolnia ex altera in parrochia beate Marie uirginis in Oxonia; habendum & tenendum predicto magistro Willelmo

F. 28. Mich. 1282–Mich. 1285

[1] He died in 1276 and left property to St. Mary's Church, in particular some land on the east side of Cat Street, where now is All Souls Library (see the deeds of Oriel College, privately printed by C. L. Shadwell).

& heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, bene & in pace hereditarie in perpetuum: ita quod ego dictus Yuo nec aliquis heredum meorum nec aliquis per me uel pro me in dicto mesuagio cum omnibus pertinenciis suis aliquid iuris uel clamii de cetero exigere poterimus. Pro hac autem dimissione, concessione & quieta clamatione dedit michi predictus magister Willelmus duodecim marcas sterlingorum pre manibus in gersummam. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, domino Iohanne de Todemers milite tunc uicecomite Oxon & Bark', Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxonie, Thoma de Sowy, Radulfo le Plumer tunc balliuis eiusdem, Henrico Oweyn, Willelmo le Especer, Willelmo de Eu, Iohanne de Eu, Philippo de Eu, Symone Scotk', Symone ligatore librorum, Paulino de Cridetone et aliis.

8.

[William de Wederhale grants Corbet's Hall to William de Dale.]

F. 36. Mich. 1300–Mich. 1301

Sciant presentes & futuri quod ego magister Willelmus de Wederhale dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui domino Willelmo dicto de Dale totum illud mesuagium cum omnibus pert. suis quod uocatur Corbetteshalle & situm est in Cattestrete inter terram & mesuagium hospitalis sancti Iohannis ex una parte & terram & mesuagium que fuerunt quondam Henrici de Lyncolnia ex altera in parochia beate Marie virginis in Oxonia; habendum & tenendum predicto domino Willelmo de Dale & heredibus suis uel suis assignatis & cuicumque illud mesuagium cum omnibus pert. dare, uendere, legare uel quoquomodo assignare uoluerit libere, quiete, bene & in pace hereditarie in perpetuum; reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi seruicia debita & consueta pro omni seruicio seculari & demanda. Ego uero [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus dominus Willelmus quadraginta marcas sterlingorum pre manibus in gersumam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Eou tunc maiore Oxonie, Iohanne Wiz & Ricardo le Especer tunc ballivis eiusdem, Simone Ligatore librorum de Cattestrete, magistro Radulfo Cirurgico, Roberto Notario, Roberto de Rypples & multis aliis.

9.

[William de Dale grants Corbet's Hall to Nicholas de Tingewick.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus dictus de Dale dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui magistro Nicholao de Tyngewyke totum illud mesuagium cum omnibus suis pertinenciis quod vocatur Corbetteshalle et situm est in Cattestrete inter terram & mesuag' Hospitalis sancti Iohannis ex una parte & terram & mesuag' que fuerunt quondam Henrici de Lyncolnia ex altera in parochia beate Marie Virginis in Oxonia; habendum & tenendum predictum mesuagium cum pertinenciis predicto magistro Nicholao & heredibus suis vel suis assignatis de capitalibus dominis feodi vel mesuagii antedicti libere, quiete, bene, pacifice & hereditarie imperpetuum; et cuicumque & quandocumque illud mesuagium cum omnibus suis pertinenciis dare, vendere, legare vel quoquomodo voluerit assignare, reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi illius seruicia debita & consueta pro omni exactione seculari & demanda. Ego vero [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit michi predictus magister Nicholaus quadraginta marcas esterlingorum pre manibus in gersummam. Et ut [&c. sealing]; hiis testibus, Thoma Sowy tunc maiore Oxon', Radulfo le Mercer, Willelmo de Hedyndone tunc ballivis eiusdem, Philippo de Eu, Iohanne de Eu, Ricardo Lespicer, Andrea de Pirye, Thoma de Henx', Andrea Culuerd, Symone ligatore librorum, Roberto Notario, magistro Radulfo Cyrurgico & Iohanne de Bello Monte clerico & aliis.

F. 12. Mich. 1301–Mich. 1302

10.

[The Royal Licence to Nicholas de Tingewick to grant two messuages to the University.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Licet de communi consilio regni nostri statutum sit quod non liceat uiris religiosis seu aliis ingredi feodum alicuius ita quod ad manum mortuam deueniat sine licencia nostra & capitalis domini de quo res illa immediate tenetur; per finem tamen quem magister Nicholaus de Tynge-

F. 14. May 10, 1321

wyke clericus fecit nobiscum concessimus ei & licenciam dedimus pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est quod ipse duo mesuagia cum pertinenciis in Oxonia dare possit & assignare Cancellario & magistris Uniuersitatis Oxonie, habenda & tenenda eidem Cancellario & magistris & successoribus suis Cancellariis & magistris Uniuersitatis ad inueniendum duos magistros in arte dialetica regentes ad scolas gramaticales ibidem pro profectu puerorum in gramatica studencium superuidendas imperpetuum: et eisdem Cancellario & magistris quod ipsi predicta mesuagia cum pertinenciis a prefato Nicholao recipere possint & tenere sibi & successoribus suis imperpetuum sicut predictum est tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem, nolentes quod predictus Nicholaus uel heredes sui aut predicti Cancellarius & magistri seu successores sui racione statuti predicti per nos uel heredes nostros inde occasionentur, molestentur in aliquo seu grauentur, saluis tamen capitalibus dominis feodi illius seruiciis inde debitis & consuetis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium decimo die Maii anno regni nostri quartodecimo.

Per finem decem solidorum.[1]

II.

[Nicholas de Tingewick sells to the University the furniture and stock in his two houses.]

F. 3. Apr. 25, 1322

Uniuersis pateat per presentes quod ego Nicholaus de Tyngewike clericus concessi, vendidi & omnino pro me, heredibus & assignatis meis quietum clamaui Cancellario & magistris Universitatis Oxonie totum staurum meum quod habeo in duobus mesuagiis in Oxonia, unde unum mesuagium situatum est in parochia sancte Ebbe inter tenementum Iohannis de Derham ex parte orientali & tenementum Willelmi le Wylde ex parte occidentali, et aliud situatum est in parochia beate Marie Virginis in vico de Catstrete inter tenementum hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem ex parte australi & tenementum quondam Henrici de Lyncoln ex parte boriali, ut in bestiis, frumentis, ordeis, braseis, pisis, libris, vasis, lignis, lapidibus cum omnibus aliis rebus & catallis meis tam uiuorum quam mortuorum cuiuscumque generis fuit uel condicionis pro quadam summa pecunie

[1] Seal in a leather bag, broken.

quam prefati Cancellarius & magistri michi soluerunt ante confeccionem presentis scripti; unde protestor me bene & plenarie fore perpacatum; ita quod nec ego prefatus Nicholaus, heredes nec executores mei nec aliquis alius nomine meo vel nostro decetero in toto predicto stauro nec in aliis rebus vel catallis cum suis pertinenciis supradictis exigere, reclamare potero nec poterimus nec debemus in futurum, set imperpetuum ab omni accione simus exclusi. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus apposui; hiis testibus, Iohanne de Dokelynton tunc maiore Oxonie, Andrea de Wormenhale & Iohanne de Gunwardeby tunc prepositis eiusdem ville, Willelmo de Burncestre, Iohanne de Hamptone, Ricardo Cary, Iohanne de Bysschopstone & aliis. Dat' Oxonie die sancti Marci euangeliste, anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quintodecimo.[1]

12.

[The University agrees that Nicholas de Tingewick may, as long as he lives, occupy the hall in Cat Street which he has given to the University.]

Nouerint uniuersi presentes litteras inspecturi uel audituri quod cum magister Nicholaus de Tyngewyk de licencia domini regis dederit & concesserit uniuersitati Oxonie duo mesuagia in Oxonia unum in parochia sancte Ebbe situatum inter tenementum Iohannis de Derham ex parte orientali & tenementum Willelmi le Wylde ex parte occidentali, aliud uero situatum est in parochia beate Marie virginis in vico vocato Catstrete inter tenementum hospitalis sancti Iohannis extra portam orientalem ex parte australi & tenementum quondam Henrici de Lyncolnia ex parte boriali; habenda & tenenda predicta mesuagia Cancellario & magistris & successoribus suis cancellariis & magistris Uniuersitatis predicte ad inueniendum duos magistros in arte dialetica regentes ad scolas grammaticales ibidem pro puerorum profectu in gramatica studencium superuidendas in perpetuum; Nos Iohannes Luterell' cancellarius & magistri Uniuersitatis predicte concessimus quod statutum de percipienda medietate salarii seu collecte gramaticalium scolarum dudum editum totaliter deleatur & quod magistri predicti scolas predictas superuisuri de redditibus dictorum mesuagiorum percipiant annuatim quatuor marcas pro equali porcione inter se

F. 39. June 23, 1322

[1] With an oval seal, the Virgin and Child with a figure below in adoration. S' MAGISTRI NICHOLAI DE TINGEWICO.

diuidendas. Concessimus eciam nomine uniuersitatis predicte predicto magistro Nicholao ut habeat inhabitacionem & principalitatem predicti mesuagii situati in Catstrete ad totam uitam suam sine inquietacione aliqua ex parte nostra, faciendo inde capitalibus dominis seruicia debita & consueta; necnon sustentando domos & clausuras ad predictum mesuagium pertinentes in adeo bono statu in quo nunc sunt uel meliori; soluendo eciam nobis annuatim nomine pensionis sex solidos & octo denarios ultra quadraginta solidos qui debentur Willelmo Costard de Bokland & heredibus suis & duodecim denarios priori monasterii sancte Frideswyde annuatim quos quidem quadraginta solidos & duodecim denarios dictus magister Nicholaus soluet procuratoribus reddituum Uniuersitatis, ut ipsi ulterius dictis priori sancte Frideswyde & Willelmo Costard & heredibus suis satisfaciant terminis consuetis; idemque magister Nicholaus sustinebit omnia onera reddituum & imposicionum dictis mesuagiis incumbencia quamdiu dictum mesuagium in Catstrete ut premittitur ipsum tenere contigerit. Et si aliquo casu contingente mesuagium predictum in parochia sancte Ebbe situatum ad soluendum quatuor marcas dictis magistris superintendentibus uiuente dicto magistro Nicholao non sufficiat, dictus magister Nicholaus predictas quatuor marcas de pensione supradicte domus in Catstrete teneatur suplere. In quorum omnium testimonium parti huius scripti indentati penes dictos Cancellarium & magistros Uniuersitatis predicte remanenti sigillum dicti magistri Nicholai de Tyngewyk est appensum. Dat' Oxonie in uigilia sancti Iohannis Baptiste anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi quintodecimo.[1]

13.

[Tingewick Hall is leased to John de Poule.]

ꞀSꞀꞀVƆ:ƎꞀꞀVH:ꓘʎWƎGIꞀ

F. 31. Oct. 28, 1340

Hec est conuencio facta die Sabbati in festo apostolorum Simonis & Iude anno domini MCCC quadragesimo et anno regni regis Edwardi tercii post conquestum quartodecimo inter magistrum Willelmum de Skeltone Cancellarium Uniuersitatis Oxonie & magistrum Adam de Potthow & magistrum Ricardum de Schrouesburi dicte Uniuersitatis

[1] Seal, red, pointed oval, $1\frac{1}{4} \times 1$ in., the Virgin and Child with a figure below in adoration. S' MAGISTRI NICOLAI DE TINGEWICO. And on either side of the figure, AVE MARIA.

procuratores magistrorumque eiusdem Uniuersitatis cetum unanimem dimittentes pro se & suis successoribus qui pro tempore fuerint inferius limitato ex parte una & Iohannem de Poule & Aliciam uxorem eiusdem recipientes ex parte altera, uidelicet quod dicti Cancellarius, procuratores et unanimis cetus magistrorum ad terminum vite utriusque predictorum Iohannis et Alicie et unius filiorum vel filiarum cuicumque tanquam firmarius Cancellarii, procuratorum et magistrorum qui pro tempore fuerint predictus Iohannes reliquerit seu assignauerit seu in testamento suo legauerit, domum quandam que uocatur la Tingewikhalle cum omnibus suis pert. in vico de Cattestret in parochia beate Marie Virginis Oxonie situatam inter scolas hospitalis sancti Iohannis Oxonie ex parte australi et curiam que uocatur Mariole Court ex parte boriali eisdem dimiserunt et tradiderunt ad firmam ita quod dicte domus cum suis pert. universis pacifica & plena possessio Cancellario, procuratoribus et magistris qui pro tempore fuerint sine contradiccione aliqua reuertatur post lapsum temporis dimissionis predicte, pro quinque marcis sterlingorum terminis infrascriptis annuatim soluendis, viz. in festo Omnium Sanctorum xxvi*s.* viii*d.*, et in festo Annunciacionis beate Marie Virginis viginti solidos, & in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste xx*s.*, ita uidelicet quod fiat tantum solucio sexaginta solidorum annuatim per decem annos proximo sequentes post datam presencium per porciones equales terminis suprascriptis ; ita tamen quod predicti Iohannes & Alicia [&c.] domum predictam cum omnibus suis pertinenciis scilicet cameris et aliis domunculis singulis annis propriis sumptibus reficiant & omnia onera deterioracionis sustineant rationabili arbitrio Cancellarii et procuratorum dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerint. Quod si dictarum domorum aliquam vi maiore uel uetustate corruere contingat dictus Iohannes et Alicia [&c.] illam de nouo construere infra triennium teneantur & teneatur. [When the three lives are ended, the owners may enter on the house once more]. In cuius domus dimissione teneantur & teneatur eandem domum competenter refectam judicio rationabili Cancellarii, procuratorum & magistrorum qui pro tempore fuerint ad usum scolarium preparare. [If the conditions are not observed the owners may take possession of the premisses]. Et si contingat quod predicti I. & A. uel filius uel filia qui uel que post eorum decessum domum predictam habuerit uel tenuerit uel eorum alter heredes aut assignati alicuius eorum diucius uiuentis aliqua occasione cuiuscumque litis aut contencionis predicto Cancellario, procuratoribus & magistris medio tempore movende quicquam nomine dicti Cancellarii, procuratorum et magistrorum impendant aut

impendat uel eciam eorumdem occasione dampnum senciant uel senciat aut iacturam, Cancellarius, procuratores et magistri qui pro tempore fuerint inpensam, solucionem, dispendium uel iacturam resarcient prout racionabiliter coram Cancellario Uniuersitatis predicte uel eius commissario qui pro tempore fuerit monstrari poterit uel doceri. In cuius [&c. sealing].

14.

[Tingewick Hall is leased to John de Burton and his heirs for eighty years.]

F. 13. Feb. 7, $135\frac{5}{6}$

Noverint uniuersi presentes & futuri quod nos Humfridus de Cherltone Cancellarius Uniuersitatis Oxonie, Iohannes de Middeltone & Nicholaus de Redyngg procuratores dicte Uniuersitatis in plena congregatione regencium die Lune proxima post festum Purificationis beate Marie anno domini MCCC quinquagesimo quinto in ecclesia beate Marie virginis Oxonie solempniter celebrata ex unanimi consensu tocius congregacionis regencium predictorum concessimus, dimisimus & hoc presenti scripto indentato confirmauimus pro nobis & successoribus nostris Iohanni de Burtone, bedello, heredibus seu assignatis suis unum mesuagium quod uulgariter uocatur la Tyngewyke Halle cum omnibus suis pertinenciis in uico de Cattestrete in parochia beate Marie virginis predicte, situatum inter scolas hospitalis sancti Iohannis Oxonie ex parte australi et curiam que uocatur la Maryole court ex parte boriali; habendum & tenendum dictum mesuagium cum pert. suis de nobis & successoribus nostris ad terminum octoginta annorum a die confeccionis presencium reddendo inde annuatim magistris collectoribus reddituum Uniuersitatis qui pro tempore fuerint decem solidos in festo Pentecostes, ita tamen quod predictus Iohannes de Burtone, heredes seu assignati sui redditum consuetum quadraginta solidorum parochianis de Bokelonde in comitatu Berk' debitum annuatim soluant, nosque & Uniuersitatem nostram ex illo redditu exhonerare teneantur per totum terminum octoginta annorum supradictum. [The tenants shall keep it in repair. The owners may distrain for the rent.] Et nos dicti Cancellarius, procuratores & magistri congregationis regencium [&c. warranty. Clause of sealing].[1]

[1] With a fragment of the seal of John de Burton; a chevron between three quatrefoils.

III

CAT HALL

A lease of Cat Hall of about 1750, now in the University Archives, states that it measured 18 yards by 26 yards, and in the *Survey of Oxford of 1772* it is given 19 yards frontage in Cat Street; it lay immediately to the north of All Souls Library, and its original situation, before the front of Hertford College was thrown back, may be seen in Plan XI at the end of the *Cartulary of the Hospital of St. John*, vol. i. The following documents suggest that it was originally three holdings which were acquired by Nicholas de Kingham, beadle of the University, the northernmost between 1243 and 1248 (nos. 15, 16), the middle in 1258 (nos. 17–21), the southernmost in 1260 (no. 22). One of the following deeds proves that the property belonged to the University in 1285, but the *Hundred Rolls* (vol. ii, p. 805) show that it had not been acquired by 1279. As there is no deed of feoffment or sale, it is probable that the property was conveyed by the will of Nicholas de Kingham, and other property, notably Bedel Hall near St. Mary's Hall, passed to the University in a similar way. It will be noticed that our documents say that Cat Hall was in the parish of St. Mary, so that the parish boundary which now runs along the north wall of All Souls Library must originally have been at least 18 yards further north. Anthony Wood (*City of Oxford*, vol. i, p. 591) gives a list of the principals of Cat Hall from 1444 to 1469, but it is stated in that list that the site was only a garden in 1451, and the principals from that time were Fellows of All Souls College, who gave caution for it each year. In *Epistole Academice* (O. H. S.), p. 305, we have a lease of the site, granted to All Souls as early as 1452, and it was held by the College as late as 1469 (*Archives of All Souls College*, p. 164); it is described as 'fundum', i.e. a site of a hall, and the rent was only four shillings. Subsequently it was leased to Hart Hall, and finally in 1816 it was surrendered by the University to Magdalen Hall.

15.

[Laurence Log grants to Nicholas de Kingham a messuage in Cat Street.]

Sciant presentes & futuri quod ego Laurencius Log de Oxonia dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmaui pro me & pro heredibus meis in perpetuum Nicholao de Kayngham tunc seruienti Uniuersitatis Oxon' totum illud mesuagium cum pertinenciis suis in F. 20. Mich. 1248–Mich. 1249

Cattestrete in parrochia beate Marie virginis in Oxonia quod emi de Algaro[1] aliquando seruiente prepositorum Oxonie, scilicet quod iacet inter terram Iohannis Canis & terram Cristiane uidue, habendum & tenendum predicto Nicholao & heredibus suis uel suis assignatis, quibuscumque & quandocumque uoluerit siue in sanitate siue in egritudine dare scilicet uel uendere uel legare uel inuadiare uel assignare siue in religione siue extra uel aliquo alio modo alienare, de me & heredibus meis in perpetuum libere & quiete & integre, pacifice & honorifice, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis unum denarium,[2] scilicet ad festum sancti Michaelis et ecclesie beati Petri in oriente in Oxonia octo denarios ad duos anni terminos uidelicet ad festum sancte Marie in Marcio quatuor denarios & ad festum sancti Michaelis quatuor denarios pro omni seruicio & secta, exaccione & demanda. Ego autem [&c. warranty] & defendemus uersus capitales dominos illius feodi de omnibus seruiciis & demandis & exaccionibus. Si autem contigerit quod ego predictus Laurencius Log & heredes mei illud predictum mesuagium cum pertinenciis suis warantizare non poterimus predicto Nicholao & heredibus suis uel suis assignatis, faciemus eis excambium ad ualenciam per uisum legalium uirorum ubicumque sint terre nostre in Anglia siue in ciuitate siue in burgo uel extra. Pro hac autem donacione & concessione & warantizacione & acquietancia & defensione dedit michi predictus Nicholaus decem marcas sterlingorum pre manibus in gersumma. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Stocwelle tunc maiore Oxonie, Henrico Perle & Thoma Spicenario tunc prepositis Oxonie, Galfrido de Stocwelle, Henrico filio Symeonis, Petro Torald', Thoma Submuro, Adam Cruste, Willelmo de Ho, Willelmo de Wyntonia spicenario, Amfredo[3] [*sic*] spicenario, Iohanne Bulepan, Ricardo Scolec,[4] Willelmo Gernun, Ricardo de Smytheby, Iohanne de Cristechyrche, Hugone Illuminatore, Adam de Waltone & multis aliis.[5]

[1] In the Collectanea of Nicholas Bishop, a manuscript now in the University Library at Cambridge, p. 129, is a deed of 1238 by which Laurence Log acquires from Algarus a holding in Cat Street, lying on the south side of the property of Eynsham Abbey.

[2] Deeds 16 and 19 show that Nicholas had acquired this property before 1245, but it may have been held at a higher quit-rent before this deed.

[3] He is usually known as Aluredus le Spicer; this passage proves that Amfridus, Aluredus, Alfredus are all one.

[4] Probably Scol' was written first, then -ec was added. The result is that the word looks like Scokec. In *Cart. St. Frid.*, i. 331, he is wrongly called Scoleger.

[5] Seal, circular, $1\frac{1}{8}$ in., a cross of four ears of wheat. SIGILL' LAVRENCII LOG.

16.

[William Burgeis grants a boundary wall to Nicholas de Kingham.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus Burgeis de Oxonia dedi & concessi & hac mea presenti carta confirmaui pro me & pro heredibus meis in perpetuum Nicholao tunc seruienti Uniuersitatis scolarium Oxonie totum murum meum qui est ex transuerso ad finem terre ipsius Nicholai in Cattestret, qui murus continet in longitudine octo ulnas ferreas domini regis, habendum & tenendum eidem Nicholao & heredibus suis & suis assignatis quibuscumque & quandocumque siue in sanitate siue in egritudine dare uel uendere uel legare uel alio modo alienare uoluerit libere & quiete & integre, pacifice & honorifice, reddendo inde annuatim michi uel heredibus meis unam rosam ad festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste pro omni seruicio & exaccione & demanda. Ego autem [&c. warranty]. Et pro hac mea donacione [&c.] predictus Nicholaus dedit michi unam marcam argenti in garsumma. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toroldi tunc maiore Oxonie, Philippo Molendinario, Henrico filio Henrici filii Simeonis, Galfrido de Stokwelle, Laurencio Log, Roberto de Dereby, Iohanne Bulepanne, Ricardo de Smithesby, Adam de Waltone, Bartholomeo filio Iohannis, Reginaldo Ligatore, Ricardo Scolek, Adam Bedello & aliis.[1]

F. 43. c. 1243

17.

[Elyas Bradfodt grants land in Cat Street to William, son of Robert of Northampton.]

Sciant presentes & futuri quod ego Helyas Bradfodt filius Ade Bradfoth concessi, dimisi & liberaui Willelmo filio Roberti de Norhamtone quandam terram meam cum superfectu quam habui in uico qui uocatur Cattestrete in parrochia sancte Marie de Oxonia, scilicet illam totam que iacet inter terram Laurencii Ligatoris & terram Emme Rideratricis in longitudine & latitudine, tenendam & habendam illi & heredibus suis de me & heredibus meis in feodo & hereditate, libere, quiete, plene & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus

F. 46. c. 1215

[1] Seal, green, circular, $1\frac{1}{8}$ in., a variety of a Templar's cross, S' WILLELMI BVRGEIS. In the hand of Will' de Mildecumbe; the date therefore should be about 1240–4, and Peter Torald was not Mayor after 1244.

meis ille & heredes sui quatuor solidos pro omni seruicio ad duos terminos in anno scilicet ad Natale domini duos solidos & ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste duos solidos. Et ego Helyas predictus & heredes mei warantizabimus predictam terram predicto Willelmo & heredibus suis contra omnes homines, mares & feminas qui poterunt mori & uiuere. Et pro hac concessione, dimissione & liberatione & warantizatione predictus Willelmus dedit michi in gersuma duas marcas argenti & uxori mee xviii d. ad calciamenta. Et quia uolui ut omnia predicta sicut prediuisa sunt firma & stabilia permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione confirmaui. His testibus, Toraldo Allutario, Ailwino Tornatore, Waltero Toui, Guidone Textore, Alexandro Fabro, Roberto de Norhamtone & Ricardo filio eius, Petro Illuminatore, Radulfo Illuminatore, Willelmo Illuminatore, Toma Scriptore, Reginaldo Percamenario, Rogero Parcamenario.[1]

18.

[John, son of William de Northampton, grants his land in Cat Street to Christiana of Berkhamstead.]

F. 33. c. 1230

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes filius Willelmi de Norhamtone concessi, dimisi, & liberaui & hac presenti carta mea confirmaui Cristiane de Berchamsted pro seruitio suo & antequam desponsata esset predicta Cristiana totam terram meam cum pertinenciis que iacet inter terram que fuit Thome Parmentarii & terram Iohannis filii Agnetis de Radinges in Cattestrate in parrochia sancte Marie uirginis in Oxonia; habendam & tenendam predicte Cristiane & heredibus suis uel suis assignatis de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete & integre reddendo inde annuatim pro me & heredibus meis capitali domino quatuor solidos ad duos anni terminos scilicet ad Natale domini duos solidos & ad Natiuitatem sancti Iohannis duos solidos & michi & heredibus meis annuatim duos denarios ad Pascha pro omni seruitio & exaccione. Et ego & heredes mei warantizabimus predictam terram cum pertinenciis suis predicte Cristiane & heredibus suis uel suis assignatis contra omnes homines &

[1] Seal, green, circular, 1½ in., a fleur de lys, SIGILL' ELIE BRADWOT FILII ADE. This deed is reproduced in *Universities of Europe*, by J. H. Rashdall, vol. ii, but is assigned by him to 1170–80. This is too early. Torald did not acquire any prominence in Oxford until after 1205, and in the *Cartulary of the Hospital of St. John*, vol. i, p. 447, are other charters of the Adam and Elias Bradfot which prove that the date is not before 1200.

feminas. Et sciendum quod dedi predictam terram predicte Cristiane antequam affidata esset uel desponsata. Et ut [&c. sealing] hiis testibus, Henrico Inge, Elya Bradfot, Iohanne Olim, Iohanne de Haliwelle, Roberto de Dereby, Toma Scriptore, Ricardo de Nortone, Iohanne filio Simonis, Ada de Wintonia, Waltero Ligatore & aliis.[1]

19.

[An agreement between Cristina of Berkhamstead and Nicholas de Kingham about a wall between them.]

W A H D V R G O R A G

Hec est conuentio facta inter Cristinam de Berkhamsted viduam ex una parte & Nicholaum seruientem Uniuersitatis Oxonie ex altera, uidelicet quod predicta Cristina in libera uiduitate sua concessit predicto Nicholao quod ipse prosternat murum inter capitales domos suas[2] in Kattestrete & quod reedificet eum super custum suum proprium in longitudine octo ulnarum & unius quarterii cum pollicibus, ita quod murus ille semper remaneat proprius predicte Cristine & heredibus suis & suis assignatis, nichil iuris in eo eidem Nicholao uel heredibus suis retento, preterquam quod habeant asyamenta sua ad põnendum in eo paugneas suas & laqueos suos, ita scilicet quod idem Nicholaus & heredes sui inuenient & sustentabunt unam gutteram inter eorum tenementa scilicet octo pedum & reparabunt cum necesse fuerit, ita quod predicta Cristina uel heredes sui uel sui assignati nullum dampnum incurrent pro defectu predicti Nicholai uel heredum suorum & ducent per eandem gutteram aquam pluuialem in curia predicti Nicholai, quam idem Nicholaus & heredes sui sine contradictione recipient, reddendo inde annuatim pro ista conuentione & cõcessione & warantizatione predicte Cristine & heredibus suis unum denarium argenti ad Pascha pro omni seruitio. Et liceat predicte Cristine & heredibus suis & suis assignatis quandocumque uoluerint predictum murum alcius construere & super eum ad libitum suum edificare sine aliquo impedimento predicti Nicholai uel heredum suorum. Et pro hac concessione & conuentione & warantizatione predictus Nicholaus dedit predicte Cristine duos solidos esterlingorum in garsumma. Hanc autem conuentionem fideliter & sine dolo tenendam utraque pars pro

F. 11. Mich. 1244–Mich. 1245

[1] Seal pointed oval, 1⅛ in. × ¾ in. a pattern, S. IOHANNIS FILLI (*sic*) W·ILL'I. In the hand of Will' Clericus, therefore about 1220–35.

[2] Of Nicholas and Cristina.

se & pro heredibus suis affidauit & huic scripto in modum cyrographi confecto alternatim sigillum suum apposuit; hiis testibus, Adam Feteplace tunc maiore Oxonie, Galfrido de Hengseye & Henrico Perle tunc prepositis Oxonie, Adam Submuro, Henrico Ynge, Roberto de Dereby, Laurentio Log, Bartholomeo Pargamenario, Willelmo ligatore, Iohanne Bulepanne, Iohanne de Cristi ecclesia, Henrico Balle, Ricardo Scolek & multis aliis.

20.

[Cristina, widow of John de Northampton, grants her land to Nicholas de Kingham.]

F. 38. Mich. 1258–Mich. 1259

Sciant presentes & futuri quod ego Cristina relicta Iohannis de Norhamtone parcamenarii in ligia uiduitate mea & in plena potestate mea in plena curia Oxonie dedi, concessi & quietum clamaui & hac presenti carta mea confirmaui pro me & heredibus meis in perpetuum Nicholao de Kenigham tunc seruienti Uniuersitatis Oxonie totam illam terram meam cum omnibus pertinentiis suis sicut se extendit in latitudine & longitudine inter terram predicti Nicholai que quondam fuit Laurencii Log ex parte aquilonari & terram Ade de Waltone parcamenarii ex parte australi que quondam fuit Galfridi Exemplarii in Cattestret in parrochia beate Marie Virginis Oxonie cum toto iure meo quod habui uel quod habere potui in predicta terra cum omnibus pert. suis quocumque modo michi possit descendere; habendam & tenendam predicto Nicholao & heredibus suis uel suis assignatis ubicumque & quandocumque uoluerit eam dare, legare, uendere uel assignare in sanitate uel in infirmitate infra religionem uel extra libere & quiete, bene & in pace, in feodo & hereditate reddendo inde annuatim capitalibus dominis illius feodi ad Natale domini duos solidos & ad Natiuitatem beati Iohannis Baptiste duos solidos pro omnibus seruiciis debitis & consuetis & demandis. Pro hac autem donatione, concessione, quieta clamatione & carte confirmatione predictus Nicholaus dedit michi pre manibus decem marcas argenti in gersummam. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Saucier tunc maiore Oxonie, Henrico Perle, Iohanne Padi tunc balliuo Oxonie, Adam Feteplace, Waltero Aurifabro, Iohanne de Coleshulle, Galfrido de Hengstesheye, Henrico Hynge, Willelmo de Wintonia apothecario, Galfrido Aurifabro, Adam de Waltone, Willelmo Ligatore, Henrico de Nichole, Symone Scot et multis aliis.[1]

[1] Seal, light green, pointed oval, 1⅛ in. × ⅞ in., a fleur de lys, S' XPIE FIL' GEROLDI.

21.

[Adam de Walton allows the use of a boundary wall to Nicholas de Kingham.]

M Λ H d V ꭱ Ꭾ O ꭱ Λ C

Hec est conuentio facta inter Adam de Walton parcamenarium ex una parte & Nicholaum de Kaingham tunc seruientem Uniuersitatis Oxonie ex altera, uidelicet quod predictus Adam dimisit & concessit predicto Nicholao dimidietatem muri sui sicut se extendit in longitudine sex ulnarum & unum quarterinu*m* [*sic*] domini regis sine police a uia regia uersus orientem inter terram predicti Ade & terram predicti Nicholai in Cattestret in parrochia beate Marie virginis Oxonie; habendam & tenendam predicto Nicholao & heredibus suis uel assignatis suis libere & quiete, bene & in pace, in perpetuum; ita uidelicet quod predicti Adam & Nicholaus & heredes sui uel assignati sui habeant communiter & equaliter omnia aissiamenta sua in predicto muro in perpetuum & predictum murum sustentabunt communiter & equaliter. Predictus uero Nicholaus uel heredes sui uel sui assignati nullum aliud ius uel clamium in predicto muro nunquam uendicabunt. Pro hac autem concessione & dimissione predictus Nicholaus fecit predictum murum de petra suis propriis sumptibus. Hanc autem conuentionem fideliter & sine dolo tenendam utraque pars pro se & suis affidauit & huic scripto in modum cyrographi confecto alternatim sigillum suum apposuit, hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc maiore Oxonie, Henrico Perle, Iohanne Pady tunc balliuis, Thoma filio Walteri, Laurencio With, Waltero Aurifabro, Galfrido Aurifabro, Iohanne de Coleshulle, Galfrido de Hengsexee, Henrico Inge, Henrico de Lincolnia, Willelmo le Liur, Simone le Scot & aliis.

F. 26. Mich. 1258–Mich. 1259

22.

[John Hwistel grants his land to Nicholas de Kingham.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Hwistel Oxonie dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmaui pro me & heredibus meis Nicholao de Keyngham seruienti Uniuersitatis Oxonie totam illam terram meam cum omnibus pertinenciis suis que est inter terram predicti Nicholai ex parte aquilonari & terram Ade filie Ade de Couentre ex parte australi in Cattestrete in parochia beate Marie

F. 34. Prob. Mich. 1260–Mich. 1261

Virginis Oxonie; habendam & tenendam predicto Nicholao & heredibus suis & suis assignatis uidelicet cuicumque uel quibuscumque illam dare uel uendere legare uel assignare uoluerit siue in sanitate siue in egritudine in religionem uel extra libere, quiete, integre, bene & in pace in perpetuum, reddendo inde annuatim capitalibus dominis illius feodi sex denarios argenti ad duos anni terminos uidelicet ad Natale domini tres denarios & ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste tres denarios, et michi & heredibus meis unum par albarum cyrothecarum unius oboli uel unum obolum ad Pascha pro omni seruicio seculari & exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi predictus Nicholaus pre manibus quatuor marcas sterlingorum in gersomma. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Iohanne de Coleshulle, Ricardo filio Nicholai tunc balliuis Oxonie, Thoma filio Walteri, Ada fratre eius, Waltero Aurifabro, Henrico Inge, Galfrido le Mercer, Reginaldo tunc seruiente Uniuersitatis Oxonie, Ricardo socio suo, Henrico de Lincolnia, Ada filio Ade de Couentre, Symone Scoth, Willelmo Ligatore, Waltero Illuminatore, Reginaldo Illuminatore, Galfrido Clerico & aliis.

23.

[John de Derby surrenders his claim to part of the land of the University.]

MAHDVRGORIC

F. 22. Apr. 15, 1285

Hec est conuencio facta die dominica proxima post diem le Hokeday anno regni regis Edwardi terciodecimo inter Cancellarium & Uniuersitatem Oxonie ex una parte & Iohannem de Derby ex altera, uidelicet quod cum dictus Iohannes concessisset, dimisisset & quietum clamasset predictis Cancellario & Uniuersitati totum ius & clamium quod habuit uel aliquo modo habere potuit in quadam placia quam clamauit pertinere ad quandam seldam suam cum solario in Kattestrete que dictus Iohannes tenet ad terminum vite sue ex dimissione Nicholai de Kenigham quondam seruientis Uniuersitatis Oxonie, dicti Cancellarius & Uniuersitas concesserunt predicto Iohanni tres solidos annui redditus percipiendos annuatim ad duos terminos, uidelicet ad festum Omnium Sanctorum decem & octo denarios & ad le Hokeday decem & octo denarios, de terris & tenementis quas habuerunt de dono & feofamento dicti Nicholai de Kenigham in Kattestrete in parochia beate Marie virginis Oxonie; habendum & tenendum dictos

tres solidos annui redditus dicto Iohanni ad terminum vite sue libere, quiete, pacifice & integre, ita quod post decessum dicti Iohannis dicti tres solidi annui redditus dicte Uniuersitati plenarie reuertantur. Et dictus Iohannes remisit predicte Uniuersitati omnia arreragia totius dicti tenementi que possit causa temporis preteriti exigere vel clamare. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Nicholao de Kyngestone tunc maiore Oxonie, Iohanne Culuert, Thoma Sowy tunc balliuis, Henrico Owayn, Philippo de O, Iohanne de O, Iohanne Sowy & aliis.[1]

24.

[A lease of Cat Hall to John Crouk.]

F. 23. Nov. 26, 1350

Hec est conuencio facta inter magistrum Will' Polmorua cancellarium Universitatis Oxon & mag. Rogerum de Aswardby et mag. Rob. Fromund dicte Uniuersitatis procuratores, magistrorumque eiusdem Uniuersitatis cetum unanimem dimittentes ex parte una et Iohannem Crouk de Oxonia & Margaretam uxorem eius recipientes ex parte altera, uidelicet quod dicti Cancellarius, procuratores & unanimis cetus magistrorum ad terminum vite utriusque predictorum Iohannis & Margarete heredibus ac assignatis alterius eorum qui supervixerit per unum annum proximum post eorum decessus domum quamdam cum omnibus suis pertinenciis in vico de Cattestrete, in parochia beate Marie virginis Oxonie situatam, quam Robertus le Noteur senior inhabitare solebat, eisdem pro viginti quinque solidis argenti, terminis infrascriptis dum ipsi I. et M. vixerint soluendis eisdem magistris vel eorum procuratoribus seu certo assignato, dimiserunt & tradiderunt ad firmam, post dictum annum post decessus ipsorum I. & M. completum ad pacificam & plenariam possessionem Cancellarii, procuratorum, magistrorum qui pro tempore fuerint sine contradictione aliqua reuersuram, videlicet in festo Natalis Domini octo solidos et quatuor denarios [Mar. 25 & June 24], ita tamen quod predicti I. & M. & uterque eorum qui pro tempore fuerit [&c.] domum predictam cum omnibus suis pertinenciis scilicet cameris, seldis & aliis domunculis singulis annis propriis sumptibus reficiant & omnia onera deteriora-cionis sustineant ; quod si dictarum domorum aliquam vi maiore vel vetustate corruere contingat, dicti I. & M. [&c.] illam de novo construere teneantur per ordinacionem procuratorum domorum dicte Uniuersitatis

[1] Seal pointed oval, $1\frac{1}{8}$ in. × $\frac{5}{8}$ in., a fleur de lys, S' IOH'IS DE DERBI. As John Sowy is unknown, we may assume that it is a mistake for John Sewy.

tunc temporis per ipsam Universitatem electorum qui singulis annis domum predictam cum pertinenciis oculis suis inspicere teneantur, ut predicto redditu vel annue pensioni communi estimatione sufficienter conseruentur.[1] [If the conditions are not observed, the University may re-enter on their tenement], ac si nulla firma penitus precessisset. Et si contingat quod predicti I. & M. uel eorum alter, heredes aut assignati alterius eorum diucius viuentis vel aliqua occasione cuiuscumque litis aut contencionis predictis Cancellario, procuratoribus vel magistris medio tempore movende, quod absit, quicquam nomine dictorum Cancellarii, procuratorum vel magistrorum impendant aut impendat, vel eciam occasione eorundem dampnum senciant vel senciat aut iacturam, Cancellarius, procuratores et magistri qui pro tempore fuerint impensam, solucionem, dispendium vel jacturam resarcient prout racionabiliter monstrari poterit vel doceri. In cuius [&c. sealing]. Dat' Oxonie die Veneris prox. post festum beate Katerine anno domini MCCC quinquagesimo et regni regis nostri Edwardi tercii post conquestum vicesimo quarto.[2]

25.

[A lease of Cat Hall to Roger Cliffton.]

INDENTURA

F. 32. July 24, 1372

Nouerint uniuersi quod inter magistrum Willelmum de Rymyngtone cancellarium Uniuersitatis Oxonie, magistrum Robertum Hunderhulle & magistrum Petrum de Elande procuratores eiusdem Uniuersitatis ex parte una & Rogerum Clyffetone bedellum Uniuersitatis predicte ex parte altera conuentum est in hunc modum uidelicet quod predicti Cancellarius & procuratores unanimi assensu & consensu omnium magistrorum regencium Uniuersitatis predicte concesserunt, tradiderunt & dimiserunt eidem Rogero totum illud mesuagium cum shopis & solariis eidem mesuagio annexis & spectantibus cum omnibus eorum pertinenciis quod Iohannes Crok & Margareta uxor eius nuper tenuerunt de Uniuersitate predicta in uico de Catestret in parochia beate Marie uirginis Oxonie, situatum inter tenementum abbatis & conuentus de Eynesham ex parte boriali & tenementum procuratorum

[1] *Sic.* But we require 'predictus redditus vel annua pensio'.

[2] With the seal of the University; two figures on each side of the Chancellor and six figures below; also with the Chancellor's private seal; but only two seals in all.

ecclesie beate Marie Virginis ex parte australi; habendum & tenendum predictum mesuagium cum shopis & solariis & suis pertinenciis predicto Rogero ad totam uitam ipsius Rogeri de Cancellario, procuratoribus & Uniuersitate supradictis & eorum successoribus, reddendo inde annuatim eisdem Cancellario & procuratoribus ac eorum successoribus qui pro tempore fuerint viginti solidos argenti durantibus centum annis prox. sequentibus post datam confeccionis presencium ad quatuor anni terminos uidelicet ad festa sancti Michaelis, sancti Thome apostoli, Annunciacionis beate Marie Virginis & Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste per equales porciones pro omnibus seruiciis, exaccionibus, & demandis. Et si predictus Rogerus infra terminum centum annorum predictorum obierit quod tunc heredes seu executores aut assignati ipsius Rogeri dicta tenementa cum suis pertinenciis habeant & teneant usque ad finem centum annorum predictorum pro predictis uiginti solidis annuatim ut premittitur inde reddendis. [The tenant will keep the buildings in repair. The owners may distrain for the rent]; hiis testibus, Willelmo de Codeshale tunc maiore ville Oxonie, Waltero Torre tunc balliuo eiusdem ville, Iohanne Hertwell, Willelmo le Northern, Iohanne Gibbes, Iohanne de Wyndesore, Iohanne Norhamptone clerico & aliis. Dat apud Oxoniam vicesimo quarto die Iulii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum Anglie quadragesimo sexto.[1]

26.

[A lease of Cat Hall to mag. Will. de Faryngtone.]

Hec indentura facta inter magistrum Robertum Hallum cancellarium Uniuersitatis Oxonie, magistrum Thomam Martyn & magistrum Iohannem Castell' procuratores eiusdem Uniuersitatis ex parte una & magistrum Willelmum de Faryngtone ex altera testatur quod predicti Cancellarius & procuratores unanimi assensu omnium & singulorum magistrorum regencium Uniuersitatis predicte concesserunt, tradiderunt & dimiserunt prefato magistro Willelmo & assignatis suis totum illud mesuagium cum shopis & solariis eidem mesuagio annexis spectantibus cum omnibus eorum pertinenciis quod Rogerus Clyftone bedellus nuper tenuit de Uniuersitate predicta in uico de Catstrete in uilla Oxonie situatum inter tenementum abbatis & conuentus de Ensam ex

F. 40. Feb. 22, 1406

[1] Endorsed: 'Indentura facta inter Uniuersitatem & Rogerum Clyfftone inferiorem bedellum theologie'.

parte boriali & tenementum procuratorum ecclesie beate Marie Virginis ex parte australi; habendum & tenendum predicto magistro Willelmo & assignatis suis a festo sancti Michaelis ultimo preterito usque ad finem sexaginta & septem annorum; reddendo inde annuatim eisdem Cancellario & procuratoribus & eorum successoribus viginti solidos argenti ad festa sancti Michaelis [& Dec. 21, Mar. 25, June 24. The tenants will keep the building in repair. The owners may distrain for the rent. Sealing] hiis testibus, Iohanne Spront tunc maiore uille Oxonie, Iohanne Gibbes & Willelmo Bramptone tunc balliuis eiusdem uille, Edmundo Kenyan, Iohanne Mershtone, Iohanne Shawe, Ricardo Garstone, Nicholao Nortone clerico & aliis. Dat' apud Oxoniam uicesimo secundo die Februarii anno regni regis Henrici quarti post conquestum Anglie septimo.

IV

BLACK HALL

The *Hundred Rolls* (ii. 805) inform us that the University received from Walter, Archbishop of York, a house in the parish of St. Peter in the East, worth 100 shillings a year. The Archbishop died May 1, 1255, and as there is no deed by which he grants the tenement to the University we may assume that it was granted by his will; in return the University maintained a yearly obit for him on May 1 and Nov. 12 (*Munim. Acad.*, pp. 370, 372). The tenement was known as Black Hall and was on the west side of Hart Hall, and is now easily recognized because that part of the front of Hertford College is of brick, while Hart Hall is of stone. The dimensions of Black Hall in a modern lease, now in the Archives, are 23 yards east to west and 48 yards north to south, being of the full width for 40 yards and then only eight or nine yards wide. Evidently it was bounded on the south by Cat Hall; see *Cartulary of the Hosp. of St. John*, vol. i, Plans XI and XII. It belonged to the University until 1820, when it was granted to Magdalen Hall.

27.

[William de Lucy grants a messuage to John de Lechebroke.]

O. 16. Mich. 1243–Mich. 1244

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus de Lucy dedi & dimisi & hac presenti carta mea confirmaui Iohanni de Lechebroke totum illud mesuagium cum omnibus pert. suis quod est inter terram que aliquando fuit Willelmi Burges & terram que aliquando fuit Willelmi de Reppendone in parochia sancti Petri orientalis in Oxonia;

habendum & tenendum sibi & heredibus suis uel cuicumque uel quibuscumque dare uel uendere uel assignare uel legare uoluerit in perpetuum iure hereditario libere, quiete & integre & pacifice, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duas libras cimini ad Pascha pro omni seruitio, exactione & demanda predictum mesuagium contingentibus. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit predictus Iohannes quadraginta marcas argenti in garsumam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Toroldi tunc maiore Oxonie, Hugone Faue & Adam de sancto Edmundo tunc prepositis, Henrico filio Henrici, Laurentio With, Thoma filio Walteri, Waltero Aurifabro, Willelmo de Wintonia, Laurentio Log, Iohanne Bigod, Iohanne Bulepanne, Ricardo de Smithesbi & aliis.

28.

[Malger le Vavasur grants a messuage to Walter de Gray, Archbishop of York.]

Sciant presentes & futuri quod ego Malgerus le Uauasur' dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui uenerabili patri domino meo Waltero Ebor' archiepiscopo Anglie primati totum illud mesuagium cum omnibus pertinenciis suis & edificiis quod est inter terram que fuit aliquando Willelmi Buriays[1] & terram que fuit Willelmi de Rependun in parochia sancti Petri orientalis in Oxonia & quod per mortem Iohannis de Lechebroc auunculi mei ad me iure hereditario pertinebat; tenendum & habendum sibi & heredibus suis uel cuicumque seu quibuscumque illud in perpetuum dare, uendere, assignare, uel legare uoluerit libere, quiete, integre & pacifice, reddendo inde annuatim Willelmo de Lucy & heredibus suis duas libras cimini ad Pascha pro omni seruicio, exaccione & demanda predictum mesuagium contingentibus, qui quidem Willelmus & heredes sui predictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis prefato archiepiscopo & heredibus suis uel assignatis contra omnes homines warantizabunt & per predictum seruicium adquietabunt in perpetuum & defendent. Et ut [&c. sealing], et cartam quam dictus Willelmus de Lucy prefato Iohanni auunculo meo de predicto mesuagio fecit predicto domino archiepiscopo liberaui; hiis testibus, dominis Willelmo archidiacono Ebor', Willelmo de Wythendune & Ricardo de Beuille militibus, Iohannes [*sic*] de Coleshille, Galfridus de Hangsay tunc prepositis

O. 20. Mich. 1252–Mich. 1253

[1] i. e. Burgeys. He is known to have been on the east side of Black Hall.

Oxonie, Waltero de Castell', Hamone canonico de Parco capellanis, Roberto de Brim*er*tona & Willelmo de Caluerle clericis, Falcone [*sic*] de Wakefeud', Michaele de Heck, Iohanne Flandrensi, magistro Colino, Henrico de Lascy & aliis.[1]

V

BEDEL HALL

In June 1294 the will of Reginald le Bedel was proved in the Hustengs Court and is found on a portion of a Hustengs Roll now in the Town Hall. By it he left to 'the community of poor scholars' the house in which he lived, and in the same month there was an inquisition *ad quod damnum* (now in the Record Office, file 21, no. 23), when it was returned that the house had been left to the University by the will of Reginald le Bedel, that it was worth 40*s.* a year, that it paid a quit rent of two pence a year to Walter de Grendon and of 16 pence a year to the Prior of St. Frideswide, and had always been inhabited by clerks. It was situated in Schidyard St. (now Oriel St.) and lay on the south side of St. Mary Hall; for its situation see Plan XV at the end of vol. i of the *Cartulary of the Hospital of St. John.* It was sold by the University to Bishop Carpenter in 1452 (*Epist. Acad.*, p. 311, O. H. S.), and was given by him to Oriel in 1455. It was probably thrown into one with St. Mary Hall, and occupied the southern half of the site. The University maintained a mass for Reginald le Bedel every year on May 10 (*Munim. Acad.*, p. 372).

29.

[John de Grendone grants and quit-claims to the University a quit-rent from the house of Reginald the beadle.]

O. 19. May 1, 1295

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Grendone dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui ac omnino pro me & heredibus meis quietum clamaui communitati pauperum scolarium Uniuersitatis Oxonie qui pro tempore fuerint duos denarios annuos quos habui & tanquam capitalis dominus feodi a domo quam Reginaldus quondam bedellus Uniuersitatis Oxonie defunctus inhabitauit & dictis scolaribus pauperibus in sua ultima uoluntate legauit percipere consueui; habendum & tenendum dictos duos denarios annuos dictis scolaribus pauperibus Uniuersitatis antedicte & eorum succes-

[1] Seal, green, circular, 1 in., a shield, a bar and two stars in chief, S' MAVGERI LE VAVASVR; O. 21 and O. 22 are copies of this deed, one of them having the same shield.

soribus de me & heredibus meis in perpetuum cum toto iure & clamio quod michi Iohanni de Grendone uel heredibus meis quibuscumque in dicta domo seu tenemento cum omnibus suis pertinenciis quocumque modo occasione dictorum duorum denariorum accidere potuit seu poterit in futurum. Et ego dictus Iohannes de Grendone & heredes mei seu assignati dictum redditum annuum duorum denariorum cum omnibus escaetis, iuribus & clameis & aliis pertinenciis que michi uel heredibus meis accidere poterunt quocumque modo in futurum ut predictum est pauperibus scolaribus antedictis & eorum successoribus contra omnes mortales warantizabimus, acquietabimus & in omnibus tenore presencium defendemus in perpetuum. Pro hac autem donacione, concessione, warantia, acquietancia & defensione Cancellarius & procuratores Uniuersitatis antedicte dederunt michi quadraginta solidos argenti pre manibus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus Thoma de Sowy tunc maiore Oxonie, Thoma de Henxeye, Radulfo le Mercer tunc balliuis eiusdem, Henrico Oweyn, Philippo de Ew, Iohanne de Culuerd, Willelmo de Wodestone tunc seruiente Uniuersitatis, Andrea de Piry & multis aliis. Datum & actum in uilla Oxonie die dominica proxima post festum sancti Marci Ewangeliste anno regni regis Edwardi xxiii.[1]

VI

WILLIAM HALL

The *Hundred Rolls* (ii. 801) state that William de Hoylande granted to the University a tenement in the parish of St. John. It was probably granted by his will, and the *Hundred Rolls* state of another tenement of his in Horsemonger Street that it was granted by will (*legavit*). The tenement was in Kibbold Street on the north side, and its situation may be seen in Plan XV in vol. i. of the *Cartulary of the Hospital of St. John*; it probably took its name from the donor. It belonged to the University until the seventeenth century, and must have been granted to University College, in which it is now included. From deed no. 32 it is evident that Hoyland died before Michaelmas 1254, while no. 42 shows that it was before Michaelmas 1253. From the fact that William de Hoyland is described as *cutiler*, it is possible that he is to be identified with William Abel *cutiler* who was murdered certainly before January 1254, as we learn from ***Excerpta e rot. finium***, ii. 178, and also from the Patent Rolls.

[1] Pointed oval, 1 in. × ¾ in., a fleur de lys, S' IOHANIS D' GRENDO'.

30.

[Bartholomew, son of Robert Labbe, grants to William de Hoylande his land in Kibald Street.]

F. 6. Mich. 1233–Mich. 1234

Sciant presentes & futuri quod ego Bartholomeus filius Roberti Labbe concessi, dimisi & liberaui Willelmo de Hoylande totam terram meam cum pertinenciis que iacet inter terram que fuit Walteri Blundi operarii & terram Radulfi Brithiue in Kiboldestrate in parrochia sancti Iohannis Baptiste in Oxonia, habendam & tenendam predicto Willelmo & heredibus suis uel cui eam dare uendere uel assignare uoluerit de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duos solidos die sancti Michaelis pro omni seruitio & exaccione. Et ego & heredes mei acquietabimus & warantizabimus predictam terram cum omnibus pertinenciis suis predicto Willelmo & heredibus eius uel cui eam dederit uel uendiderit uel assignauerit contra omnes homines & feminas. Pro hac autem concessione, dimissione, liberatione & warantizatione dedit michi predictus Willelmus quinque marcas sterlingorum in gersuma ad magnum negocium meum. De quibus denariis ego dictus Bartholomeus cepi aliam quandam terram in feod' ad me & uxorem meam & meos consulendos; & preterea dictus Willelmus dedit Marie uxori mee quinque solidos. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Petro filio Turoldi tunc maiore, Laurentio Wid' & Maceσ tunc prepositis, Ric' Curteis, Osberto Smart, Radulfo Brithiue, Henrico Bolter, Gileberto de Iudaismo, Willelmo de Mora, Willelmo Aurifabro, Willelmo Clerico, Waltero filio Stephani & aliis.[1]

31.

[Bartholomew, son of Robert Labbe, grants to Anastasia, widow of Geoffrey Aurifaber, the rent he received from Will. de Hoilande.]

F. 7. Mich. 1236–Mich. 1237

Sciant presentes & futuri quod ego Bartholomeus filius Roberti Labbe concessi, dimisi & liberaui & quietum clamaui pro me & heredibus meis Anastasie relicte Galfridi Aurifabri & heredibus suis uel suis assignatis omne quod habui uel quod habere potui in terra illa cum omnibus pertinenciis quam Willelmus de Hoilande le cutiler

[1] In the hand of Will' Clericus.

de me tenuit pro duobus solidis per annum pro omni seruitio in Kibaldestrate in parrochia sancti Iohannis in Oxonia. Et predicta Anastasia & heredes eius uel sui assignati acquietabunt annuale seruicium uersus capitales dominos predicte terre quod ad predictam terram pertinet. Pro hac autem concessione, dimissione, liberatione, & quieta clamatione predicta Anastasia dedit michi tres solidos & sex denarios sterlingorum in gersuma. Et ne hec predicta obliuioni tradantur huic scripto sigillum meum apposui, hiis testibus, Petro filio Turoldi tunc maiore, Waltero Aurifabro & Simone filio Benedicti tunc prepositis, Roberto Oeyn, Henrico filio Henrici, Laurentio filio Radulfi, Willelmo de Hoiland, Willelmo Clerico, Iohanne Ruffo & aliis.[1]

32.

[Anastasia grants to the University the rent she received from the house of the late William de Hoylande.]

Sciant presentes & futuri quod ego Anastasia relicta Galfridi Aurifabri Oxonie dedi & concessi & quietum clamaui & hac presenti carta mea confirmaui in ligia uiduetate mea & in plena potestate mea pro me & pro heredibus meis in perpetuum Cancellario, magistris & scolaribus Universitatis Oxonie sex denarios annualis redditus cum toto iure meo & clamio quod michi possit aliquo modo descendere; quos denarios solebam percipere annuatim de domo que fuit aliquando Willelmi de Hoylande cutillarii in Kibaldestrate in parrochia beati Iohannis Oxonie; habendos & tenendos predictis Cancellario magistris & scolaribus Uniuersitatis Oxonie & successoribus suis libere & quiete, bene & in pace in perpetuum. Pro hac autem donatione, concessione, quieta clamatione & carte confirmatione predicti Cancellarius & magistri & scolares dederunt michi quinque solidos argenti pre manibus. Ut igitur [&c. sealing] hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Galfrido de Hencsexee, Thoma le Speicer tunc prepositis, Waltero Aurifabro, Galfrido Aurifabro, Iohanne de Colleshulle, Iohanne Curcy, Iohanne Padi, Willelmo le Speicer, Alwredo le Speicer, Thoma de Elmele, Nicholao Bedello, Ricardo Clerico & aliis.[2]

F. 8. Prob. Mich. 1253–Mich. 1254

[1] In the hand of Will' Clericus.

[2] Seal pointed oval, 1 in. × $\frac{5}{8}$ in.; a star and crescent, S' ANASTASIE.

VII

SPARROW HALL

The *Hundred Rolls* (ii. 808) record that William de Hoylande left to the University a tenement in the parish of St. Mary Magdalen from which there was a payment of two pence to the church of St. Mary Magdalen and of $2\frac{1}{2}d.$ to the lord of Northgate Hundred. Its site and dimensions may be seen in the plan of the site of Balliol College, the frontispiece of *Oxford Balliol Deeds* (O. H. S.), and its history is given in the same volume, p. 29. It was practically given to Balliol in 1427 in exchange for the site of the Divinity School, although nominally each party retained its land but leased it to the other.

33.

[Henry de Sandone grants land to Gilbert Gofaire.]

F. 21. c. 1220–5

Sciant presentes & futuri quod ego Henricus de Sandona concessi, dimisi & liberaui Gileberto Gofaire totam terram quam emi de Iohanne de Einesham, que iacet inter terram que fuit Radulfi Borewold' & terram Radulfi Stel in parrochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, illi & heredibus suis uel cui assignare uoluerit, habendam & tenendam de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete, plene & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis octo solidos ad quatuor anni terminos pro omni seruicio michi uel heredibus meis contingenti [*sic*], scilicet ad Natale domini duos solidos & ad festum sancte Marie in Marcio duos solidos & ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste duos solidos & ad festum sancti Michaelis duos solidos. Et ego & heredes mei warantizabimus predictam terram cum pertinenciis predicto Gileberto & heredibus suis uel cui assignauerit contra omnes homines & feminas. Pro hac autem concessione, dimissione, liberatione & warantizatione predictus Gilebertus dedit michi duo bisancia in gersuma & fidelitatem michi fecit de predicto tenemento. Ut autem [&c. sealing], hiis testibus, Toma filio Edwini tunc maiore Oxonie, Philippo Molendinario, Waltero filio Iohannis, Galfrido Sturdi, Simone Balehorne, Roberto Ailmer, Radulfo Uiel, Henrico Bodin, Waltero Florenz, Waltero Palmer & multis aliis.[1]

[1] In the hand of Will' Clericus.

34.

[Gilbert Gofaire grants a portion of his land to Reginald de Gammages.]

Sciant presentes & futuri quod ego Gilebertus Gofaire de Oxonia concessi dimisi & liberaui & uendidi & hac presenti carta confirmaui Reginaldo de Gammages quamdam partem terre mee apud Oxoniam retro tenementum meum ex parte aquilonari & retro tenementum eiusdem Reginaldi ex parte orientali, scilicet in parrochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie que pars terre continet inter partem aquilonarem & partem australem quinque ulnas ferreas & tria quarteria cum pollicibus & inter partem occidentalem & partem orientalem octo ulnas ferreas & tria quarteria cum pollicibus; habendam & tenendam predicto R. & heredibus suis & suis assignatis libere & quiete & integre, pacifice & honorifice cum commodo muri mei sine nocumento mei uel meorum, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis quasdam albas cyrothecas ad Pascha pro omni seruicio & exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Et pro hac concessione, dimissione, liberatione, uendicione, confirmacione, warantizacione predictus Reginaldus dedit michi decem solidos sterlingorum & octo denarios in gersumma & unam robam & unum equum. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Simone Balehorn, Willelmo Sauser tunc balliuo, Andrea de Wolgaricote, Roberto Palmer, Radulfo Plumbario, Waltero Palmerio, Thoma Gamel, Laurentio Log, Willelmo de Mildecumbe & aliis.[1] F. 29. c. 1237

35.

[Gilbert Gofaire grants his land to William de Hoylande.]

Sciant presentes & futuri quod ego Gilebertus Gofaire concessi & dimisi & liberaui & hac mea presenti carta confirmaui Willelmo le Cutiller de Hoilonde totam terram illam cum omnibus pertinentiis suis que est inter terram quam Reginaldus de Gammages aliquando tenuit & terram quam Radulfus Godeknaue aliquando tenuit in parrochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, sicut mete & diuise se demonstrant in longitudine & latitudine, illam F. 25. Mich. 1238–Mich. 1239

[1] Seal circular, 1½ in., a fleur de lys, SILL' GILEBERTI GOVEIRE. In the hand of Will. de Mildecumbe.

scilicet terram que est inter terram que fuit Radulfi Burewald & terram que fuit Radulfi Stel excepta quadam placia terre quam dimisi Reginaldo de Gammages pro quibusdam albis cyrothecis annuatim reddendis ad Pascha, quas eidem Willelmo & heredibus suis & cuicumque assignare uoluerit concessi; habendam & tenendam predicto Willelmo & heredibus suis & suis assignatis quibuscumque uoluerit in perpetuum de me & de heredibus meis libere & quiete, plene & integre, pacifice & honorifice, reddendo inde annuatim pro me & pro heredibus meis ad luminare ecclesie sancte Marie Magdalene ad Pascha unum denarium argenti pro omni seruicio & exaccione & demanda, saluo seruicio capitalium dominorum illius feodi, scilicet octo solidorum annuatim reddendorum ad quatuor terminos anni, uidelicet ad Natale domini duos solidos, ad festum sancte Marie in Marcio duos solidos, ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste duos solidos, ad festum sancti Michaelis duos solidos. Ego autem [&c. warranty]. Et pro hac concessione & dimissione & liberacione & confirmacione & warantizacione predictus Willelmus dedit michi ad magnum negocium meum tresdecim marcas esterlingorum in garsumma, unde acquietaui predictam terram de Iudaismo Oxonie de una scilicet parte illorum denariorum uersus heredes Bonefey filii Mossy Iudei de Walingeford. Ut igitur [&c. sealing]; hiis testibus, Galfrido de Stokwelle tunc maiore Oxonie, Iohanne Sewy & Hugone Harding tunc prepositis Oxonie, Philippo Molendinario, Henrico filio Henrici, Petro filio Toroldi, Thoma filio Walteri, Pentecoste, Waltero Aurifabro, Willelmo le Sauser tunc balliuo hundredi extra portam aquilonarem Oxonie, Simone Balehorne, Andrea de Wolgaricote, Radulfo Plumbario, Alano Dudeling, Alano Viel, Reginaldo de Gammages, Iohanne Marescallo, Iohanne Plumbario, Thoma Gamel, Willelmo de Mora, Willelmo de Mildecumbe clerico et aliis.[1]

36.

[Reginald Gamage grants his plot to William de Hoylande.]

F. 4. c. 1240–1250

Sciant presentes & futuri quod ego Reginaldus Gamage dedi & dimisi & hac presenti carta mea confirmaui Willelmo de Huland', cutelir, unam placeam terre mee que contigua est terre quam idem Willelmus emit de Gileberto Gofer extra portam aquilonarem Oxonie,

[1] Seal, circular, 1⅛ in., a quatre foil, S' GILBERT' GOWAIR. In the hand of Will' de Mildecumbe.

que continet in longitudine quinque ulnas ferreas domini regis & unum quarterium cum pollicibus & in latitudine duas ulnas & dimidiam cum pollicibus, habendam & tenendam sibi & heredibus suis uel suis assignatis de me & heredibus meis in perpetuum in feodo & hereditate, libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis unum par albarum cyrotecarum de precio unius oboli ad Natiuitatem beati Iohannis Baptiste pro omni seruitio, exactione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione, confirmatione & warantizatione dedit michi predictus Willelmus undecim solidos pre manibus. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Adam Feteplace & Willelmo le Cutelir' tunc ball[iuo] extra portam aquilonarem Oxon', Simone Balhorn, Waltero Aurifabro, Iohanne Rufo, Willelmo Budde, Henrico le Sausir & aliis.[1]

37.

[Reginald Gamage quit-claims his plot entirely.]

Sciant presentes & futuri quod ego Reginaldus Gamage dedi & dimisi & hac presenti carta mea confirmaui Willelmo de Hulande, cutelir, totam illam placeam terre cum pertinentiis suis quam emi de Gileberto Gofayre & totum ius quod in ea habui uel habere potui pro me & heredibus meis in perpetuum quietum clamaui; que terra iacet retro tenementum ipsius Willelmi in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, habendam & tenendam sibi & heredibus suis uel suis assignatis in perpetuum iure hereditario libere, quiete & integre & pacifice & honorifice. Pro hac autem donatione, confirmatione & quieta clamantia dedit michi predictus Willelmus uiginti solidos in garsumam. Ut igitur [&c. sealing]; hiis testibus Ada Feteplace & Willelmo le Cutelir tunc ball', Waltero Aurifabro, Iohanne Rufo, Simone Balehorn, Radulfo Plumbario, Iohanne Plumbario, Henrico le Sausir, Iordano Clerico & aliis.[2] F. 5. c. 1240–1250

38.

[An agreement between Will. de Hoylande and Ralph, son of Henry, about a wall.]

Hec est conuencio facta inter Radulfum filium Henrici *fer*ratoris[3] de Oxonia ex una parte & Willelmum le Cutiler de Hoilonde ex altera F. 10. c. 1240

[1] Seal, green, circular, 1⅛ in., some implement of trade. S' REGINALDI LE GAMAGE.

[2] Seal as on F. 4. The deed is endorsed *Carta quiete clamacionis.*

[3] The endorsement of the deed spells this word 'fene*r*atoris'.

parte, videlicet quod predictus Radulfus concessit & dimisit & hoc presenti scripto confirmavit pro se & pro heredibus suis predicto Willelmo & heredibus suis & suis assignatis de muro suo inter tenementa eorum in parrochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxon' quamdam partem muri illius continentem in longitudine a solario predicti Willelmi usque uersus aquilonem duodecim ulnas domini regis ferreas sine pollicibus, ita quod predictus Willelmus & heredes sui & sui assignati licite & libere & sine contradiccione quando voluerint & necesse fuerit illum murum prosternant et construant & super eum edificent, & quando predictus Radulfus uel heredes sui edificare voluerint de eodem muro habeant aisiamenta sua competencia & firmata; ita quod non sint ad enorme dampnum predicti Willelmi uel heredum suorum uel suorum assignatorum. Et predictus Willelmus & heredes sui & sui assignati inuenient & sustentabunt unam gutteram inter eos, ita quod predictus Radulfus uel heredes sui nullum dampnum incurrant super edificia sua pro defectu ipsius guttere & eiusdem sustentacione. Pro hac autem concessione & dimissione & confirmacione & eiusdem muri warantizatione predictus Willelmus dedit predicto Radulfo unam marcam argenti in garsumam. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser, Simone Balehorn, Andrea de Wolgaricote, Thoma filio Walteri, Laurencio With, Milone de Cokesham, Radulfo Plumbario, Iohanne fratre eius, Iohanne Marescallo, Henrico Crompe, Henrico le Sauser, Willelmo de Mildecumbe clerico & aliis.[1]

39.

[Ralph, son of Henry, grants his wall to William de Hoylande.]

F. 9. Sciant presentes & futuri quod ego Radulfus filius Henrici dedi & consessi [*sic*] & hac presenti carta mea confirmavi Willelmo de Hoylond totum murum meum in longitudine & latitudine qui medius est inter terram meam & terram dicti Willelmi in Horsmongstret [*sic*] in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem in suburbio Oxsonie, tenendum & habendum pro me & heredibus meis sibi & heredibus suis uel assignatis libere, quiete & integre, reddendo inde annuatim unum obulum argenti michi & heredibus meis ad

[1] Seal, circular, 1⅝ in., a fleur de lys, S' RADVLFI FILII HENDRICI. This is in the hand of Will' de Mildecomb.

Pascha pro omni seruitio & demanda; et si contingat quod dictus Radulfus habeat aliqua asiamenta de dicto muro hoc erit sine nocumento dicti Willelmi & dampno sui muris [*sic*]. Et propter istam donationem & consessionem dedit michi predictus W. viginti solidos in gersum. Et ego [warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc ball', Reginaldo Gamage, Galfrido Triton', Willelmo Burges, Iohanne Wyt, Iohanne Choo & multis aliis.[1]

40.

[Walter Aurifaber grants to Geoffrey, his brother, a rent of two shillings from William de Hoylande.]

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus filius Galfridi Aurifabri dedi & dimisi & hac presenti carta mea confirmaui Galfrido fratri meo duos solidos annui redditus percipiendos ad duos anni terminos de terra illa quam Willelmus de Hulande cutelir emit de Gileberto Gofeire extra portam aquilonarem Oxonie, uidelicet ad festum sancti Michaelis XII d. & ad festum beate Marie in Marcio XII d.; habendos & tenendos sibi & heredibus suis de corpore suo procreandis in perpetuum libere, quiete & integre. Et ego [&c. warranty]. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace, Simone Balehorn, Iohanne Rufo, Henrico le Sausir, Iohanne Sewy, Reginaldo Gamages, Iordano Clerico, Thoma filio Galfridi & aliis. F. 44. c. 1240

41.

[Geoffrey Aurifaber grants to the University a rent that he received from the late Will. de Hoylande.]

Sciant presentes & futuri quod ego Galfridus Aurifaber filius Galfridi Aurifabri Oxonie dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmaui pro me & heredibus meis in perpetuum Cancellario magistris & scolaribus Uniuersitatis Oxonie qui pro tempore fuerint duos solidos annui redditus percipiendos de domo que fuit aliquando Willelmi de Hoylande cutelarii que sita est inter domum que fuit Reginaldi de Gamages & domum Galfridi le Sauser in parochia beate Marie Magdalene extra portam aquilonarem in suburbio Oxonie, habendos & tenendos predictis Cancellario magistris & scolaribus Oxonie & successoribus eorum F. 35. c. 1256

[1] Seal, circular, 1⅝ in., a fleur de lys, S' RADVLFI FILII HENDRICI.

libere, quiete, bene, pacifice ut possint pro sua uoluntate de predicto redditu duorum solidorum uendere, dare, assignare ubicumque locorum in toto aut in parte & secundum beneplacitum ipsorum de predicto redditu disponere & ordinare; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel assignatis unum clauum gariophili ad Natale domini pro omni seruicio, exaccione & demanda in perpetuum. Ego uero [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dederunt michi predicti Cancellarius, magistri & scolares viginti solidos sterlingorum pre manibus. Ut autem [&c. sealing], hiis testibus, domino Gilberto de la Hyde tunc senescallo Philippe Basset comitisse Warewyke, Willelmo de Ybernia tunc balliuo extra portam aquilonarem Oxonie, Willelmo le Sauser, Radulfo Aurifabro, Alano Dodelyng, Nicholao filio Erenburg', Willelmo Cuteler, Iohanne Wyht, Hugone Marescallo, Rogero le Taillur, Iohanne Marescallo, Willelmo Burgeis & aliis.[1]

42.

[Oliver de Sandone grants to the University a rent of four shillings from the land of the late Will. de Hoylande.]

F. 42. Mich. 1252–Mich. 1253

Sciant presentes & futuri quod ego Oliuerus de Sandona dedi et concessi et quietum clamaui et hac presenti carta mea confirmaui pro me & pro heredibus meis Cancellario & magistris et scolaribus Uniuersitatis Oxonie quatuor solidos annualis redditus quos habui iure hereditario de terra illa cum pertinentiis que aliquando fuit Henrici de Sandona fratris mei que iacet inter terram que fuit Radulfi Borewald & terram Radulfi Stel in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie cum toto iure et clamio quod in predicta terra habui uel habere potui; habendos & tenendos predictis Cancellario, magistris & scolaribus Uniuersitatis Oxonie libere, quiete, pacifice et integre in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dederunt michi predicti Cancellarius, magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie duas marcas et dimidiam sterlingorum pre manibus. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Adam Feteplace tunc maiore Oxonie, Galfrido de Henxteseya, Iohanne de Coleshulle tunc prepositis Oxonie, Galfrido de Stocwelle, Nicholao de Stocwelle, Thoma Submuro, Iohanne Halegod, Willelmo de Wintonia, Willelmo le Sauser, Henrico le Sauser, Iohanne Marescallo et multis aliis.

[1] Seal, circular, 1⅛ in., a star, S' GALFRIDI AVRIFAB'. F. 35 b is the same charter, with the same seal, but in another hand.

43.

[Maria Bulge sells to the University a rent of two shillings from the tenement of the late Will. de Hoylande.]

Sciant presentes & futuri quod ego Maria Bulche de Walingford que fui filia Seliue [*sic*] quondam uxoris Hugonis Schipman in ligia potestate mea et in libera uiduetate mea dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmaui Cancellario, magistris & scolaribus Uniuersitatis Oxonie duos solidos annualis redditus quos consueui annuatim percipere de terra illa cum pertinentiis suis que aliquando fuit Willelmi de Hoyland in Horsmankerestret' que iacet inter terram que aliquando fuit Henrici de Gamages ex una parte et terram Galfridi le Sauser ex altera in parochia beate Marie Magdalene extra portam borialem Oxonie simul cum toto iure & clamio quod inde habui uel habere potui; habendos & tenendos predictis Cancellario magistris & scolaribus Uniuersitatis Oxon & eorum successoribus libere, quiete, pacifice et integre, reddendo inde pro me & pro heredibus meis domine Philippe cometisse de Warwyke & heredibus suis duos denarios & obolum in festo sancti Martini pro omni seruicio & exaccione & demanda. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione, concessione, warantizacione & acquietancia & defensione dederunt michi predicti Cancellarius, magistri & scolares Uniuersitatis Oxonie pro se & pro successoribus suis uiginti solidos esterlingorum pre manibus ad magnum negocium meum. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxonie, Galfrido le Hengstessey, Roberto Molendinario tunc prepositis, Waltero Aurifabro, Galfrido Aurifabro, Iohanne Curcy, Iohanne de Colleshulle, Willelmo Iuuene speciario, Willelmo le Sauser, Henrico le Sauser, Galfrido Trutone, Willelmo Hiberniense tunc balliuo extra portam borialem Oxonie, Roberto Clerico.[1]

F. 15. Mich. 1256–Mich. 1257

44.

[Maria Bulge sells to the University a rent of 21½d. from the land of the late Will. de Hoylande.]

Sciant presentes & futuri quod ego Maria Bulge filia Selyue [*sic*] quondam uxoris Sippman in ligia potestate & libera uiduitate mea

F. 16. Mich. 1256–Mich. 1257

[1] Seal pointed oval, 1⅝ in. × 1 in., a fleur de lys, S' MARIE BVLGE DE WAL'GF.

constituta dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmaui & quietum clamaui pro me & heredibus meis totum ius & clamium quod habui uel habere potui in quodam annuo redditu uiginti & unius denarii & oboli ad me iure hereditario racione predicte S. matris mee & antecessorum suorum pertinente de terra illa cum pertinenciis que fuit quondam Willelmi de Hoilande feodi domine Philippe tunc temporis comitisse de Hedindune apud Oxoniam in uico de Horsmongarestrete que iacet inter terram que fuit aliquando Henrici de Gamages & terram Galfridi le Sauser . . . Cancellario magistris & scolaribus Uniuersitatis Oxonie; habendum & tenendum libere, quiete, plene, pacifice & integre pro me & heredibus meis in perpetuum; reddendo inde annuatim michi & heredibus meis unum par cirotecarum uel obolum & capitali domino feodi predicti scilicet dicte comitisse & heredibus suis uel suis assignatis duos denarios & obolum per annum in festo sancti Martini pro omni seruicio, exactione & demanda que de terra predicta exeunt uel exire poterunt in perpetuum. Ego uero [&c. warranty]. Pro hac autem donatione, concessione & presentis carte confirmatione & quieta clamatione dederunt michi predicti . . . Cancellarius magistri & scolares uiginti solidos sterlingorum pre manibus. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Ada Feteplace tunc maiore Oxon, Galfrido de Hengstesey, Roberto Molendinario tunc prepositis, Waltero Aurifabro, Galfrido Aurifabro, Iohanne Curcy, Iohanne de Coleshulle, Willelmo Iuuene speciario, Willelmo le Sauser, Henrico Sauser, Galfrido Trutune, Willelmo Hyberniensi tunc balliuo extra portam borealem Oxon', Roberto Clerico.[1]

VIII

THE CARDINAL'S HAT

The following deeds show that two shops in the parish of St. Mary Magdalen on the east side of St. Giles' Street were granted to William de Hoyland, and on his death they must have passed to the University. The *Hundred Rolls* (ii. 808) show that in 1279 the University received a rent of 6*s.* 8*d.* from the tenement of Florence Dodeling on the east side of the street, which subsequently became the property of Oseney, and was at the southern end of the Inn called the New Inn or the Cardinal's Hat. The size and situation of the Cardinal's Hat may be seen in the frontispiece of *Oxford Balliol Deeds.* The Abbey of Oseney, and subsequently Christ Church, paid 6*s.* 8*d.* every year to the University until 1554,

[1] Seal as before.

when the College granted to the University the schools opposite the Divinity School and in return was given exemption from the payment of two quit-rents which were due from the College, one of them being of 6*s.* 8*d.* (Pix O. 7). By what means the two shops became merely a quit-rent we do not know.

45.

[Simon Balehorn grants two shops to Henry Helle at a rent of ten shillings.]

Sciant presentes & futuri quod ego Simon Balhorn concessi, dimisi, & hac presenti carta mea confirmavi Henrico Helle illas duas seldas que sunt propinquiores introitui domus mee ex parte australi extra portam aquilonarem Oxon' in parochia sancte Marie Magdalene habendas & tenendas sibi et heredibus suis uel cuicumque assignare uoluerit exceptis uiris religiosis de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete & integre; reddendo inde annuatim ipse & heredes sui michi & heredibus meis decem solidos ad quatuor terminos anni, videlicet ad Natale domini xxx d. & ad festum beate Marie in Marcio xxx d. & ad Nativ' beati Iohannis Bapt' xxx d. & ad festum sancti Michaelis xxx d. pro omni seruitio ad me pertinente, exactione & demanda. Et ego & heredes mei sustentabimus planchuram desuper predictas duas seldas & illas warantizabimus predicto Henrico & heredibus suis uel cuicumque assignare uoluerit exceptis uiris religiosis contra omnes homines & feminas. Pro hac autem concessione, dimissione, confirmatione, & warantizatione dedit michi predictus Henricus novem solidos in gerssumam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sausir tunc ballivo extra portam aquilonarem Oxonie, Henrico le Sausir, Andrea de Wlgaricote, Roberto Costard, Willelmo Barun, Roberto Luwold, Waltero Harding, Thoma Attepilhirs & aliis.[1] F. 1. b. c. 1235

46.

[Henry Helle grants the same shops to Roger le Taillur at a rent of twelve shillings.]

Sciant presentes & futuri quod ego Henricus Helle concessi & dimisi & hac presenti carta mea confirmaui Rogero le Taillur illas duas seldas cum pert. suis que sunt propinquiores introitui domus F. 37. c. 1235

[1] Seal as on no. 47.

Simonis Balhorn ex parte australi in parochia sancte Marie Magdalene extra portam aquilonarem Oxonie, habendas & tenendas sibi & heredibus suis uel suis assignatis exceptis uiris religiosis de me & heredibus meis in perpetuum in feodo & hereditate libere, quiete & integre reddendo inde annuatim michi & heredibus meis duodecim solidos ad quatuor anni terminos, scilicet ad Natale domini tres solidos & ad festum beate Marie in Marcio tres solidos [& June 24 & Sept. 29] pro omni seruicio, exactione & demanda. Et ego Henricus & heredes mei sustentabimus planchuram desuper predictas duas seldas & illas warantizabimus predicto Rogero & heredibus suis uel suis assignatis exceptis uiris religiosis contra omnes homines mares et feminas. Pro hac autem concessione [&c.] dedit michi predictus Rogerus octo solidos in garsumam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sausir tunc balliuo extra portam aquilonarem Oxonie, Radulfo le Plumbir, Iohanne Marescallo, Godefrido le Corduaner, Roberto Helle, Willelmo Witefisser, Roberto Costard & aliis.[1]

47.

[Simon Balehorn grants the shops to William de Hoyland at a rent of ten shillings.]

F. 1. a. c. 1240

Sciant presentes & futuri quod ego Simon Balhorn concessi, dimisi & hac presenti carta mea confirmavi Willelmo de Hoyland illas duas seldas propinquiores introitu domus mee ex parte australi extra portam aquilonarem Oxonie in parochia sancte Marie Magdalene ; habendas & tenendas sibi uel cui assignare uoluerit, exceptis uiris religiosis de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere, quiete & integre ; reddendo inde annuatim ipse & heredes sui michi & heredibus meis decem solidos ad quatuor terminos anni, uidelicet ad Natale domini xxx denarios, ad festum beate Marie in Marcio xxx d., & ad Nativ' beati Iohannis Bapt' xxx d., & ad festum sancti Michaelis xxx d. pro omni seruitio ad me pertinente, exactione & demanda. Et ego & heredes mei sustentabimus planchuram desuper predictas seldas & illas warantizabimus predicto Willelmo & heredibus suis uel cuicumque assignare uoluerit exceptis uiris religiosis contra omnes homines & feminas. Pro hac autem concessione, dimissione & confirmatione & warantizatione dedit michi predictus W. nouem solidos in gerssumam.

[1] Seal, circular, 1⅛ in., a fleur de lys, S' HENRICI HELLE.

Et ut [&c. sealing]; hiis testibus, Simone de Etthrop tunc ballivo extra portam aquilonarem, Willelmo le Sauser, Henrico le Sauser, Andrea de Wlgaricote, Rob' Costard, Willelmo Barun, Rob' Luwold, Waltero Harding, Rob' Helle, Thoma Attepilhirs & aliis[1]

48.

[William Balehorn reduces the rent to two shillings.]

Sciant presentes & futuri quod ego Willelmus filius Nicholai Balehorn dedi, dimisi & concessi & hac presenti carta mea confirmaui Willelmo de Hoyland cutilario illas duas seldas que sunt propinquiores introitu domus mee ex parte australi extra portam aquilonarem Oxonie in parochia beate Marie Maddalene [*sic*], habendas & tenendas sibi & heredibus suis uel cuicumque assignare uoluerit de me & heredibus meis in feodo & hereditate libere & quiete & integre, reddendo inde annuatim ipse & heredes sui uel sui assignati michi & heredibus meis duos solidos argenti ad quatuor terminos anni, uidelicet ad festum sancti Michaelis VI denarios [& Dec. 21, Mar. 25, June 24]. Et ego [&c. warranty]. Et si ita contingat quod aliquis uelit uel possit in predictas duas seldas namiare uel destringere [*sic*], do predicto Willelmo & heredibus suis uel suis assignatis licenciam habere liberum ingressum & exitum super omnia tenementa mea habita & habenda, ad me & heredes meos uel meos assignatos distringendum uel namiandum quandocunque & quocienscunque acciderit quod aliquid a retro sit de redditu domus predicti Willelmi sine aliqua contradictione. Et ad hoc obseruandum predicto Willelmo pro me & heredibus meis affidaui. Pro hac autem concessione, dimissione, confirmacione & warantizacione dedit michi predictus Willelmus sex marcas argenti pre manibus. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Willelmo le Sauser tunc balliuo extra portam aquilonarem, Henrico le Sauser, Galfrido Trutun, Thoma Gamel, Reginaldo de Gamages, Willelmo le Cutiler, Radulfo le Plumer, Iohanne le Plumer, Iohanne Marchalle, Rogero le Tailur, Ricardo Clerico et aliis[2]

F. 41. c. 1245

[1] With the seal of Simon Balehorn; oval, a winged monster, SIGILLVM SIMONIS BALEHORN. We must assume that the shops had reverted into the hands of Simon Balehorn.

[2] Seal circular, 1¼ in., a cross of four ears of corn, S. WILL'I FILII BL' EORNT.

49.

[The University surrenders a rent of 6s. 8d.]

O. 7. Jan. 18, 1555

Omnibus [&c.] decanus & capitulum ecclesie cathedralis Cristi Oxonie ex fundacione regis Henrici octaui salutem. Noveritis nos pro eo quod Cancellarius, magistri et scholares Universitatis Oxon per scriptum suum remittent, relaxabunt & quietum clamabunt nobis ac successoribus nostris totum illum annualem redditum xxvi solidorum et viii denariorum[1] ac etiam totum illum annualem redditum vi solidorum et viii denariorum quos iidem Cancellarius [&c.] de nobis clamant habere annuatim exeuntes de messuagiis, tenementis, cotagiis et gardinis nostris infra civitatem Oxonie & suburbia eiusdem, dedisse, concessisse & hac presenti carta nostra confirmasse prefatis Cancellario [&c.] omnia illa tenementa nostra siue scolas nostras situata in vico nuncupato the Scholestrete ex opposito scole sacre theologie, vulgo appellate the Dyvynetie Schole, ac totum gardinum nostrum iacens retro scolas predictas modo vel nuper in tenura Iacobi Doddewell, quod quidem gardinum continet in longitudine a septentrione scilicet uersus austrum cxxii pedes, in latitudine vero in fine australe xl pedes, juxta medium xxxiii pedes, in fine boriali xxvii pedes; habenda & tenenda prefatis Cancellario [&c.] in perpetuum; reddendo inde nobis unum denarium singulis annis ad festum sancti Michaelis. In cuius [&c. sealing]. Dat' Oxonie xviii die Ianuarii annis Phil. & Marie, 1 & 2.

IX

A TENEMENT IN THE PARISH OF ST. GILES

The *Hundred Rolls* (ii. 810) mention that William de Merston gave a tenement to Petronilla de Merston and she left it to the University; but the following deeds show that Petronilla's husband left it to the University and that the previous owner was Walter de Merston, not William. On July 6, 1505, Richard Mayew, Bishop of Hereford, Chancellor of the University, William Paterson and John Golde, Proctors of the University, and Richard Arden and John Grene, collectors of the rents of the University, dimise to John Myles, carpenter, of Holywell, a garden near the church of St. Giles, lying on the east side, containing 20 feet in

[1] This is probably the payment of two marks a year due to the University from Fullwell Church, which was appropriated to Oseney Abbey.

breadth and 30 feet in length, on which he covenants to build and maintain a house; rent 8*d.* a year, to be held for 81 years (Pix P. x. 9). No further trace of this property can be found. By means of the *Hundred Rolls* and by the help of the statement that Oseney held the adjoining house we can say that it was situated at the southern end of no. 16, now the Judges' Lodgings.

50.

[Walter of Cestreton grants a messuage to Petronilla de Cestreton.]

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus capellanus natus de Cestretone tunc uicarius de Merstone dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmaui Petronille filie Alani clerici de Cestretone pro seruicio suo totum illud messuagium cum pertinenciis quod quondam ab Alicia filia Augustini tenui in parochia sancti Egidii Oxonie iacens inter terram Willelmi le Bere & terram Henrici Crompe, tenendum & habendum de me & heredibus meis vel meis assignatis sibi & heredibus suis uel suis assignatis libere & quiete, bene & in pace, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis uel meis assignatis unum par cyrothecarum ad Natale Domini pro omni seruicio & consuetudine & seculari accione michi & heredibus meis uel meis assignatis pertinente, saluo redditu duorum solidorum soluendorum Ysabelle relicte Henrici le Blunt ad quatuor principales anni terminos pro omni seruicio. Ego uero [&c. warranty] & ab omnibus querelis defendemus. Propter uero hanc donacionem & quietam clamacionem dedit michi dicta Petronilla tres marcas argenti in garsum' pre manibus. Ut igitur [&c. sealing]; hiis testibus, Roberto capellano tunc vicario sancti Egidii, Willelmo le Bere & Alano Dodeling, Iohanne Crompe, Henrico Crompe, Rogero filio Milonis & multis aliis.[1]

F. 18. c. 1240

51.

[Petronilla de Cestreton grants the messuage to Roger de Adintone.]

Sciant presentes & futuri quod ego Petronilla filia Alani clerici de Cestretone in libera potestate mea dedi & concessi & hac mea presenti carta confirmaui Rogero de Adintone clerico pro seruitio suo totam

F. 19. c. 1240

[1] Seal, circular, $\frac{7}{8}$ in., a bird, no doubt a dove, SIGILLVM SALVTIS.

illam terram cum omnibus pertinentiis suis in parochia sancti Egidii extra portam aquilonarem Oxonie quam Walterus quondam uicarius de Merstone michi dedit pro seruitio meo ; habendam & tenendam eidem Rogero et heredibus suis & suis assignatis de me et heredibus meis in perpetuum libere et quiete, integre, pacifice & honorifice, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis uel meis assignatis unum obulum ad Pascha pro omni seruitio et exactione et demanda, saluo seruitio capitalium dominorum illius feodi sibi exinde debito et consueto. Ego enim [&c. warranty]. Et pro hac mea donatione & concessione & confirmatione & warantizatione predictus Rogerus dedit michi quinque marcas argenti in garsummam. Ut igitur [&c. sealing] hiis testibus, Roberto capellano tunc uicario sancti Egidii, Ricardo capellano, Alano Dodeling, Iohanne Crompe, Rogero filio Milonis, Roberto But, Henrico filio Rogeri, Rogero Molendinario, Willelmo de Cokesham & multis aliis.

52.

[Petronilla confirms the action of her husband, who left the tenement to the University.]

F. 24. c. 1250

Sciant presentes & futuri quod ego Petronilla filia Alani clerici de Cestretune relicta Rogeri stacionarii de Oxonia in ligia uiduitate mea concessi, ratum habui & confirmaui donum & legatum quod dictus Rogerus quondam maritus meus fecit dominis Cancellario Oxonie & eiusdem Uniuersitati magistrorum & scolarium de quodam mesuagio in parrochia sancti Egidii Oxonie cum pertinenciis quod fuit aliquando meum & situm est inter terram que fuit Willelmi le Bere & terram Henrici Crompe ; habendum & tenendum dictis Cancellario & Uniuersitati magistrorum & scolarium predictorum Oxonie pro me & heredibus meis libere, quiete, integre, bene & in pace in perpetuum, faciendo inde seruicium capitalibus dominis, secundum quod plenius in cartis que apud dictos Cancellarium & Uniuersitatem resident continetur. Insuper ex habundanti remisi in dicta ligia uiduitate mea & quietum clamaui dicto Cancellario & Uniuersitati totum ius & clamium meum quod habui uel habere potui in dicto mesuagio & eius pertinenciis, ita quod ego nec aliquis heredum meorum in dicto mesuagio aliquid uendicare possimus in perpetuum. Pro hac autem concessione, ratihabicione, confirmatione, remisione (*sic*), quietaclamacione dicti Cancellarius & Uniuersitas michi dimidiam marcam argenti dederunt pre manibus. In cuius [&c. sealing] hiis testibus

domino G. Aurifabro, P. de Kokesham, Willelmo de Kokesham, Augustino Gos, Willelmo Crompe, Henrico filio Mile, Iohanne Bere & aliis.

53.

[The University demises the tenement to Robert de Stantone.]

∀ ⊥ ∀ H ∀ ꝑ ∀ ꝛ O ꝛ ∀ ⅄ O ∀ ⊥ ∀ ꝛ ∀ ⅄

Hec est conuencio facta inter magistrum Henricum de Cicestria[1] tunc Cancellarium Oxon & totam Uniuersitatem eiusdem uille ex una parte & Rob' de Stantone ex altera parte, uidelicet quod dictus Henricus & dicta Uniuersitas dederunt & concesserunt & tradiderunt totum illud mesuagium cum omnibus pertinenciis suis ad feodifirmam, quod iacet inter terram que fuit Willelmi le Beer ex una parte & terram que fuit Henrici Crompe ex altera parte in parochia sancti Egidii extra portam borialem in suburbio Oxonie; tenendum & habendum de nobis & successoribus nostris sibi & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, integre in perpetuum; reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris sex solidos ad tres terminos anni, scilicet ad Pascha duos solidos & ad festum Omnium Sanctorum duos solidos & ad festum Purificationis sancte Marie duos solidos pro omni seruitio, consuetudine, seculari accione, sectis curie & demanda. Et si contingat quod dictus redditus terminis prefixis infra annum uel in fine anni non fuerit solutus & quod defecerit in sustentacione dicti mesuagii quod dictum mesuagium nobis & successoribus nostris plenarie sine contradictione dicti Roberti uel heredum suorum reuertatur. Dicta eciam Uniuersitas dictum mesuagium sepedicto Roberto per predictum seruicium warantizabit, defendet & acquietabit. Et ut hec omnia predicta firma & stabilia in perpetuum permaneant sub forma predicta huic scripto partes sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus, Nicholao de Stocwelle tunc maiore Oxon', Willelmo de Ew, Galfrido le Mercer tunc prepositis de eadem, Willelmo Ybernico tunc baliuo extra portam borialem, Galf' le Sauser, Rog' le Sauser, Ada de Middiltone, Iohanne de Curdlintone, Willelmo Crompe & aliis.[2]

F. 2. Mich. 1264–Mich. 1265

[1] A Chancellor otherwise unknown.
[2] Seal. S. ROB' LE TA . . . DE STAVNT'.

54.

[John de Eynesham quit-claims the tenement to the University.]

F. 45. Mich. 1285–Mich. 1286

Nouerint uniuersi hoc presens scriptum inspecturi quod ego Iohannes de Eynesham sclattere dimisi, concessi & omnino quietum clamaui pro me & heredibus meis magistro Herueo de Seham tunc Cancellario Uniuersitatis Oxonie & magistro Henrico de la Wyle & magistro Roberto Marmiun tunc procuratoribus eiusdem ac toti Uniuersitati totum ius & clamium quod habui uel aliquo modo habere potui in illo mesuagio cum omnibus pert. suis quod situm est inter mesuagium abbatis Oseneye ex una parte & mesuagium Iohannis le Bere ex altera in parochia sancti Egidii in suburbio Oxonie, quod quidem mesuagium de predictis Cancellario & procuratoribus ac Uniuersitate predicta in libero tenemento tenebam ; habendum & tenendum dictum mesuagium cum omnibus pertinenciis suis predictis Cancellario & procuratoribus ac Uniuersitati & eorum successoribus siue suis assignatis libere, quiete, bene & in pace, ita quod nec ego dictus I. nec aliquis heredum meorum nec aliquis per me uel pro me in dicto mesuagio cum omnibus pert. suis aliquid iuris uel clamii de cetero exigere poterimus. Pro hac autem dimissione [&c.] dederunt michi predicti Cancellarius & procuratores ac Uniuersitas sexaginta solidos sterlingorum pre manibus in gersummam. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Culuerd tunc maiore Oxonie, Nicholao Aurifabro, Thoma de Sowy tunc balliuis eiusdem, Henrico Owayn, Edmundo de Parc tunc senescallo abbatisse de Godestowe, Roberto de Bartone, Paulino de Criditone & aliis.

X.

WOLSTAN HALL

For the situation of Wolstan Hall see *Cart. Hosp. St. John* (O. H. S.), vol. ii, p. 221. Although the University is not mentioned in the following deed, there can be little doubt that the feoffees are feoffees for the University. In the Proctors' Accounts for the year April 1479 to April 1480, there is the entry 'pro scriptura feoffamentorum cuiusdam domus date Universitati per doctorem Halle xiid.', and a sum of more than five shillings was spent when seisin was obtained. It was united with Beef Hall.

55.

[Robert Halle grants Wolstan Hall to feoffees.]

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus Halle clericus dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Leonello Wydeuylle clerico, Roberto Gosbourne, Iohanni Forster, Willelmo Suttone clericis, Iohanni Clerke, Edwardo Wodeward & Iohanni Norwode de Oxonia aldermannis totum illud mesuagium meum siue aulam cum gardino adiacente & omnibus aliis suis pertinenciis uulgariter uocat' Aula Wolstani siue Dunstani et situatum est in parochia sancte Ebbe in Oxonia inter aulam Bovinam ex partibus orientali & boreali & abuttat super murum cuiusdam porte uocate le Lytelyate que ducit ab eadem usque fratres predicatores & tenementum collegii sancte Marie Magdalene ex parte boriali, et vicum venientem a vico vocato Lytel Bailly usque ad dictam portam ex parte occidentali ; quod quidem mesuagium siue aulam cum gardino & omnibus aliis suis iuribus & pertinenciis nuper habui ex dono & feoffamento Hugonis Pakenham armigeri ; habendum & tenendum dictum mesuagium siue aulam cum gardino & pert. suis prefatis L., R., I., W., E. & I., heredibus & eorum assignatis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde prius debita & de iure consueta. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Edmundo Waryn, Iohanne Kestone balliuis ville Oxonie, Iohanne Seman eiusdem ville aldremanno, Iohanne Smyth pellipario, Thoma Halman, Ricardo Kent, Thoma Tanfeld clerico dicte ville & multis aliis. Dat' apud Oxoniam predictam in uigilia sancti Mathei apostoli anno regni regis Edwardi quarti post conquestum Anglie decimo nono.

O. 27. Sept. 20, 1479

XI

HALF AN ACRE IN HOLYWELL

It is not known how or when the University acquired and lost this property ; there is no trace of it except in the following deed.

56.

[The University grants half an acre of land in Holywell in fee farm.]

A CARTA CIROGRAPHA

Hec est conuentio facta inter magistrum Thomam le Bek tunc Cancellarium Oxonie & totam Uniuersitatem eiusdem uille ex una

O. 18. c. 1269

parte et Hugonem de Boru & Iohannam uxorem eius ex alia parte uidelicet quod dictus Thomas & dicta Uniuersitas dederunt, concesserunt ac tradiderunt ad feodi firmam dictis Hugoni & Iohanne unam dimidiam acram terre cum omnibus suis pertinenciis in suburbio Oxonie in parochia sancte Crucis de Haliwelle & iacet iuxta terram quondam Iohannis Scrapetoht & buctat super uiam regalem in parte australi & super terram rectoris ecclesie predicte parochie in parte aquilonari ; habend' & tenend' ad feodi firmam ut dictum est de nobis & successoribus nostris sibi & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, bene, in pace, integre imperpetuum ; reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris quatuor solidos ad tres anni terminos, uidelicet ad festum Omnium Sanctorum sexdecim denarios & ad Purificacionem beate Marie sexdecim denarios & ad Hoxtywysday sexdecim denarios & capitali domino feodi duodecim denarios pro omni seruicio seculari, consuetudine & demanda. Et si contingat quod dictus redditus infra annum uel in fine anni terminis prefixis non fuerit solutus predicta dimidia acra cum omnibus edificiis super eam edificatis & cum omnibus aliis pertinenciis suis nobis & successoribus nostris plenarie siue contradictione dictorum Hugonis & Iohanne & heredum suorum uel suorum assignatorum reuertatur. Predicta etiam Uniuersitas predictam dimidiam acram cum omnibus suis pertinenciis predictis Hugoni & Iohanne & heredibus suis uel suis assignatis per predictum seruicium sicut predictum est contra omnes homines mares & feminas warantizabit, acquietabit & defendet. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne de Leukenore tunc balliuo de Haliwelle, magistro Roberto Maynard, Fulcone le Cordiwaner, Iohanne Kyg' [*sic*], Henrico le Mounere, Symone de Wolgaricote, Willelmo de Enintone, Waltero le Noreys & aliis.[1]

XII

DEEDS ABOUT PROPERTIES OF UNIVERSITY COLLEGE

The two following deeds deal with properties of University College and should be in the College muniment room. No. 57 is about the site of Brasenose Hall in School Street, which was bought by the University about 1260 with some of William of Durham's money. No. 58 is about the house which is known as Cooper's shop, on the west side of the New Schools. The reason why these deeds are in the University archives is

[1] Seal green, circular, 1 in., a fleur de lys, star, crescent, and pair of compasses, [. . .]ONIS DE[. . .]. Thomas Beke is known to have been Chancellor in 1269.

that the legacy of William of Durham was at first administered by the University, and it was not until 1280 that the Masters maintained by this fund were formed into a college.

57.

[Walter le Flemeng grants land in St. Mary's to Roger, his son.]

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus le Flemeng' de Suhamptone dedi & dimisi & hac presenti carta mea confirmaui Rogero filio meo totam illam meam terram cum omnibus pertinentiis suis que est inter terram que aliquando fuit Roberti Oeyn & terram que aliquando fuit Willelmi de Leuconore in parochia beate Marie Virginis in Oxonia; habendam & tenendam eidem Rogero & heredibus suis uel suis assignatis de me & heredibus meis in perpetuum iure hereditario libere, quiete & integre, faciendo inde seruicium annuatim capitalibus dominis illius feodi quod eis exinde debetur & reddendo inde annuatim michi & heredibus meis unum par albarum cyrotecarum ad Pascha pro omni seruitio, exactione & demanda. Et ego & heredes mei warantizabimus & defendemus & acquietabimus totam predictam terram uidelicet unum mesuagium cum pertinentiis suis predicto Rogero & heredibus suis uel suis assignatis contra omnes homines, mares & feminas. Ut igitur [&c. sealing], hiis testibus, Laurencio With, Hugone Faue tunc prepositis Oxonie, Galfrido de Stocwelle, Petro filio Toroldi, Henrico filio Henrici, Philippo Pady, Waltero Aurifabro, Roberto le Mignot, Iohanne Pady, Iohanne Halegod, Laurencio Log, Ada Feteplace, Iordano Clerico & aliis.

F. 17. Mich. 1241–Mich. 1242

58.

[Agnes, wife of Wymund, the linen draper, promises that she will support her husband's gift to the University.]

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras uisuris uel audituris Agnes uxor Wymundi linei pannarii salutem in domino sempiternam. Noueritis me spontanea & mera uoluntate mea tactis sacrosanctis dei euangeliis iurasse quod nunquam per me nec per aliquem uel aliquos nomine meo ueniam in aliquo contra donationem, concessionem & carte confirmacionem quam Wymundus maritus meus & ego fecimus Cancellario & magistris Uniuersitatis Oxonie de domibus nostris cum cameris pertinentibus in parochia beati Petri Oxonie uersus orientem

O. 13. c. 1270

in alto uico inter domos Iohannis Kepeharm ex parte occidentali & Martini Stacionarii ex parte orientali. Et quia dicte domus ad me spectare iure hereditario dinoscuntur iuraui tactis sacrosanctis dei euangeliis me nunquam, mortuo marito meo, contra dictam donacionem, concessionem, & carte nostre confirmacionem uenturam nec aliquid impetraturam quo dicte donacio, concessio & carte nostre confirmacio poterunt inpungnari, uel quominus in firmitate sua & robore poterunt permanere, renuncians, cedens & dans ex causa predicta Cancellario & magistris dicte Uniuersitatis Oxonie secundum formam in carta nostra contentam pro me & heredibus meis totum ius & clamium que michi competunt seu competere umquam poterunt in eisdem, subiciens me iurisdiccioni & coercioni Cancellarii Oxonie qui pro tempore fuerit quod liceat sibi me compellere per censuram ecclesiasticam ad plenam obseruacionem omnium premissorum secundum quod sibi uiderit melius expedire; ita tamen quod quibuscumque temporibus contigerit maritum meum uel me decem marcas dictis Cancellario & magistris dicte Uniuersitatis Oxonie soluere quas pro donacione, concessione, & carte nostre confirmacione recepimus ab eisdem, prefate domus cum cameris pertinentibus marito meo uel michi sine omni contradictione uel impedimento dicti Cancellarii uel magistrorum Uniuersitatis Oxonie integraliter reuertantur. In cuius rei testimonium presentes meas patentes litteras consignavi.[1]

XIII

MISCELLANEOUS DEEDS

The following four deeds have no connexion with University property. The first three deal with small properties in Queen's College Lane opposite Edmund Hall, which were acquired by Queen's College about 1350. There is no indication how they passed into the University Archives. The fourth deed was among the City Archives in Twyne's time (see Twyne MSS. xxiii. 414). Probably it was given to Twyne, and after his death was transferred to the University Archives together with most of the other documents in the same Pix Y. It deals with the corner property at the junction of Cat Street and High Street, but it is not known why it was deposited in the City Archives.

[1] Seal, white, circular, ¾ in., a rose, S' AGNETIS DE CHILTONA.

59.

[John Beneyt grants a seld to Richard de Besyngbi.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Beneyt carnifex Oxonie ex concensu & assensu Ydanie uxoris mee dedi, concessi, & hac presenti carta mea confirmaui Ricardo de Besyngbi unam seldam cum pertinentiis; que quidem selda sita est in parochia beati Petri orientalis Oxonie, uidelicet inter terram Iohannis de Whyteleya ex parte australi & terram Emme de Whyteleya ex parte boreali; habendam & tenendam predictam seldam cum suis pert. predicto Ricardo & heredibus suis uel suis assignatis de capitali domino feodi per seruitia inde debita & consueta libere, quiete & iure hereditario imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit nobis dictus Ricardus triginta solidos pre manibus sterlingorum in gressuma [*sic*]. Et ut [&c. sealing]. Dat' Oxonie die dominica proxima post festum sancti Hylarii anno regni regis Edwardi vicesimo tercio, hiis testibus, Thoma de Sowy tunc maiore Oxonie, Radulfo le Mercer & Thoma de Henxeseie tunc balliuis eiusdem, Henrico Oweyn, Iohanne de Eu, Hugone de Persschore, domino Nicholao de Bluntesdone, Martino Stacionario, Thoma le Marescallo, Iohanne de Stantone, Waltero Bost et multis aliis.[1] O. 14. Jan. 16, 1295

60.

[Emma de Wyteley sells a seld to Richard de Besyngby.]

Sciant presentes & futuri quod ego Emma de Whyteleya dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Ricardo de Besyngby unam seldam cum pertinenciis; que quidem selda sita est in parrochia beati Petri orientalis Oxonie, uidelicet inter terram predicti Ricardi ex parte australi & terram hospitalis sancti Iohannis Oxonie ex parte boreali, cum tota longitudine & latitudine sua ad predictam seldam pertinentibus; habend' & tenend' predictam seldam cum omnibus suis pertinenciis predicto Ricardo & heredibus suis uel suis assignatis de capitali domino feodi uel tenementi predicti per seruicia inde debita & consueta libere, quiete, bene & in pace & iure hereditario imperpetuum. O. 17. Mar. 16, 1295

[1] With two seals; that on the right broken, on the left pointed oval, $1\frac{1}{8}$ in. × $\frac{7}{8}$ in., a bird, S' IDANIE DE BARTON. A MS. note, perhaps by Wood, says that Eglesfield bought this tenement.

Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donacione [&c.] dedit michi dictus Ricardus quadraginta solidos sterlingorum pre manibus in gersumam. Et ut [&c. sealing]. Dat' Oxonie die Mercurii proxima post festum sancti Gregorii pape anno regni regis Edwardi filii regis Henrici uicesimo tercio; hiis testibus, Thoma Sowy tunc maiore Oxonie, Radulfo le Mercer & Thoma de Henxesey tunc balliuis eiusdem uille, Henrico Oweyn, Iohanne de Ew, Martino Stacionario, Henrico Gobyun, Symone Scot, Hugone de Persshore, Thoma le Mareschalle, Iohanne de Stantone & aliis multis.[1]

61.

[John de Wyteley sells a messuage to Richard de Bysingeby.]

O. 15. Apr. 2, 1295

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes de Wyteleya filius Iohannis de Wyteleya dedi, concessi & hac presenti carta mea confirmaui Ricardo de Bysingeby unum mesuagium cum superedificiis & curtilagio & una domo in curtilagio edificata & una placea putei ad cameram secretam situatum in Oxonia in parochia sancti Petri in oriente inter mesuagium Ricardi Algod ex una parte & mesuagium Ricardi de Besingby ex altera & unum capud de domo in curtilagio se extendit super mesuagium dicti Ricardi uersus orientem & aliud capud se extendit uersus occidentem, & placea putei iacet inter predictam domum & tenementum prioris sancte Frideswyde. Et etiam dedi, concessi predicto Ricardo decem denarios annui redditus quos solebam annuatim recipere de mesuagio predicti Ricardi, quod mesuagium Emma & Iohanna sorores mee solebant tenere; habendum & tenendum predictum mesuagium cum curtilagio, domo, placea, & cum decem denariis annui redditus cum suis libertatibus, pertinenciis & aysiamentis predicto Ricardo de Besingby & heredibus suis uel suis assignatis libere, quiete, bene & in pace de capitalibus dominis feodi per seruicia inde debita & consueta pro omnibus seruiciis, consuetudinibus, & demandis uniuersis imperpetuum. Et ego [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit michi predictus Ricardus quadraginta solidos argenti pre manibus. In cuius [&c. sealing]; hiis testibus, Thoma de Sowy tunc maiore Oxonie, Thoma de Hencxeye, Radulfo le Mercer tunc balliuis eiusdem uille, Henrico Owayn, Iohanne Culuerd, Philippo de Ew, Iohanne de Ew, Nicholao Aurifabro, Iohanne

[1] Seal, pointed oval, 1⅜ in. × 1 in., a star, S' EMME DE WETELE.

Aurifabro, Iohanne de Weston, Martino Exemplatore, Thoma filio Iohannis Mareschalli, Henrico Gobion, Hugone de Perschore, Symone Scot & aliis. Dat' Oxonie die Sabbati in vigilia Pasche anno regni regis Edwardi filii regis Henrici vicesimo tercio.[1]

62.

[Philip Burgeis grants to William Russel a tenement in Cat Street, retaining a rent of two marks.]

Sciant presentes & futuri quod ita conuenit inter Philippum Burgeis ex una parte & Willelmum Russel ex altera, uidelicet quod dictus Philippus dedit & concessit & presenti scripto confirmauit dicto Willelmo totum illud tenementum cum omnibus ubique pertinenciis suis in uilla Oxonie in parochia beate Marie quod est prope Kattestrete inter tenementum Iohannis Curci & tenementum Willelmi de Breiles, tenendum & habendum eidem Willelmo & heredibus suis uel suis assignatis quicumque fuerint excepto, tantummodo loco religionis & Uniuersitate Oxonie, totum predictum tenementum cum omnibus ubique pertinenciis suis de predicto Philippo & heredibus suis uel suis assignatis, bene & in pace, libere & quiete, pacifice & integre, iure hereditario in perpetuum: reddendo inde annuatim dicto Philippo & heredibus suis uel suis assignatis duas marcas argenti ad quatuor terminos anni, uidelicet ad Natale domini dimidiam marcam & ad festum beate Marie in Marcio dimidiam marcam & ad Natiuitatem sancti Iohannis Baptiste dimidiam marcam & ad festum sancti Michaelis dimidiam marcam pro omni seruicio, secta curie, consuetudine & omnimoda exaccione & demanda. Et dictus Philippus, heredes sui uel sui assingnati, totum predictum tenementum cum omnibus ubique pertinenciis suis predicto W. & heredibus suis uel suis assingnatis, quicumque fuerint, excepto loco religionis & Uniuersitate Oxonie, contra omnes gentes per predictum seruicium warantizabunt, defendent & aquietabunt in perpetuum. Et si forte contingat aliquo tempore in posterum quod redditus trium terminorum simul alicuius anni aretro fuerit, ita quod ad ultimum terminum dictorum trium terminorum plene non fuerit solutus, tunc bene licebit dicto Philippo & heredibus suis uel suis assingnatis totum predictum tenementum cum omnibus ubique pertinenciis suis in manum suam resumere &

Y. 4. c. 1260

[1] Seal, green, circular, 1¼ in., a stag's head, S' IOH'IS DE WITELE.

uoluntatem suam qualitercumque uoluerit inde facere sine aliquo contradicto [*sic*], placito uel impedimento ipsius Willelmi uel heredum suorum uel assingnatorum in perpetuum. Et preterea dictus Willelmus & heredes sui uel sui assignati domos in dicto tenemento existentes in coopertura & omnibus aliis sustinebunt ad minus in tam bono statu quo fuerint quando eos primo recepit. Et si forte pro defectu sustentacionis depereant uel decadent, tunc bene licebit, ut predictum est, dicto Philippo & heredibus suis uel suis assingnatis tenementum predictum resumere & ad opus suum retinere uel uoluntatem suam inde facere sine aliqua contradictione alicuius in perpetuum. Pro hac autem donatione, concessione & warantizatione dedit dictus Willelmus dicto Philippo sex marcas argenti. Et ne predicta ab aliqua partium predictarum in posterum possint infirmari uel contradici, partes predicte scriptis presentibus in modum cirographi factis sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus, Ada Feteplace, Galfrido de Hengsteseia, Roberto le Muner, Iohanne Curci, Thoma Submuro, Nicholao de Kingestune, Waltero Aurifabro, Galfrido Aurifabro, Iacobo Simeon, Nicholao Amis, Willelmo de Wintonia, Thoma de Elmele & multis aliis.[1]

[1] Seal, circular, $\frac{3}{4}$ in., a half-length figure in a boat, S. PHILIPPI BVRGEIS.

APPENDIX I

I.

[A royal letter sent by the King's Chancellor to the Chancellor of Oxford threatening severe measures if there are dissensions in the University to the danger of peace.]

Edwardus dei gracia rex Anglie dominus Hibernie & dux Aquitannie dilectis sibi Cancellario Uniuersitatis Oxonie & omnibus eiusdem Uniuersitatis scolaribus salutem. Optantes ex animo pacem nostram in predictis uilla & Uniuersitate sicut in ceteris regni nostri partibus ad nostram & ipsarum tranquillitatem firmiter & inuiolabiliter obseruari, uobis mandamus firmiter iniungentes quatinus cum per maliuolorum machinaciones in Uniuersitate predicta dissensiones ad pacis nostre perturbacionem [nuper][1] suboriri intelleximus, quod ibidem nullatenus contingere volumus, de eadem Uniuersitate taliter ord[inetis] quod [firma][1] pax & concordia modis omnibus inter vos habeatur, ne per huiusmodi dissensiones indebitas pacem nostram in uilla & Uniuersitate predictis perturbari contingat vel infringi, scituri pro certo quod si de huiusmodi machinationibus seu dissensionibus inter uos habitis nobis de cetero constare possit, nos de magnatibus & fidelibus nostris tantam & talem ibidem mittemus potestatem ad dictorum machinatorum & pacis nostre perturbatorum insolenciam reprimendam & ad ipsos insequendos, capiendos & taliter castigandos quod castigacio illa in casu consimili tam alienigenis quam indigenis ibidem venientibus [. . .]tis futuris temporibus ti[morem] prebebit delinquendi. Dat' per manum W. de Mertone Cancellarii nostri apud West' xi die Octobris anno regni nostri primo.

Anc.Cor. xiii. 166. Oct. 11, 1273

[1] Illegible. This is from the collection at the Record Office known as Ancient Correspondence.

2.

[A letter from the Mayor and Bailiffs of Oxford to the King's Chancellor and Treasurer stating that on the previous Saturday the Northern scholars had driven the Irish scholars from Oxford, and some had been slain.]

Anc. Cor. xxviii. 139. [Prob. Jan. 1274]

Viris prouidis & discretis dominis Cancellario & Thesaurario domini regis maior, Balliui, totaque communitas Burgensium Oxonie salutem cum dileccione sincera. Dominacioni vestre significamus quod die Sabbati proxima preterita boriales qui sunt de Uniuersitate Oxonie ex parte una & Hybernienses cum suis complicibus ex parte altera manu armata conflictum fecerunt, ita quod quidam mortui quidam male uulnerati & pars Hyberniensium demum depopulata & extra uillam predictam est efugata, predictis borialibus in predicta uilla commorantibus, manu armata se gerentibus, quo dampna grauiora timemus. Quapropter discrecioni uestre supplicamus de qua indubitanter confidimus, quatinus si placet in casu proposito consilium & ausilium vestrum nobis inpendere velitis, ut pax domini Regis in eadem uilla uestro consilio & ausilio mediante illesa possit custodiri. Valete.

3.

[Letter of Bishop Oliver Sutton about the outbreak in 1298.]

Aug. 14, 1298

O. &c. Norhampt' & Buck' archidiaconis uel eorum officialibus salutem &c. Ascendente ad nos uehementi clamore qui longe lateque per regnum Anglie & ulterius forsitan in exteris regionibus creditur diuulgatus, super eo quod quidam burgenses & alii incole municipii Oxonie una cum quibusdam complicibus suis aliunde adductis, quorum ignorabantur nomina & persone, in nonnullos clericos insontes omnino, in dicto municipio studentes die Sabbati proxima ante festum sancti Mathie apostoli proximo preteritum una cum quibusdam diebus sequentibus per excogitatam maliciam, quam perpetrati celeris [*sic*] huiusmodi modus serio recitandus, qui subticetur ad presens, arguit euidentur, publice, notorie, quasi sine personarum delectu ausu temerario nequiter irruentes, eosdem clericos enormiter uerberarunt, atrociter uulnerarunt & alicui in loco sacro letum crudeliter intulerunt, ac aliis affectos iniuriis absque causa racionabili & in casu non con-

cesso eisdem carceri viliter manciparunt; Nos sacrilegos transgressores predictos ipso facto maioris excommunicacionis sentencia a canone innodatos, solum racione peccati, quantum ad officii nostri debitum pertinuit, perfecto odio persequentes, ipsos omnes & singulos cum suis auctoribus, fautoribus & consiliariis uniuersis in dicto crimine sic excommunicatos esse in singulis ecclesiis parochialibus archidiaconatus Oxonie diebus dominicis & festiuis intra missarum sollempnia pulsatis campanis, candelis accensis, sollempniter & publice mandauimus in genere denunciari; & postmodum in capitulo monasterii Oseneye, presentibus coram nobis Cancellario & magistris Uniuersitatis Oxonie ac burgensibus dicti municipii nonnullis & aliis in multitudine copiosa similiter in genere eosdem sic ligatos denunciauimus per nos ipsos. Verum quia inter tot reos criminis tanti nephandi nondum aduertimus quod eciam unicus tam dura cathena ligatus de sua solucione curaret, vobis in virtute obediencie firmiter iniungendo mandamus quatinus excommunicacionis sentenciam supradictam in singulis ecclesiis archidiaconatuum vestrorum singulis diebus dominicis & festiuis usque ad festum sancti Michaelis proximo futurum, pulsatis campanis, candelis accensis, sollempniter & publice faciatis sine dissimulacione qualibet publicari, certificantes nos statim post idem festum de mandati executione presentis per litteras vestras harum seriem continentes. Dat' apud Buckeden' XIX Kal. Septembris.[1]

4.

[The concord between the Town and the University.]

Sept. 22, 1298 [Formerly D. 1; now missing; from Hare's Privilegia]

Memorandum[2] quod die Lune proxima post festum sancti Mathei apostoli anno regni regis Edwardi filii regis Henrici XXVI°, discordia inter Cancellarium & scolares Oxonie ex una parte et Maiorem & communitatem eiusdem uille ex altera in hunc modum conquieuit, uidelicet quod dicti burgenses concedunt quod omnes libertates Uniuersitatis Oxonie hactenus usitatas in omnibus & singulis articulis plenarie obseruabunt et prisones per Cancellarium incarceratos et per balliuos Oxonie a prisonis deliberatos dicti Cancellarii prisone[3] restituent. Concesserunt eciam quod Thomas le Mareshall, Iohannes

[1] Sutton's Register, Mem. fol. cciii.

[2] This deed is now missing from the Archives, where it was D. 1; but before it was lost, Langbane copied it into Hare's Registrum Privilegiorum, which is in the Archives.

[3] The Chancellor had no separate building for a prison, but there was a room set apart for his prisoners in Bocardo, the town prison.

de Weston, Robertus de Welles, Iohannes de Oseneye pistor, Willelmus de Colbourne & Rogerus de Kington in omnibus tractatibus suis Uniuersitatem Oxonie tangentibus omnino amoueantur, et quod Iohannes de Coleshulle & Thomas de Hengseye a balliua sua deleantur et amodo in predicta uilla Oxonie in nulla balliua reponantur sine speciali precepto domini regis uel assensu et uoluntate predictorum Cancellarii & Uniuersitatis; et quod Nicholaus le Taverner, Iohannes Punchard, Nicholaus Fuatard, Iohannes de London', Walterus seruiens Philippi & Roberti de Wormenhale, Petrus le Wode, Adam Bernard, Nicholaus le Wode, Iohannes Wayteschaye, Thomas le Seler[1] iuxta aulam Maugeri, Iohannes Buffard, Willelmus de Bristoll et Iohannes Godeschalke per aliquos predicte uille Oxonie nullo modo receptentur uel manuteneantur in predicta uilla Oxonie. Concesserunt eciam tam predicti Maior & burgenses quam Cancellarius & scolares, quod nulla singularis persona alterutrius communitatis actionem aliquam prosequatur uersus aliquam per modum felonie pro aliqua transgressione ante diem confectionis presencium facta; et si aliquis hoc facere presumpserit, per communitatem cuius est, nec per aliquem de alterutra communitate, consilio uel auxilio, nullatenus adiuuetur. In cuius rei testimonium presenti scripto ad modum cyrographi confecto predicti Cancellarius et Uniuersitas et predicti Maior et communitas sigilla utriusque communitatis alternatim apposuerunt. Dat' Oxonie die et anno supradictis.

5.

[A draft of an agreement between the Town and the University.]

Bodl. Oxf. Chart. 196. Prob. Mar. 1348

Come discord & debat fuist parentre le Chaunceller & la Uniuersite Doxenforde dune part & les mair & burgeis & la comminalte de mesme la ville dautre part sur ceo qe les auantdit' Chaunceller & Uniuersite chalengerent par un priuilege a eaux par notre seignur le Roi qe ore est graunte qe les dit' Chaunceller & mair queux fuissent pur le temps eussent la garde pur le temps de lassise des pois & mesures dedeins la dite ville Doxenforde & ses suburbs issint qe quant mestier serroit ils

[1] Anthony Wood evidently obtained the list of names in the Annals (Wood-Gutch, i. 352) from the original deed and not from the Book of Statutes. But Langbane's reading 'Seler' is preferable to Wood's reading 'Soler'. The former word means *saddler*, and we know from Oseney rentals and other sources that there were saddlers in front of Mauger Hall (i. e. the Cross Inn).

aueroient la suruewe des dites mesures & pois & les faux par eaux trouez feicent ardre & destruire & altres loialx & couenables en vieu [*sic*] de ycelles departir [*sic*] & assigner & auxint ceaux queux ils trouereient par tielles pois & mesures faux auoir trespasse facent punyr come appartient a la lei & duement chastier, et en cas qe lauantdit' mair a la requeste le dit Chaunceller ne voleit venir a parfaire des choses susdites, qe adonqe le dit Chaunceller nient attendant le dit mair purroit seul faire ceo q' ent fuist[1] a faire pur la garde de lassise susdite & les ditz mair & burgeis cleiment la dite assise des pois & mesures estre a eaux appurtenant pur ceo qe eaux & lour predecessours ount eu & usee celle assise du temps dount memorie ne court pur ceo qe les ditz priuileges clameez par le dit' Chaunceller & Uniuersite serroit en defessance de lour estate & greue damage de eaux pur ceo qils sunt chargeez a paer a notre seignur le Roi une grande ferme pur la dite ville & les assises & assaies des pois & mesures, forfaitures, punicementz & amerciementz, surdauntz & venantz de ycelles; finalement entre les ditz Chaunceller & Uniuersite, mair, burgeis & comunalte par assent est acorde qe outre lassaie & lassise de pain & de ceruoise queux al dit Chaunceller & Uniuersite & au mair fuist grante par aunciene priuilege eient le dit Chaunceller ou son comissar' oue le auantdit Mair ou son lieutenant qe serra pur le temps la suruewe des mesures, quart, potel, galon & bussel & de pois des chaundels issint qe quant & en quele hure mestier serra les dites mesures & pois par un seriaunt de la ville & un bedel del Uniuersite soient coilleez & portez a la Gildhalle deuant les ditz Chaunceller ou son comissar' & maire ou son lieutenant & deuant eaux soient par les quatre Aldermans, treis, deux ou un de eaux assaieez & les bons par les ditz Aldermans ou un de eaux enseleez & les faux deuant les ditez Chaunceller ou son comissar' & mair ou son lieutenant troueez soient par le iuggement des ditz Chaunceller ou son comissar' & mair ou son lieutenant & par les Aldermans ou un de eaux ars & destruit & les defaltes entreez & par quatre burgeis iureez soient les trespas affereez & les amerciementz & forfaitures par les baillifs de la ville iureez sanz fraude ou riens pardoner soient leueez en aide de leur ferme susdite, forpris qe en euidence qe la dite suruewe en la manere susdite est commune entre les ditz Chaunceller & mair le disme denier des dites amerciementz & forfaitures surdantz & auenantz soit par lauantdit Chaunceller ou son comissar' mys en sustinance de la lumere a la

[1] *sic*. Two words.

misse matutinale de seint Thomas en la Esglise de notre dame ou en aide de pouers en la meson seint Iohan ou en oeuere del pount qe len appelle petit pount, solonc ceo qe un des treis voies soit esluz par les honurables piers en dieux Lerceuesqe de Canterburs & Leuesqe de Cicestre; et si par cas aueigne qe quant soit auis au Chaunceller ou a son comissar' qe mestier soit dauoir la suruewe en la manere susdite, a la requeste meisme le Chaunceller ou son comissar' lauantdit mair ou altre de part lui depute ouesqe les quatres Aldermans auantditz, treis, deux ou un de eaux ne vueillent a les choses auantdistes estre entendantz, assentu est & acorde qe le dit Chaunceller ou son comissar' nient attendant le dit mair ou son lieu tenant ou Aldermans les dites mesures & pois par un bedel face coiller & porter a la Gildhalle ou en altre place & illeosqes les face le dit Chaunceller garder come en depos, tancqe les ditz mair ou son lieu tenant & Aldermans a ceo soient entendantz, et en mesme la manere est assentu qe si le dit Chaunceller ou son comissar' a parfaire les dites choses a la requeste lauantdit mair ou sou lieu tenant, quant seit auis qe mestier serra, ne vueillent estre entendantz, qil soul sans eaux puisse faire la prise des mesures & pois & la garde de ycelles come desus est dit de Chaunceller, sauue toux iours les auantages des amerciementz & forfaitures a les dites parties en la manere desus escript.[1]

6.

[The decision of the Archbishop of Canterbury and the Bishop of Chichester in a dispute between the Town and the University.]

Bodl. Chart. April 7, 1348

Nouerint[2] uniuersi quod orta nuper graui & periculosa discordia, pacis emulo satore zizannie procurante, inter dilectos nobis in Cristo magistrum Iohannem de Northwode cancellarium & cetum magistrorum regencium & non regencium Uniuersitatis Oxonie ex parte una et Maiorem ac burgenses eiusdem uille ex altera de & super articulis infrascriptis, tandem dicte partes ordinacioni nostre Iohannis, permissione diuina Cantuariensis archiepiscopi, tocius Anglie primatis & apostolice sedis legati, ac Roberti eiusdem permissione episcopi Cicestrensis, suis litteris patentibus signatis, quarum tenor continetur

[1] The deed is cut off at the bottom, so that it is impossible to say whether it was once sealed, but from its wording we should conclude that it was not. It is prior to the deed which follows.

[2] This deed was acquired by the Bodleian in 1916.

inferius, se concorditer submiserunt, et in negocio submissionis huiusmodi iuxta subsequencium tenorem suis sigillis que bene nouimus eciam munitorum uim & effectum procuratores suos constituit pars utraque. Postea uero discretus uir magister Galfridus le Scrope ipsorum Cancellarii & cetus ac Iohannes de Bereforde & Iohannes de Bibury dictorum maioris & burgensium procuratores literatorie constituti coram nobis Iohanne archiepiscopo Cantuariensi & Roberto episcopo Cicestrensi predictis in capella de Lamhethe Wyntoniensis diocesis, nostri archiepiscopi supradicti immediate iurisdiccionis, pro tribunali sedentibus comparuerunt, ac procuratoria sua, submissiones eciam dominorum suorum predictorum infrascriptas exhibuerunt, & se ac dominos suos predictos, quoad articulos in ipsis suis submissionibus contentos, ordinacioni nostre ex habundanti alte & basse, pure, sponte, absolute & simpliciter submiserunt, ac nos pluries requisiuerunt & nobis supplicarunt instanter ut onus submissionis huiusmodi in nos suscipere & admittere dignaremur. Nos itaque intendentes sollicitudinis studio illam discordiam radicitus extirpare, nunquam futuris temporibus fauente domino suscitandam, grandique desiderio cupientes ut huiusmodi negocium, quod potissime insidet cordi nostro, finem salubrem & celerem per nostre solercie studium consequatur, ac ipsarum parcium quietem & unitatem totis uisceribus appetentes, onus submissionis huiusmodi quoad articulos in infrascripta nostra ordinacione contentos & recitatos in nos admittentes benigne, procuratoria & submissiones predicta ibidem legi fecimus coram nobis. Deinde uero ipsis cum maturitate discussis ac in negocio submissionis predicto habita informacione plenaria ordinauimus prout subsequitur ac ordinacionem nostram in scriptis redactam per dilectum clericum nostrum Willelmum Bradele publicum apostolica auctoritate notarium legi fecimus, quem ibidem primitus constituimus organum uocis nostre; cuius tenor sequitur sub hiis uerbis:—'En le noun de dieu, Amen. Com nadgaires i auoit debat entre le Chauncellier & la Uniuersite de Oxonford dune part & maire & burgeis de mesme la uille daltre part des articles qe enseuent, cest assauoir qe les dites Chauncellier & Uniuersite cleiment dauer la suruewe & lassai des alnes[1] & de pois de cire & des espices; item del disme dener des amercementz & des forsfaitures sourdantz del assai des mesures & de pois; item les dits maire & burgeis demandent qil puissent faire lour procuratour en totes maneres de plees deuant le Chauncellier ou son commissaire, soient ils

[1] ells.

enpledes a seute de partie ou doffice & soient ils en ville ou dehors, horspris en cause de violence; item les dits maire & burgeis demaundont qe nulle action de dette, trespas ou de iniurie ne de nul autre contract soit done ne vendu a clerk*es* ne a lais par voie de cession; sur queles articles les parties susdites se ount submys haut & baas a la ordenaunce de nous Iohan par la grace dieu archeuesque de Canterbire primat de tote Engleterre et legat de la see apostoile & nous Robert par mesme la grace euesque de Cicestre; et nous Iohan archeuesque de Canterbire & Robert euesque de Cicestre auantdits desirauntes qe bone pees & unite soit entre la Uniuersite & gentes de la dite uille, ordenoms par uertue des submissions en nous faites qe les dites Chauncellier & Uniuersite eient la survewe & lassai des alnes & de pois de cire & des espices deinz la uille & de la suburbe et qe le disme dener des amercements & forfaitures sourdantz del assai des mesures & de pois soit done en aide des poueres en lospital seint Iohan de hors la porte de Est a touz iours a durer; et auxint ordenoms qe ceux de la uille Doxenford soient ils en uille ou dehors puissent faire lours procuratours en totes maneres de plees a seute de partie ou doffice deuant le Chauncellier & son commissaire ou altres iugges deputez, horspris en cause de uiolence ou destorbaunce de la pees ou cause q' touche la Uniuersite come Uniuersite ou quant il est auys as Chauncellier, son commissaire, ou altres iugges de la Uniuersite qils soient pur iuste cause personalment appeller [*sic*]; et q' nulle cession de action soit done ne venduz as clercs ne a lais par voie de cession.' Tenor uero submissionis & procuratorii Cancellarii ac cetus magistrorum regencium & non regencium Uniuersitatis Oxonie predicte talis est:—Nouerint uniuersi quod cum nos Iohannes de Northwode cancellarius ac cetus magistrorum regencium & non regencium Uniuersitatis Oxonie in uenerabiles patres & dominos, dominos Iohannem dei gracia Cantuariensem archiepiscopum tocius Anglie primatem ac apostolice sedis legatum & Robertum Cicestrensem episcopum compromiserimus, ipsorumque laudo, dicto, arbitrio & decreto nos submiserimus sub hac forma:—'Uenerabilibus in Cristo patribus ac dominis reuerendis dominis Iohanni dei gracia Cantuariensi archiepiscopo, tocius Anglie primati ac sedis apostolice legato, & Roberto Cicestrensi episcopi sui Iohannes de Northwode cancellarius ac cetus unanimis magistrorum regencium & non regencium Uniuersitatis Oxonie cum recommendacione debita reuerenciam & honorem. Ad paternitatis uestre noticiam deducimus per presentes quod pridem inter nos ex parte una & Maiorem ac burgenses seu inhabitatores

eiusdem Uniuersitatis seu uille Oxonie ex altera super nonnullis articulis seu capitulis dissencionum materia suscitata, uidelicet super assisa & assaia mensurarum & ponderum in uilla Oxonie & eiusdem suburbiis, item super eo quod dicti laici petunt quod coram prefato Cancellario seu eius commissariis possint siue ad instanciam parcium siue ex officio procedatur per procuratores idoneos litigare siue sint in uilla Oxonie siue extra; et quod si hutesio leuato pro pacis conseruacione ad repressionem delinquencium armati uel non armati se opponant quomodolibet uel occurrant, propterea per dictum Cancellarium minime puniantur; quodque contra uel pro laicis dicte uille occasione delicti uel contractus seu quasi non fiant scolaribus cessiones; itemque super interpretacione seu modificacione huiusmodi statuti "Statuit eciam quod si aliquis manifeste de pacis perturbacione suspectus ter monitus per Cancellarium uel eius commissarium uel requisitus prestare idoneam caucionem de non infringendo de cetero pacem istius Uniuersitatis, prestare noluerit, auctoritate istius statuti extunc ab hac Uniuersitate nouerit se bannitum", nos litium dispendia & euentus dubios attendentes & de utriusque uestrum paternitatis circumspeccionis industria & consciencie puritate plenam fiduciam optinentes, uestris ordinacioni, laudo, dicto, arbitrio & decreto una cum dicta parte aduersa concorditer & communiter usque ad annum a data presencium continue numerandum supponimus, subicimus & submittimus absolute; ita quod uos reuerendi patres & domini predilecti super dictis capitulis & eorum dependentibus & connexis accessoriis & sequelis summarie, simpliciter & de plano uelud arbitratores & amicabiles compositores absentibus partibus & alias iure ordine non seruato, ordinare, laudare, dicere, arbitrari & decernere, & ea que in hac parte ordinaueritis, laudaueritis, dixeritis, arbitrati fueritis & decreueritis firmare & eciam stabilire ac execucioni debite demandare, prout expedire secundum deum uidebitur, libere ualeatis. Insuper supplicamus quatinus submissionem huiusmodi admittentes, ad ordinacionem, laudum, dictum, arbitrium & decretum in premissis ut premittitur procedatis de benignitatis & affeccionis solite pietate, quibus quantum ad nos attinet parere in omnibus pollicemur. In cuius rei testimonium sigillum commune Uniuersitatis Oxonie presentibus est appensum. Dat' Oxonie xxx die mensis Marcii anno domini M° CCC^mo XL octauo', ad comparendum pro nobis & nomine nostro ac Uniuersitatis predicte in negocio supradicto coram predictis uenerabilibus patribus, predictumque negocium prosequendum & promouendum, ipsosque in eodem negocio quatenus in facto consistit infor-

mandum, euidencias & instrumenta tam in scriptis quam sine scriptis exhibendum, allegandum & ostendendum, decretum, laudum, dictum & arbitrium eorundem audiendum & finaliter subeundum, in predictos uenerabiles patres & dominos modo quo premittitur & quo ad omnia premissa compromittendum & consenciendum, nosque & Uniuersitatem predictam ipsorum arbitrio, laudo, dicto & decreto super omnibus & singulis capitulis & articulis suprascriptis submittendum & omnia & singula faciendum & expediendum que in premissis uel circa ea uel eorum aliquod necessaria fuerint uel oportuna, eciam si mandatum exigant speciale, uenerabilem uirum & dilectum nobis in Cristo magistrum Galfridum le Scrope nostrum uerum & legitimum procuratorem & nuncium specialem ordinamus & constituimus per presentes, promittentes nos ratum & gratum perpetuis temporibus habituros quicquid idem procurator nomine nostro & Uniuersitatis predicte fecerit in premissis uel in aliquo premissorum. In cuius rei testimonium sigillum commune Uniuersitatis Oxonie presentibus est appensum. Dat' Oxonie xxx die mensis Marcii anno domini M° CCC^mo quadragesimo octauo. Item tenor submissionis maioris & burgensium uille Oxonie sequitur in hiis uerbis:—As touz Cristiens as queux cestes presentes lettres uendrount les mair & burgeis de la uille Doxenford salutz en dieu. Come debat soit entre le Chauncellier & la Uniuersite Doxenford dune part & nous mair & burgeis auantdis daltre part de ce q' les auantditz Chauncellier & Uniuersite cleiment dauoir la suruewe & lassaie des alnes & de pois de cire & des espices en la dite uille & en la suburbe de icelle & de ceo q' nous Mair & burgeis auantdits demandoms q' nous puissoms feare nostre procuratour en totes manere de plees deuant le dit Chauncellier ou son commissaire ou altres iuges de la dite Uniuersite, soioms nous enpledez a seute de partie ou doffice & soioms nous en uille ou dehors & q' nule action de dette trespas ou de iniurie ne de nul autre contract soit done ne uenduz as clercs ne as lais par voie de cession; et si heu & cry soit leue en affrai ou en desturbaunce de la pees q' ceux q' vignent armez ou desarmez darestier tielx mesfesours ne soient de cel enpesche ne puny par enprisonement nen altre manere. Auxi si le disme dener des amercements & forfaitures sourdants del assai des mesures & pois fait par les aldermans de la uille auantdite en presence del dit Chauncellier ou son commissaire & Mair ou son lieu tenaunt serra mys en sustenaunce de la lumere[1] a la messe matutinale en la eglise notre

[1] Godefroy does not give this form, but probably the form is intentional. It occurs in the preceding deed.

dame en la dite uille ou en aide des poueres en lospital seint Iohan dehors la porte de Est de mesme la uille ou en eouere del pount q' lon appele Petitpount dehors mesme la porte, des quelx pointz, cleimes & demandes susditz nous Mair & burgeis auantdits nous submettoms al ordenaunces des honurables pieres eu dieu Iohan par diuine grace Erceuesqe de Canterbirs primat de tute Engleterre & Robert par mesme la grace Euesqe de Cicestre, eiauntz ferm & estable quant qils ordeineront & iuggeront sur les pointz susdites, issint qils acomplient lour ordenance & iuggement sur les pointes, cleimes & demandes auantdits, dedenz les quinze iours proscheinz ensuiantz apres la date de cestes. Done souz notre commun seal a Oxenford le vynt & neofisme iour de Marz lan du regne le Roi Edward tierz apres la conqueste Dengleterre vynt & secunde & de Fraunce neofisme. Tenor eciam procuratorii ipsorum maioris & burgensium noscitur esse talis : As touz Cristiens as queux cestes presentes lettres uendront les Mair & burgeis de la uille Doxenford salutz en dieu. Sachetz nous auoir ordeine & establi noz bien ameez en dieu Iohan de Bereford & Iohan de Bibury noz attorneez iointment & seueralment a receiuere en notre noun le decree & iuggement des honurables pieres en dieu Iohan par diuine grace Erceuesqe de Canterbirs primat de tute Engleterre & Robert par mesme la grace Euesqe de Cicestre sur les articles des queux nous auoms nous submis al ordenaunce des seint pieres auantdits come piert en une lettre patente par nous faite de la submise auantdite, eiantz ferm & estable quantqe les auantdits nos attorneez ou un de eux ferront ou ferra en notre noun en le premesses. Don' a Oxenford souz notre commun seal le trentisme iour de Marz lan du regne le Roi Edward tierz apres la conqueste Dengleterre vint & secunde & de Fraunce noefisme. In quorum omnium testimonium nos Iohannes Cantuariensis archiepiscopus & Robertus Cicestrensis episcopus supradicti has nostras litteras per dilectum clericum nostrum Willelmum Bradele apostolica auctoritate notarium publicum scribi & publicari mandauimus & sigillorum nostrorum impressionibus fecimus communiri. Dat' apud Lamhethe septima die mensis Aprilis anno domini supradicto.[1]

[1] Both seals are wanting, though the tags remain.

7.

[Writ to the Mayor and Bailiffs to deliver to the Chancellor of the University the standards by which measures and weights were tested and the seal by which they were marked.]

Bodl. Oxfordshire Charter 198. June 27, 1355

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie maiori & balliuis ville Oxonie salutem. Cum per cartam nostram concesserimus quod Cancellarius Uniuersitatis Oxonie solus & in solidum ac successores sui & eorum vices gerentes imperpetuum habeant custodiam assise & assaie ac superuisum mensurarum & ponderum in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem, ita quod ipse Cancellarius vel eius vices gerens quociens opus fuerit dicta mensuras & pondera superuideat & ea que falsa inuenerit comburi & destrui faciat & alia legalia & iusta deputet & consignari faciat, necnon transgressores quos in hac parte inuenerit debite puniat & castiget prout in carta predicta plenius continetur, vobis mandamus quod Cancellario Uniuersitatis predicte qui nunc est standarda nostra mensurarum[1] & ponderum necnon sigillum nostrum pro huiusmodi mensuris & ponderibus consignandis, penes vos in dicta villa existencia, per indentur*am* inde inter vos & dictum Cancellarium modo debito conficiend*am* liberetis, & ipsum Cancellarium dictam custodiam assise & assaie ac superuisum mensurarum & ponderum in dicta villa Oxonie habere & transgressiones in hac parte debite castigare & punire permittatis iuxta concessionem nostram supradictam, vos de premissis seu eorum aliquo amodo non intromittentes. Teste me ipso apud Westmonasterium xxvii die Iunii anno regni nostri Anglie vicesimo nono, regni vero nostri Francie sextodecimo.[2] Wynt*er*.

8.

[A letter of the King to the Mayor, Bailiffs, and Aldermen that they should cause the new grant to the University to be read out and observed.]

Bodl. Oxfordshire Charter 199. July 20, 1355

Edwardus dei gracia, rex Anglie & Francie & dominus Hibernie maiori & balliuis ac aldermannis ville Oxonie salutem. Cum in Uniuersitate Oxonie graues discordie pluries sint exorte, ex eo quod Cancellarius ipsius Uniuersitatis & maior dicte ville, qui iuxta concessionem nostram nuper eis factam debuerant assisam panis &

[1] mensuarum, MS.

[2] The foot of the deed with the sealing has been cut off. This is not on the Close Roll.

ceruisie communiter custodire, super punicione in hac parte facienda non poterant faciliter consentire; Nos discordiis huiusmodi que ex communione tali prouenire poterunt volentes ut expedit obuiare, concessimus pro nobis & heredibus nostris quod Cancellarius Uniuersitatis predicte & successores sui & eorum uices gerentes soli & insolidum imperpetuum habeant custodiam assise panis, vini & ceruisie ac correccionem & punicionem eiusdem cum finibus, amerciamentis & proficuis aliis prouenientibus in hac parte pro quadam certa firma nobis inde annuatim reddenda; concesserimus[1] eciam quod dictus Cancellarius & dicti successores sui & eorum vices gerentes imperpetuum habeant custodiam assise & assaie ac superuisum mensurarum & ponderum in dicta villa Oxonie & suburbiis eiusdem; ita quod dictus Cancellarius vel eius vices gerens quociens opus fuerit dicta mensuras & pondera superuideat & ea que falsa inuenerit comburi & destrui faciat & alia legalia & iusta deputet & consignari faciat ac transgressores quos in hac parte inuenerit debite puniat, & castiget ac eciam quod habeat potestatem inquirendi & cognoscendi de forstallatoribus & regratariis, carnibus & piscibus putridis & viciosis & alias incompetentibus & super hiis punicionem debitam faciendi & quod scolares & laicos in dicta villa Oxonie contra statuta Universitatis predicte arma portantes & delinquentes per incarceracionem & alias castigare valeat & punire, absque eo quod maior, balliui, aldermanni seu alii homines dicte ville seu suburbiorum eiusdem de premissis se debeant aliqualiter intromittere, necnon diuersas alias libertates in quadam carta nostra dicte Uniuersitati inde confecta contentas, prout per inspeccionem eiusdem carte plenius poterit apparere, vobis precipimus quod dictam cartam in villa predicta in locis ubi expedire videritis publice legi & libertates & priuilegia in eadem carta contenta proclamari & quantum ad vos attinet firmiter & inuiolabiliter obseruari faciatis, iniungentes ex parte uestra omnibus & singulis hominibus dicte ville & suburbiorum eiusdem quod prefato Cancellario in custodia dicte assise panis, vini & ceruisie ac custodia assise & assaie & superuiso [*sic*] mensurarum & ponderum ac aliorum premissorum execucione pareant humiliter & intendant absque eo quod vos seu alii homines dicte ville cum prefato Cancellario in premissis intromittere presumatis. Teste me ipso apud Westmonasterium xx die Iulii anno regni nostri Anglie vicesimo nono, regni vero nostri Francie sextodecimo.[2]

Wyn*ter*.

[1] The scribe becomes confused in his construction, and proceeds as if the grant had 'Et nos . . . concesserimus pro nobis, &c.'

[2] As the bottom of the deed has been cut off, it is impossible to say how it was sealed. This is not on the Close Roll.

APPENDIX II

In addition to the University Archives, and the Patent Rolls and Close Rolls, we have a third source for University privileges in the four registers known as A, B, C, and D; in addition to the Statutes of the University, they all contain a number of charters that were given to the University by kings, popes, legates, and bishops. Most of these charters are still in the University Archives; others, which are missing, need not be reproduced because they are on the Patent or Close Rolls, or have been adequately printed in *Munimenta Academica*. But the following seven may be given in full; of these Nos. 2, 3, 6, 7 are found only in these registers; Nos. 1 and 4 are on the Close Rolls, and No. 5 is on the Patent Roll, but there are features in them for the sake of which they are worth printing in this volume.

I.

[Writ to the Chancellor and Proctors to make a proclamation about the price of food.]

D. 77.
B. 27.
Apr. 21, 1315

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie Cancellario & procuratoribus Uniuersitatis Oxonie salutem. Querelam archiepiscoporum, episcoporum, comitum, baronum & aliorum de communitate dicti regni per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam recepimus continentem, quod de bobus, vaccis, multonibus, porcis, aucis, gallinis, caponibus & ouis magna & quasi intollerabilis est caristia hiis diebus in ipsorum & omnium aliorum infra idem regnum degencium dampnum non modicum & grauamen, propter quod nobis cum instancia supplicarunt, ut super hoc curaremus de congruo remedio prouidere. Nos igitur supplicacioni predicte pro communi utilitate populi dicti regni, prout expediens visum fuerat, annuentes ordinauimus de consilio & assensu prelatorum, comitum, baronum & aliorum de consilio nostro existencium in ultimo parliamento nostro apud Westmonasterium habito quod melior bos viuus venalis, crassus, de grano non pastus, vendatur de cetero pro sexdecim solidis & non ultra, et si grano pastus fuerit & sit crassus pro viginti et quatuor solidis ad plus tunc vendatur; et quod melior vacca viua

& crassa pro duodecim solidis, quodque porcus duorum annorum crassus pro quadraginta denariis, multo lanutus crassus pro viginti denariis, multo tonsus crassus pro quatuordecim denariis, auca crassa pro duobus denariis & obolo, capo bonus et crassus pro duobus denariis, gallina crassa pro uno denario, duo pullini pro uno denario, quatuor columbe pro uno denario & viginti & quatuor oua pro uno denario de cetero vendantur; et quod si aliquos vel aliquem, qui huiusmodi res venales pro precio ut premittitur ordinato vendere noluerint vel noluerit, contigerit inueniri, tunc predicte res venales nobis remaneant forisfacte. Et quia ordinacionem predictam volumus exnunc per totum regnum nostrum firmiter & inuiolabiliter obseruari, vobis mandamus firmiter iniungentes quod in villa Oxonie ordinacionem predictam publice & distincte faciatis proclamari, & ipsam in omnibus & singulis articulis suis sub forisfactura predicta per totam villam predictam de cetero quatenus ad vos pertinet ratione libertatum vobis in eadem villa per progenitores nostros quondam reges Anglie & nos concessarum faciatis inuiolabiliter obseruari. Et hoc nullo modo omittatis. Teste me ipso apud Wyndesore primo die Aprilis anno regni nostri octauo.

2.

[Writ of Edward II to the Mayor and Bailiffs that expert workmen are to be admitted to the Gild of Cordwaners without fee.]

Rex maiori & balliuis suis Oxonie salutem. Cum dominus H. quondam rex, auus noster, per cartam suam, quam confirmauimus, concessisset corueysariis de Oxonia omnes libertates & consuetudines quas habuerunt tempore regis Henrici, aui ipsius aui nostri, & quod habeant gildam suam sicut tunc habuerunt, ita quod nullus faciat eorum officium in villa de Oxonia, nisi sit de gilda illa, ac eciam concessit quod cordewanarii qui postea venerunt in[1] dicta villa de Oxonia sint in hac ipsa gilda, & habeant easdem libertates et consuetudines quas corueysarii habent & habere debent; et nos nuper, volentes prefatis cordewanariis et corueysariis graciam in hac parte facere uberiorem, concesserimus eis pro nobis & heredibus nostris quod nullus faciat eorum officium in suburbiis predicte ville Oxonie

A. 75. D. 79. Feb. 18, 1321

[1] de, D.

nisi sit de gilda supradicta; et quod nullus scindat in eadem villa Oxonie aut suburbiis eiusdem cordewanum aut coreum tannatum coreatum, nec nouum opus ad officium predictum pertinens in eisdem villa & suburbiis vendat, nisi sit de gilda illa sub forisfactura manuoperis illius ad opus nostrum, de qua forisfactura annuatim ad scaccarium nostrum sancti Michaelis per manus balliuorum predicte ville Oxonie volumus responderi & pro quibus concessione & confirmacione dicti cordewanarii et corueysarii & successores sui reddent nobis & heredibus nostris singulis annis ad scaccarium nostrum sancti Michaelis, ultra unam unciam auri et quinque solidos quos nobis antiquitus soluere consueuerunt, duos solidos de incremento imperpetuum, prout in carta nostra eis inde confecta plenius continetur; Ac iam ex parte dilectorum nobis in Cristo Cancellarii & scolarium Uniuersitatis Oxonie nobis sit ostensum quod predicti corueysarii & cordewanarii de gilda predicta existentes[1] per collusionem et confederacionem inter eos super hoc habitas alios conueysarios et cordewanarios de villa et suburbiis predictis in gildam predictam absque magna summa pecunie, ad quam plures eorum attingere non poterunt, ab eis pro ingressu suo in gilda illa habendo capienda admittere differunt & recusant, per quod sotulares & alia opera ad dictum officium spectantia in villa & suburbiis predictis magis solito efficiuntur cariora ad graue dampnum tam scolarium quam aliorum ibidem conuersancium; Quia eciam intencionis nostre non extitit nec adhuc existit per huiusmodi concessionem nostram cuiquam preiudicare seu fo*rum*[2] sotularium & aliorum huiusmodi operum in caristiam accrescere, volentes huiusmodi malicie obuiari, vobis precipimus quod corueysarios & cordewanarios officium predictum in villa & suburbiis predictis tanquam inde experti[3] excercentes, & in gildam predictam admitti volentes, in eadem gilda absque aliqua extorsione de pecunia ab eis pro ingressu suo inde habendo admitti faciatis; ita quod pro defectu vestri in hac parte querela ad nos inde non perueniat iterata per quod manum ad hoc aliter apponere debeamus. Teste me ipso apud Westmonasterium XVIII die Februarii, anno regni nostri quartodecimo.

[1] Not *exeuntes*, as in *Munim. Acad.*, p. 786.

[2] fo*re*, in *Munim. Acad.*; but impossible.

[3] *expertos* is meant. The marginal heading is 'Quod cordewanarii Oxon' debeant admittere quoscumque in eorum officio expertos.'

3.

[Letters Patent to the Mayor and Bailiffs to aid the Chancellor in arresting malefactors.]

Edwardus dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie & dux Aquitanie, maiori et balliuis suis Oxonie salutem. Ex graui querela Cancellarii & scolarium Universitatis Oxonie per peticionem suam coram nobis et consilio nostro exhibitam intelleximus quod quamplures malefactores & pacis nostre perturbatores ad dictam villam & eius suburbia frequenter accedentes & in eisdem commorantes diuersas transgressiones ibidem perpetrant & perpetrarunt hactenus, & post transgressiones per ipsos sic factas quandoque infra villam predictam, quandoque in suburbiis eiusdem receptantur et hospitantur; et licet Cancellarius dicte Uniuersitatis frequenter vobis mandauit quod ad huiusmodi malefactores arrestandos & capiendos intendentes essetis & auxiliantes, vos tamen huiusmodi mandato parere voluntarie contempsistis, per quod transgressiones sic perpetrate multociens impunite remanserunt & dicti transgressores sibi audaciam assumpserunt delinquendi in ipsorum cancellarii & scolarium dampnum non modicum & effectus studii retardacionem, ac populi nostri parcium illarum terrorem manifestum; super quo nobis supplicarunt ut in premissis remedium apponere dignaremur; Nos huiusmodi maliciis obuiari & transgressores predictos iuxta eorum demerita in hac parte puniri volentes, vobis precipimus firmiter iniungentes quod ad huiusmodi transgressores, ad mandatum dicti Cancellarii dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit, in villa predicta & eius suburbiis, tam infra libertates quam extra, insequendos, arrestandos & capiendos, assumpto ad hoc si necesse fuerit posse ville predicte intendentes sitis & auxiliantes, quociens super hoc per dictum Cancellarium fueritis premuniti, scientes quod nisi premissa ad mandatum Cancellarii dicte Uniuersitatis qui pro tempore fuerit diligenter exequamini, ad vos tanquam ad mandatorum nostrorum contemptores & pacis nostre perturbatores ac malefactorum predictorum manutentores non inmerito capiemus. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Wyndesore xxiiii die Octobris anno regni nostri quinto.[1]

D. 47. Oct. 24, 1331

[1] Edward II was at Eltham on Oct. 24 in his fifth year, Edward III was at Windsor.

4.

[A writ to the Sheriff about the price of wine.]

D. 55. Nov. 18, 1331

Rex vicecomiti Oxonie & Berk' salutem. Cum in parliamento nostro apud Westmonasterium die Lune proxima post festum sancte Katerine virginis proximo preteritum conuocato de communi consilio regni nostri prouisum sit quod proclamatio fiat quod nullus sibi audaciam assumat vinum vendere nisi pro racionabili precio, habito respectu ad precium quo vina in portibus ubi adducta fuerint venduntur, necnon ad expensas pro cariagiis inde faciendis de portibus illis usque ad loca ubi venduntur vina illa; et quod in qualibet villa assaia de vinis bis fiat per annum videlicet semel ad Pascha & alias ad festum sancti Michaelis & sepius, si opus fuerit, per dominos villarum & eorum balliuos & eciam per maiores & balliuos villarum, & omnia vina que corrupta fuerint effundantur & deponantur, & dolia frangantur, quodque Cancellarius & iusticiarii de utroque banco, ac iusticiarii nostri de assisis capiendis assignati habeant potestatem inquirendi de maioribus, balliuis & ministris villarum, si hoc non fecerint, & punicionem inde iuxta racionis exigenciam faciendi, prout in statuto predicto plenius continetur; ac pro eo quod lagena vini in ciuitate nostra Londonie, ubi maior fit concursus tam magnatum quam aliorum, pro quatuor denariis venditur, & extra portus illos infra triginta leucas pro IIII denariis & obolo & infra quadraginta et IIII leucas pro quinque denariis, & non ultra, vendatur sub pena amissionis vinorum eorundem; Et ideo tibi precipimus quod premissa omnia & singula in ciuitatibus, burgis, villis mercatoriis & aliis locis in balliua tua, tam infra limites quam extra, excepta villa nostra Oxonie, ubi expedire videris, publice proclamari & ea quantum ad te [pertinet][1] firmiter obseruari facias & teneri iuxta formam & effectum statuti & ordinacionis predictorum. Teste me ipso apud Guldeford XVIII die Octobris[2] anno regni nostri quinto.

[1] Not in MS.

[2] An error for *Novembris*. Edward III was at Guildford on Nov. 18, not on Oct. 18 (*Cal. of Pat. Rolls*, 5 Edw. III, p. 216). On the Close Roll of 5 Edw. III, part 2, memb. 7 *d* is found the above deed, as sent out on Nov. 18 to all sheriffs, but without the last clause with its mention of Oxford.

5.

[A mandate to all ecclesiastical judges that letters obtained from the Court of Rome which are to the prejudice of the privileges of the University, are to be disregarded.]

Edwardus, dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, officialibus, prepositis, sacristis, prebendariis in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, aduocatis, procuratoribus ac notariis publicis & aliis quibuscumque personis ecclesiasticis in quacumque dignitate vel officio constitutis, & omnibus aliis ad quos presentes littere peruenerint salutem. Cum inter priuilegia Uniuersitati Oxonie & Cancellario eiusdem, qui pro tempore fuerit, per nos & progenitores nostros quondam reges Anglie concessa, sit concessum eisdem quod idem Cancellarius, pro immobili pacis nostre conseruacione & tranquillitate & quiete scolarium in eadem Uniuersitate studencium, omnes transgressores et pacis in eadem Uniuersitate perturbatores & violatores, qui coram domino Cancellario comparere noluerint racione delictorum suorum corrigere & comparere recusantes, ubi altera pars est scolaris, a dicta Uniuersitate bannire possit; ac iam intelleximus quod quidam, qui de manifesta pacis nostre perturbacione ac enormi transgressione in dicta Uniuersitate factis impetiti ad mandatum Cancellarii dicte Uniuersitatis, pro eo quod ipsi modo debito premoniti super premissis respondere recusarunt, per processum rite inde factum a dicta Uniuersitate fuerunt banniti et pro bannitis solenniter pronunciati, machinantes priuilegia predicta, predictis Cancellario & Uniuersitati pro conseruacione pacis predicte & quiete ibidem scolarium studencium sic concessa, per processus inde in Curia Romana faciendos destruere totaliter & adnullare, ipsum Cancellarium ad respondendum super bannimento predicto extra regnum nostrum ad dictam curiam Romanam euocari fecerunt & citaciones, prouocaciones, appellaciones, moniciones eidem Cancellario notificari procurarunt, & quam magnas pecunie summas pro dampnis suis que ex causa asseruerunt se sustinuisse ab eo ibidem exigunt, & ipsum ea occasione multipliciter inquietarunt minus iuste, in nostri contemptum & preiudicium & legum & iurium corone nostre lesionem & ipsius Cancellarii dampnum grauissimum & libertatum dicte Uniuersitatis adnullacionem manifestam, de quo quam plurimum conturbamur; Nos volentes priuilegia predicta, dictis Cancellario &

B. 28.
C. 86.
D. 51.
Aug. 12, 1344

Uniuersitati pro conseruacione pacis predicte & quiete scolarium in dicta Uniuersitate studencium per dictos progenitores nostros sic concessa, inuiolabiliter obseruare & impugnatores eorundem debite cohercere, vobis omnibus & singulis districte prohibemus ne, pretextu aliquarum commissionum seu mandatorum de dicta curia Romana vel aliqua alia curia vobis seu aliquibus vestrum directorum seu in posterum deferendorum, quicquam quod in lesionem corone et dignitatis nostre regie seu eneruacionem priuilegiorum dictorum aut dicti Cancellarii dampnum in hac parte uel preiudicium cedere valeat attemptetis, seu faciatis aliqualiter attemptari. Et si quid in contrarium feceritis in hac parte, id sine quacumque difficultate reuocetis indilate, ne ad vos tanquam ad legum & iurium nostrorum violatores & corone nostre exheredatores materiam habeamus cum rigore capiendi. Teste me ipso apud Westmonasterium xii die Augusti anno regni nostri Anglie decimo octauo, regni uero nostri Francie quinto.[1]

6.

[Writ to the Mayor and Bailiffs to surrender the Letters Patent which had been granted them two years before.]

D. 37. B. 25. C. 88.

Istud[2] patens perquisiuit Iohannes de Berford pro laicis Oxonie contra Uniuersitatem. Quod quidem patens postea, quia videbatur tendere in preiudicium Uniuersitatis, cancellatum & adnullatum fuit in curia domini regis illuc missum virtute breuis sequentis.

June 28, 1355

Rex maiori et ballivis ville Oxonie salutem. Cum per cartam nostram concesserimus pro nobis & heredibus nostris quod Cancellarius Uniuersitatis Oxonie qui pro tempore fuerit scolares et laicos ibidem contra statuta Uniuersitatis arma portantes & delinquentes per incarceracionem & alias castigare debite valeat & punire, & arma, que sic contra dicta statuta portata fuerint, ut sibi commissa & forisfacta modo consueto petere, capere & habere, ac huiusmodi delinquentes seu rebelles coram dicto Cancellario in casibus ad cognicionem suam spectantibus comparere & iuri stare non curantes a dictis Uniuersitate & villa bannire & alias contra eos per censuras ecclesiasticas procedere,

[1] Also Pat. 18 Ed. III, part 2, m. 31.

[2] The Letters Patent of Oct. 3, 27 Edw. III immediately precede, by which the town authorities had permission to arrest scholars. They are on the Patent Roll of 27 Edw. III, part 2, m. 10*d*; but this writ by which they were revoked is not given, though at the end of the entry are the words: 'vacated because surrendered by virtue of a writ attached to the commission' (see *Cal. Pat. Rolls*, p. 517).

prout in casibus huiusmodi consuetum est fieri temporibus retroactis, prout in carta predicta plenius continetur ; et quia nolumus quod vos de premissis seu aliquo premissorum pretextu aliquorum breuium, mandatorum, seu commissionum per vos ante hec tempora in curia nostra impetratorum seu vobis directorum, que omnia penitus reuocamus, in aliquo intromittatis, vobis mandamus quod quandam concessionem nostram sub data III diei Octobris anno regni nostri Anglie XXVII° vobis directam de inquirendo de huiusmodi arma portantibus & delinquentibus & quibusdam aliis articulis in eadem commissione contentis & omnia alia breuia, mandata & commissiones premissa qualitercumque contingencia nobis in Cancellaria nostra citra festum sancti Laurencii proximo futurum restitui faciatis cancellanda, hoc nobis remittentes. Teste rege apud Westmonasterium XXVIII die Iulii anno regni nostri Anglie XXIX & Francie sextodecimo.

7.

[Letter of the King to the Chancellor that he shall enjoy the privilege granted to him, that he shall be exempt from writs de falso imprisonamento.]

Edwardus dei gracia rex Anglie & Francie & dominus Hibernie dilectis sibi in Cristo cancellario Uniuersitatis Oxonie & eius commissario salutem. Cum, inter ceteras libertates & priuilegia per cartam nostram Uniuersitati predicte concessa, sit concessum quod Cancellarius ibidem qui pro tempore fuerit faciat facere emendaciones racionabiles tam de laicis quam de clericis conuictis coram eo de transgressione & quod capiat inde hinc per obligacionem seu alio modo sicut racionabiliter fieri consueuit securitatem sufficientem & similiter quod Cancellarii eiusdem Uniuersitatis pro tempore existentes aut eorum commissarii vel loca tenentes occasione imprisonamentorum scolarium dicte Uniuersitatis seu aliorum per ipsos cancellarium [seu commissarium [1]] pro conseruacione pacis nostre & quiete Uniuersitatis predicte ac punicione & castigacione malefactorum huiusmodi ibidem hactenus imprisonatorum seu imprisonandorum, illorum videlicet qui in eadem Uniuersitate & villa & suburbiis Oxonie scolaribus seu eorum seruientibus aut aliis de iurisdiccione Uniuersitatis predicte delinquentes inuenti seu de maleficiis ibidem perpetratis notorie suspecti & conuicti fuerint, per breuia nostra uel heredum nostrorum de audiendo et

B. 26. C. 88. Apr. 27, 1374

[1] Not in MS.

terminando uel de falso imprisonamento seu quouis alio colore, in curiis nostris uel heredum nostrorum siue aliis aut alibi, nullatenus occasionentur, inquietentur, molestentur in aliquo seu grauentur, prout in carta nostra predicta plane liquet; et quia intencionis nostre aut consilii nostri non existit quod libertatibus & priuilegiis uestris, que pro conseruacione pacis ac tranquillitate & quiete Uniuersitatis predicte concessa existunt, pretextu alicuius breuis nostri in aliquo derogetur, sed affectantes ea in omnibus iuxta concessionem nostram predictam inuiolabiliter obseruari, vobis significamus quod libertatibus & priuilegiis predictis in eadem Uniuersitate ac villa & suburbiis predictis, prout vobis sunt concessa, absque impedimento uti & gaudere, & ea libere exercere valeatis, aliquo mandato nostro vobis, si in contrarium directum fuerit, non obstante. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxvii die Aprilis, anno regni nostri Anglie quadragesimo octauo, regni vero nostri Francie tricesimo quinto.

APPENDIX III

To complete the volume we print two early summaries of the privileges of the University which are worthy of preservation.

